C..IBRI DE

..DINIS ..ÆDICATORVM PHILOSOPHIA, SENSIBVS DEMONSTRATA,

In Octo Disputationes distincta,

Aduersus eos, qui proprio arbitratu, non autem sensata duce natura, philosophati sunt.

..rores Aristotelis, & asseclarum ex proprijs dictis, & naturæ decretis conuincun..; & singulæ imaginationes, pro eo à Peripateticis fictæ prorsus reijciuntur cum .. defensione Bernardini Tel..j Consentini, Philosophorum maximi, antiquiorum ..entijs, quæ hic d..ntur, & defenduntur, præcipuè Platonicorum confirmata: ..m pro Aristotele pugnat Iacobus Antonius Marta, contra seipsum, & illum pu.. ostenditur.

Ad Illustrissimum Dominum D. Marium de Tufo.

..APOLI, Apud Horatium Saluianum. 1591.

cou[illegible]
tum,[illegible]
Phy.& [illegible]
tàs;& graue [illegible]
tates esse videntur; [illegible]
sunt, secundùm quas gen[illegible]
sic, credo, Plato magnum, & paru[illegible]
intelligitur apud ipsum ex formis, densans cu[illegible]
rarefaciens calor magnum in eadem mole, vt videtur [illegible]
Quandoq; Plato vsus est contrarijs duobus, quorum vnum vocau[illegible]
terum seu diuersum, alterum idem. Sed per hæc omnes intellexeru[illegible]
contrarias formas. Et Simplicius Antiquorum scrutator, per rarum, inquit, & densum, lumen, & tenebras alterum, & idem Antiqui sensere contrarias duas formas, & cùm hæ differentiæ sint in calore, & frigore, vt diximus, ritè omnes vel inuiti, vel obscurè locuti calidum, & frigidum posuere principia, & ignem, & terram. Vndè Parmenides, qui ignem nobiscum, & Terram statuit rerum exordia, his vocauit ipsa nominibus, quod testatur Simpl. dicens in verbis Parmenidis sic scriptum vidisse. In raro est subtile, calidum, lux, molle, leue; & in denso frigidum, caligo, durum, & graue, vndè oppositis modis, & locis in contrarijs duo elementa accepisse videtur cælum igneum scilicet & Terram. Et ex Parm. ait Simp. Arist. sumpsit sua principia cōtraria duo, & materiā vnam, nam nec reprobat directè Parm. verba, vt Bernardinus Telesius admonet, itaque tempus est, vt ad Aristot. deueniamus, & si alia potuerit à nobis ponere principia, examinemus.

Contraria duo Aristotelem posuisse principia, & ambo actiua in inuicem, mutuoque passiua, quorum alterum, quia imperfectius est more entis priuati, priuationem vocauerit, sed actiuum, itaque & ens esse voluit, (licet quandoque non ens argumento antiquiorum territus nuncupauerit) veluti frigus; alterum, quia perfectum, formam, habitumque dixerit, manifestum fiet considerantibus hæc. Ipse quidem in phy. 1. t. 41. postquam omnium enarrauit opiniones, quos modo nos recensuimus, asserentium principia esse contraria, & in inuicem actiua veluti epilogās in hoc eos laudat, eisq; adhęret, probans & ipse oportere esse mutuo actiua, vndè si sicut aiunt Peripateticorum plerique, priuatio Aristoteli esset nihil, & absentia formæ, minime actiuum ens ei positum fuisset, inuestigatumq; ex actione contraria rerum. Omnes (inquit) contraria principia faciunt, vt Parmenides calidum, & frigidum, ac alij alia. Idq; (subdit in t. 42.) non sine ratione. Principia namq; oportet neque ex alterutris esse, neque ex alijs, & ex his omnia. contrarijs autem primis hęc insunt. vbi rationabiliter Aristoteles contraria esse actiua intelligit, nam hę conditiones contrarijs competunt actiuis; quæ, vt sequitur, quia sunt

...tose
...Sed
...dum est
...rum est, neq;
...quolibet, nisi secú-
...c nigro, ex quo fit album,
...albo, sed non ex omni non albo,
...ijs. Neque igitur corrumpitur quodlibet in
...gens, nisi per accidēs id, quod efficitur ex albo, à se cor-
...licet nigrum contingat esse musicū. Et in omnibus affert exem-
...um, quòd contrarium agit in verè contrarium sibi directè oppositum,
etiam quamuis sit innominatum, & quòd à solo patitur cōtrario. Vnde inquit tandem in t. 47. Si ergò hoc verum est, quòd omne, quod fit, fiat, & corrumpatur, quod corrumpitur, aut ex contrarijs, aut in contraria, & in horum media, media autem sunt ex cōtrarijs, vt colores ex albo, & nigro, quare omnia erunt, quæ natura fiunt, aut contraria, aut ex cōtrarijs. Ecce itaq; quomodo Aristoteles ex eo, quòd omnia fiunt per transmutationem, quæ non potest esse nisi inter mutuò actiua cōtraria, demonstrauit principia esse cōtraria actiua, sumpto principio ex hoc, quòd non quodlibet agit in quodlibet, nisi in contrarium, & non patitur à quolibet, nisi à contrario. igitur principijs Aristoteli competit agere, & pati, (nec enim non ens indagaret ex eius actione, quale dicunt Peripatetici parùm considerantes dicta magistri, esse priuationē) & ex eo, quòd mutuò se expellunt à subiecto. Nam album (dixit) non fit ex quolibet non albo, sed ex nigro, videlicet ex verè contrario actiuo, & calidum fit ex frigido, idest, quia expulit frigus, non enim calor trāsmutat siccum vel dulce, aut musicum: nec agit in ipsa, nisi quatenùs accidit, hæc esse associata frigori, in quod agit. verè itaq; contraria entia actiua posuit Arist. principia. Hęc explicans Simplicius inter eos valdè bonus, accepit, ait, Aristoteles generales dignitates: prima; Omne, quod fit, & corrumpitur per se ab efficiente, fiat, & corrumpatur, sed non quoduis à quouis fiat, & corrumpatur, sed oppositum ab opposita effectrice. nam quodcunque non agit in quodcunque, sed oppositum in oppositum, seu calidum in frigidum, transmutās ipsum ab opposito sibi habitu ad oppositum habitum, sicut de subiecto, quod mutatur, non quolibet, sed ex opposito in oppositum, idest in seipsum agens transmutans. Item ait illa mutantur, quæ simul esse nequeunt, quia sunt dissimilia, hęc non sunt sola contraria, sed opposita secundùm omnem oppositionē, vt domus fit ex habēte Idęam domus ex non habente, & musicus fit à Dęmone ex immusico, nō quolibet, sed habente oppositum musici. Sic ex frigido calidum fit à calore. Quare ex oppositis dispositionibus ab oppositis disponentibus quibuslibet in artificiatis fieri entia docet Simp. & Arist. & ex verè contrarijs in natura-

naturalibus. Igitur directè Simp. opposita actiua esse statuit, & quę corrumpuntur à corrumpente aliud generante, scilicet, ab agente cōtrario. Verè igitur actiua contraria, entia prima hic posuit Arist. & Simp; nam quomodo contrarium agat in nō ens, & quomodo non ens agat in ens? Et Simp. etiam dixit: quod non habet contrarium non potest corrumpi, & idem Aphrodisæus, vt ait, idem Arist. in 1. cœl. demonstrans cœlum non corrumpi, quia non habet contrariū corrumpens. & sanè priuatio, si est non ens, est in cœlo, scilicet, priuatio, ignis, & aquæ, vt aiunt, est, enim horum absentia in cœlo, & non cœlum est in inferioribus; vt nullus sit horum sermo. Igitur si contrarium corrumpens est causa corruptionis, igitur est agens, ergò ens in actu est priuatio, quam dixit operari ad maleficium, & corruptionem Arist. in t. 80. & contrariū minus nobile. Et hoc nulli non persuadeat, quòd Arist. dixit musicum non fit ex quolibet immusico, sed ex habente priuationem musicæ, & album non ex quouis non albo, sed ex nigro, habente priuationem albi, & calidum ex habente priuationem calidi: hoc autem nō est, nisi frigus, vt alibi manifestat, idest in 2. de gen. t. 32. & in 1. t. 18. Item Arist. 1. phy. t. 48. & seq. adducens opiniones Antiquiorum, inquit, quòd omnes agentes de elementis, principijs vocatis, dixerint idem, quia posuere contraria, alij calidum, & frigidum, alij alia, sed differunt, quia alij ponunt contraria priora, quæ continent, & hi melius, alij posteriora, quæ continentur ab his, & hi deterius, vndè probatum esse relinquit, quòd principia sint contraria, inq; inuicem actiua, vt nisi stupidi sint Peripatetici, afferant entia realia, mutuoq; se expugnantia ab eadem mole principia Aristoteli posita esse, & laudat quidem antiquos, quòd posuerint elementa contraria actiua, non quòd posuerint priuationem non ens, sed quia vtrunq; ens. Sicut Parm. calidum, & frigidum, & simul alij, nam ipse dicit in t. 78. antiquos non cognouisse priuationem, quod est non ens ibi Aristoteli fugienti argumenta priscorum laudat quidem, quòd dixerint esse contraria actiua omnes, sed vituperat eos, qui posuere posteriora, & qui continentiora. Sed quoniam non sunt eadem contraria eiusdem seriei Aristoteli, sed quodammodo disparata, album enim, & nigrum ponit principia colorum, dulce, & amarum saporum formalia, deducit omnia ad prima principia duo, non per generationem, quòd fiant ab eis, sed per analogiam, & comparationem quandam, sicq; omnia ad substantiam, & in entibus principia ponit, vbi nō innotescit, nec est verè forma, eiusdéq; contrarium, vt in artificatis, & moralibus, ideoq; appellat domum alterum, alterumq; non domum contrariorum, sed intelligit, vt ait, per hæc dispositiones directè contrarias, quamuis innominatas, ex immusicum, & musicum non ex quolibet immusico, inquit, fit, sed ex habente musicæ priuationem, hoc est contrarium, sicut non fit album ex quolibet non albo, sed ex habente priuationem albi, hoc est, ex nigro, & calidum ex fri-

gido, itaq; volens Aristoteles cuiuslibet seriei principia vno nomine vocare, veluti imperfectum eorum alterum actiuum videns priuationem vocauit, & quodlibet imperfectum vocat priuationem, sicut nigrum, frigidum, graue, terram, & quodlibet perfectum vocat habitum, sicut album, calidum, leue, ignem, lucem, sed tamen ambo actiua. Vnde in 12. Metap. t. 22. ponit analogiam principiorum, & omne contrarium perfectum appellat habitum, & formam, imperfectumq; omne in qualibet serie Priuationem. Elementa, igitur inquit, omnium non sunt eadem, & sunt, sicut dicimus eadem vno modo, hoc est per analogiam, ait exponens Auerroes, & Alphrod. & non sunt eadem alio modo, hoc est, inquiunt, simpliciter. Vt elementa corporum sensibilium, quod est sicut forma, est calidum, alio autem modo frigidum, vt priuatio; materia autem est, quod est in potentia duo primum per se. Substantia vero est ipsa, & quæ sunt ex ipsis, quorum sunt hæc principia, & si aliquid fit vnum ex calido, & frigido, vt os, & caro, quod enim fit, necesse est sit aliud ab eis. Vbi substantias corporum sensibilium, hoc est elementorum, (sic enim vocat ignem, aerem, aquam, & terram in 2. de gen. t. 6. & 8.) & eorum, quæ ab his fiunt, calidum & frigidum ponit Arist. licet sui oblitus, vel antiquis indulgens ibi addiderit humidum, & siccum, vt alibi aperietur. Et sequitur. Istorum hęc sunt elementa & principia, aliorū autem alia, vt autem dicatur sic in omnibus non est eis, sed non oportet æquare comparationem, vt si aliquis diceret, quod principia sunt tria, forma, materia, & priuatio: sed in quolibet istorum, est diuersum in vnoquoq; genere, in colore album, & nigrum, & superficies, in genere distinctionis temporum, obscuritas lumen, & aer, & ex istis dies, & nox, itaq; Aristot. contrarium imperfectum actiuum in quolibet genere, vbi est actio ponit, idem in omnibus per Analogiam, & comparationem, sic materiam, & habitum. Hæc exponens Auer. ait, Quia ens non dicitur vniuocè de prædicamentis, dicit, non esse eadem principia simpliciter, & quia manifestatum fuit, quod non sunt diuersa simpliciter, sed quia prædicamenta accidentium constituuntur per substantias, & quoddam antecedit quoddam, dicit scilicet Arist. quod principia sint eadem proportionaliter, & dedit, ait, exemplum ad declarandum quæ elementa sunt substantiarum, quæ sunt proportione in omnibus, & dicit: quod sunt tria, duo contraria, & vnum subiectum. Ecce quomodo Auerroes ponit contrarietatem in substantijs, & earum principijs veram, quam posuit quoq; in 1. Phy. c. 52. in formis videlicet substantiarum, quod alibi negauit, & subdit hic Auer. Et vnum est quasi forma, & habitus, alterum vt priuatio, quod autem est quasi forma est calor, qui est forma ignis, & aeris, priuatio est frigus, quod est forma terræ, & aquæ. Vbi itaq; Auerroes priuationem vocat formam, licet imperfectam, alteramq; contrariam, & calorem, & frigus non negat esse substantias, quin id confirmat. Nam inquit allegando di-

Auer.

ctum Alphrodisei, & Alexander dicit, quòd hic posuit priuationem aliquo modo sub substantia, cùm frigidum sit illud, quod caret calore, & frigiditas in frigidis est substantia eorum, & facit substantiam. Nec reprobat Auerroes Alexandrum hic, quòd alibi fecit, conuictus ex verbis Aristotelis ponentis calorem, & frigus sobstantias, ac principia expressè igitur affirmat inquiens. Deinde dicit scilicet Arist. substantia verò &c. idest cum ista principia substantię scilicet calor, & frigus, & materia, & principia substantię sint substantię, necesse est, vt substantia dicatur de istis tribus, scilicet calore, frigore, ac materia, & paucis interiectis Auerroes loquens de simplicibus corporibus, In simplicibus sunt, inquit, prima materia, & formæ contrariæ substantiales, quæ sunt hæc scilicet calor, & frigus, aliorum autem pręter substantias sunt principia his similia proportione, sicut album est forma, nigrum priuatio colorum, & materia est superficies, & principia noctis, & diei, sunt lux forma, tenebræ vt priuatio, aer vt materia, vndè, ait, principia propinqua pręedicamẽtorum non sunt eadem, sed benè remota, itaq; Arist. Auer. & Alex. principia eadem, quæ nobis posita sunt, entia statuunt, & Alex. Aphrodisęus ibi exponens ait. Ad vniuersalissima spectanti Aristoteli formam dico, priuationem, & materiam, eadem omnium initia visa sunt: omnia enim formæ, materiæ & priuationis subijciuntur; quòd quadam inductione ostẽdit; nam sensibilium, inquit, corporum forsan, idest, exempli gratia, calidum vt forma, frigidum priuatio, materia verò, quod calidum, & frigidum effici potest, calidum igitur ast forma, frigidũ priuatio, materia verò quod vtrunque est potentia, patet, ergò ex omnium dictis verè entia contraria posuisse Aristotelem elementa, principiaq; vocata, & imperfectum in omnium serie vocasse priuationem, habitum, quod est perfectum, & vtraq; actiua esse in substantijs, ac contraria constituit. Item enim non sumpsisset principium ad demostrandum hoc, quod quoduis non agit in quoduis, nec patitur, nisi in contrarium, & à contrario, non enim non ens Aristoteli agit, nec patitur, & vocat principia contraria, ex quibus mixtis componuntur media, & exemplificat in colorum serie, qui fiunt ex commixtis albo, & nigro, at priuationem, si sit non ens, misceri quis finget? & stupidus sanè esset, Aristoteles, tùm quòd ex rerum actione contraria, & passione inuestigat non ens, non agens, tùm quòd reperitur in mundo actio contraria contrariorum existentium in natura, & agentiũ; scilicet calidi, & frigidi, albi, vt ait, & nigri, dulcis, & amari, ac aliorum, & non reduxit hanc contrarietatem ad prima principia, realia, & contraria, nam, quæso, vndè procederet hæc mutua actio contrariorum, nisi ex principijs actiuis contrarijs? nec ex non actiuis ambobus, nec ex non entibus, & minus ex non verè contrarijs entia procederent contraria mutuò actiua. Præterea, vt sciant Peripatetici, quòd non intelligunt se ipsos, Arist. 1. Phy. t. 50. inquirens numerum principiorum, nec infinita sunt, inquit,

Alexand.

inquit, principia, in vno enim genere vna est prima contrarietas, substan-tia autem vnum est quoddam genus, itaque Aristoteles sicut actiua ponit principia in alijs generibus, sic in substantia, & sicut se habet album forma, ad nigrum priuationem, & dulce ad amarum, & lux ad tenebras, sic forma ad substantiã priuationem scilicet, vt inuicem agant, & ab eodẽ se expellant, & magis quidem in substantia est contrarietas, vnde dependet actio, & contrarietas accidentium, quod enim est accidentis causa, est eius actionis, nam dans formam, dat consequentia Aristoteli, & ablata substantia, accidẽs, & actio nihil sunt. Et in t.55. dicit Aristoteles, Antiquiores omnes posuisse duo contraria actiua ex parte formatum, quorum alterum erat nobile, vt calor apud Parm. alterum ignobile sicut frigus, & per vices materiam informantia, sed Platonem vnum statuisse ex parte formæ, & contraria duo ex parte materiæ; scilicet magnum, & paruum, & Aristoteles dicit se conuenire, non cum Platone, sed cum antiquis ponentibus entia contraria formalia, itaq; Arist. & esse, & agere priuationem intelligit, namq, Antiquiores, quibus concordat Arist. teste Simp. & Aristo. contrarias posuere formas, quin ex parmenide principia accepit Aristoteles ait Simplicius. Vndè ijs concors Aristoteles in t.56. Plura tribus, dicit, non sunt, ad patiendum enim sufficit vnum, & duo ad agendum, vt omnes expositores concludunt: nam si sit, ait Arist. altera cõtrarietas, scilicet, in substantijs, oportebit seorsum vtrisq; alteram inesse naturam; & sic duæ essent primę materiæ, nam sicut colorum materia est transpicuitas Aristoteli, & saporum est aquę humiditas, vt dicit in libro de sensu, sensato, vel superficies colorum, & noctis, ac diei aer est materia; sicut dixit in 12. Metaph. sic, si daretur altera contrarietas prima simpliciter substantialis, (hæc enim quas dixit in coloribus, saporibus, & in cęteris prędicamentis non sunt primæ simpliciter, sed per proportionem ad substantialem, sicut in Metaph. declarauit) darentur duæ materiæ primæ, subiectæ substantialibus duabus contrarietatibus; si hæc autem ex se inuicem generare possunt, ait Aristotel. scilicet hæc contraria, quæ sunt duo in substantijs, superuacanea erit altera contrarietas; & non potest insuper esse, vt contrarietates sint plures; substantia namque, (ait) vnum genus est eius, quod est. quare in eo, quod prius, & posterius, differunt principia non genere. Itaque velit dicere Aristoteles, quòd non est danda altera contrarietas actiua, si sufficit hæc prima allata ex se inuicem generare, materiam immutando; & omnes ad hanc reduci habent. Et quidem, si Aristoteli priuatio esset nihil, non generaret, nec materiam immutaret, & ad ipsam existentes reales contrarietates non deducerentur. Et insinuauit Aristoteles ex hoc, quòd substantia est genus vnum; hoc est materia, est vnum genus subiectum, non prædicamentale, vt alij exponunt, sed sicut Porphyrius intendit per genus materiam, quòd sit vna contrarietas infor-

mans prima,& transmutans, vnam materiam primam, & positis duabus materiebus primis, ipsa principia different genere subiecto,& nõ secundùm prius,& posterius; at Arist. ait quòd principia non differunt genere nisi penès prius,& posterius;& si intellexisset, per genus ipsum prædimentum substantiæ, iam falsum dixisset; nam principia accidẽtium differunt genere prędicamentali à substantiæ apud Aristotelem; secùs non, essent posita decem prima genera, sed nõ differunt genere subiecto, quia eandem materiam informant primam proportionaliter,& differunt per analogiam; sicut declarauit in 12. metap. t. 22. intẽdit ergo Arist. quòd penès priùs,& posteriùs differũt, & sicut in omnibus duo agunt, scilicet, in coloribus, album, & nigrum; in saporibus, dulce, & amarũ, sic in substantia ista duo; quæ autem sint hęc duo, verè prima, explicuit in 12. metaph. dicens esse calorem,& frigus; & in 2. de gen. hęc eadem ponens, licet horum decretorum parùm tenax, addiderit humidum,& siccum, ambo actiua, vt demonstrabimus in dispu. 4. & improbabimus. Et si dicat Arist. in 1. phy. t. 52. substantiam non esse contrariam substantiæ, intelligit per substantiam materiam, quæ verè substat omnibus, non autem negat, substantias formales esse contrarias, secùs summè sibi contrarius esset in dictis locis, & dicendis inferiùs. manifestum quoque est, quòd tunc Arist. inuestigat naturam materiæ, & probat dari eam, vt tertium principium, ex hoc quòd duo principia sunt sibi ipsis contraria, at materia non est vlli contraria, sed omnibus equè substat, igitur datur aliud principium à cõtrarijs. Hinc patet, quòd Peripatetici parùm intelligunt dicta Aristotelis. Auer. autem,& Alex. dicunt, substantiam compositam non esse contrariam alteri, sed benè simplicem. Sed de hoc alibi. Licet ex his declaratum sit, apud Aristotelem priuationem esse agens cõtrarium; quia tamen omnes determinant, ipsam esse absentiam formæ, ac persè nihilum, itaque attribuunt vnum ęlementum agens Aristoteli, ampliùs progredi non sit graue. Aristoteles quidẽ in 1. de gen. & cor. t. 18. tractans, vtrùm in substantijs reperiatur perfecta, & imperfecta generatio, apertissimè contrarium imperfectum, dicit, esse priuationem, cuius generatio non est simpliciter generatio, sicut frigidi, sed si generetur calidum, est, ait, generatio perfecta; quod probat authoritate Parmenidis, ponentis duo principia, scilicet ignem, & terram, & vocabat ignem ens, cuius generationem quoque simpliciter generationem esse volebat; terram verò non ens; & eius generationem secundùm quid, quibus declaratis, Aristoteles, positaque propria sententia, cuius, inquit, differentiæ hoc aliquid magis significant, scilicet habitum,& formam, id magis substantia est: cuius autem priuationem, id magis nõ ens est, putà calidum prædicamentum aliquod,& species est, frigiditas autem priuatio: differunt enim ignis,& terra his differẽtijs, scilicet, quia ignis habet calorem, qui est species, & habitus; terra frigus, quod est priuatio. Et quando fit

ignis,

ignis, ait ibi, & in t. 20. fit generatio simplex, perfectaque, quia ens magis fit, forma enim dat esse exponunt alij, at quando fit terra ex igne, generatio est imperfecta, quia priuatio, & non ens generatur: Auerrois autem in commento non modò, ait, est generatio perfecta, quando fit elementum, nobilem habens contrarietatis partem, sed quando fit mixtum, vbi ignis, nobiliusq; contrarium dominetur, non vbi frigus, quod priuatio est caloris: & in commento. 21. ait Auer. quia materia prima, impossibile est, vt denudetur ab altero duorum contrariorum; non ens enim significat vilius duorum contrariorum, & ens significatur à nobiliori. Et cùm ita sit necessè, vt generatio nunquam cesset; corruptio enim non entis, idest priuationis, quod est vilius contrarium, ait, semper est generatio entis, quod est nobilius contrarium, & magis sensibile; & corruptio nobilioris contrarij generatio est non entis, quod est vilius contrarium. Ecce itaque quòd priuatio non ens appellata contrarium est vilius Aristoteli, & ipsa frigiditas, & Auerroi. relinquam aliorum dicta, idem asserentium ibi. Legant etiam 10. meta. t. is, & seq. vbi Arist. omnem contrarietatem esse habitus, & priuationis perfecti; & imperfecti declarant, & vtriusque actiui, vel nullius, vbi non alterum agit, vt domus, & non domus. Prima, ait Arist. contrarietas est habitus, & priuationis perfecta, & versatur circa ens, non sicut cōtradictio circa non ens prorsùs; & contraria omnia reducuntur ad priuationem. Quod est, ait ibi Auerroes, quia vilius contrarium est perfectioris priuatio. & in t. 16. inductiuè probat, quòd in omni cōtrarietate sit priuatio, & habitus; & quòd vilius priuet; vt frigus, graue: nigrum, amarum, inæquale: tandem concludēs ait. Manifestum est, quòd semper alterum contrariorum est priuatio, & quòd hoc necessè est. Licet nō similiter in omnibus, vt ibi dicebat: namque in 1. phy. fit quippiam, dixit, ex dispositione contraria innominata, vt domus ex non domo, sed nō ex omni non domo, at determinata dispositione contraria, vt album non ex omni nō albo, sed ex nigro. & ideò Alexander Aphrod. in 7. metap. t. 25. negamus, ait, fieri domum ex priuatione domus, quæ sit in Capiole, nam non solùm ibi est priuatio hæc domus, sed infinitorum. Vnde Arist. dicebat ibi, si quando fit ens, non ex priuatione fieri esse denominandum, vbi ipsa est innominata, sed ex materia, vt domus non fit ex non domo, absolutè, sed ex cementis, lapidibus, lignis, vbi est contraria dispositioni domus dispositio, priuatioque. Et exponens 10. metap. 15. idem Alexander, licet, ait, in libro de generatione, hoc est in 1. t. 18. & in 2. t. 32. Satis sit demonstratum, generationem omnē, vel ex forma, & habitu, vel ex priuatione fieri, tamen hic quoque repetendum est. Nam cùm ex musico, & albo immusicum fit, aut nigrum ex forma, & habitu efficitur generatio, vt enim in eo libro, quem modo citauimus docetur, formarum præstantiores habitus sunt, & magis formę, deteriores verò, priuationes: cum igitur ex immusico, aut nigro,

gro, musicum efficitur, aut album, ea generatio ex priuatione fit: Quòd si album, & nigrum contraria sunt, & nigrum est albi priuatio, & immusicum musici, dubitari non debet, quin omnis contrarietas priuatio sit, atque habitus; at non omnis priuatio contrarietas est, quoniam priuatio multifariam dicitur. Inductione autem palàm esse, ait, omnem contrarietatem priuationem esse; nam frigiditas caloris habet priuationem, albedinis nigredo. Ex hoc autem priuationem nō aliud esse, colligimus, nisi alterum, contrariorum, hoc est, alteram partem contrarietatis; nigrum enim vna pars contrarietatis est, quę integra contrarietas albo, nigroq; constat. Contrarietas igitur omnis priuationem habet, concludit & priuatio est alterum contrarium. Manifestè itaq; patet apud Aristotelem, & Aphrodisæum, priuationem esse alterum contrarium ignobile, & omnem contrarietatem esse priuationem, igitur eam, quam posuit in principijs primo phy. nam ex actione contrariorum indagauit. Vt non amplius sit opus, demōstrare peripateticis, ens esse priuationem, & actiuum contrarium; nec quempiam modernorum verba Aristotelis intellexisse, sed aliorum dictis, vel falsis expositionibus inuiti.

Reliquum autem est, vt videamus, vndè Peripatetici deducunt, priuationem esse nihil Aristoteli; Quòd in t. 68. ostensum est, dicat, quoniam oportet subijci aliquid contrarijs, & contraria duo esse; sed quoddam alio modo non esse necessarium. Sufficiens enim est alterum contrariorum pręsentia sua, & absentia facere mutationem. Ex hoc sanè nihil concludunt Peripatetici, namque Aristoteles, vt benè aduertit Bernardinus Telesius, ex t. 57. inquirit factiones rerum in vniuersali. Est enim ibi inquit, secundùm naturam communia dicere, deindè circà vnumquodque propria speculari. Et probato, quòd in omnibus sint tria principia inducit particulariter in t. 63. & deindè vsque ad 68. Et quoniā ad faciendum particulare sufficit vnum contrarium per pręsentiā, & si absit quòd corrumpatur factum dixit esse sufficiens alterum contrarium, nam ad ignem sufficit calor, & materia, non autem oportet esse frigus. Ad faciendum omnia vniuersaliter oportet esse calorem, & frigus. Et hoc pacto Arist. superius dicebat, quòd materia est perse principium, & priuatio per accidens, & quòd vnum sunt re, duo ratione: nam ad componēdum ignem sufficit materia, & calor, igitur frigus, quod à materia expollitur, est causa per accidens, accidit enim materiam ignis habuisse frigus, vt sic. Et nisi sic intelligatur Aristoteles erit sibi maximè cōtrarius, quippè qui in t. 43. & seq. perse fieri album ex nigro, dixit, & musicum ex immusico non quolibet, sed habente musicæ priuationem; & album, ait, perse fit ex non albo, non quolibet, sed ex nigro; nam fit per accidens ex musico, &c. vt, nisi sic exponatur Aristoteles, appareat stupidus. nec cùm dicit, materiam esse duo ratione, intelligit priuationē esse nihil. Etenim ens, & non ens, non ratione differunt, sed omnibus modis. Itaq; per priuatio-

1. phy.

priuationem intelligit oppositam formam in t. 64. 66. & 69. quæ vnum suppositum reconstituit cum materia, & ab ea distincta est ratione; realiter enim nunquam est materia sine altero contrario, vt dicta ipsorum anteposita testantur. Et bene dicit Arist. dictum est, quòd cōtraria sunt duo, & quòd vnum eorum non intrat, quia præsens generat, cùm abest corrumpitur, non ipsum se, quia per se forma nunquam expellitur à subiecto, nisi à contrario, vt antè dicebat, & in 1. de gener. & corrumpitur in contrarium habitum à contrario ad ipsum suum reducente; velut frigidum, cùm abest, corrumpitur in calidum; sed tamen à calore, vt dicebat Simp. & Arist. abesse enim formis est corrumpi ab oppositis, & sic amittere esse in materia, quod nolunt, vt docet Auer. 1. de gen. sic ergò intelligendus est Aristoteles, nisi in quouis verbo sit sibi aduersus. Erunt ergò duo principia per se actiua contraria omnium, sed particulare ens informatur ab vno. Vndè Themistius est per se, inquit, priuatio principium transmutationis cōmunis; particularis verò per accidens. At quoniam omnes Peripatetici sibi ipsis contrariantur in hoc, in primis Arist. ostendamus errores eorum.

Errauit Aristoteles, vt ab eorum capite exordiamur, qui vbique, vt demonstratum est, prædicauit vilius contrarium esse priuationem, quòd sui oblitus, vel potiùs inuitus in t. 75. dixerit, entia fieri ex priuatione, quæ est per se non ens. Conuictus quidē videtur Sophismate Antiquiorum, qui, vt narrat in t. 71. ostendebant, quòd non sit generatio sic: fit, quod fit, omne, vel ex ente, vel ex non ente, sed nullo horum modo, ergò nihil fit. Nam quod est, fieri non contingit, est iam; neq; ex eo, quod non est, fit, nihil enim fit ex nihilo, sed oportet subijci aliquid, quando quippiam fit. Aristoteles verò irridens eos, quòd non intellexerint ex t. 72. vsque ad 79. respondet, quòd fit ex eo, quod non est secundùm accidēs, quia ex priuatione, quæ non est per se, & accidit materiæ. Et etiam ex ente in potentia fit, non in actu, vt longo sermone declarat. Sed non oportebat propter tale Sophisma, Aristotelē relinquere stabiles, quas posuit, positiones, poterat enim faciliùs, & sine danno solui sic: Quod omne fit ex ente, non ex ente, quod fit, sed ex alio. Sicut calidum ex ente fit, quod non est calidum, sed ex frigido; vel calido in altero gradu nobis; Aristoteli ex cōmisto frigido. Maximè ergo sibi repugnat Arist. ponens entium principium nō ens, & vnum actiuum, quæ dixit esse duo, & opus est ponat nunc duo principia, materiam scilicet, & vnum cōtrarium, idest formam, & non tria, vt prius dicebat: si quidem enim priuatio sit non ens, nihil ponit in numero. Et si non facit numerū, quod per se est nihil, ergò multò minùs faciet numerum actiuorum, non ergo duo sunt Aristoteli modo actiua. O ruinam Aristotelis ab Aristotele dependentem. Si quis autem ipsum vellet erigere in tanta re, dicat per non ens intellexisse vilius contrarium, namq; non ens ipsum vocauit in 1. de gen. t. 18. & seq. & Auer.

Ex Arist.

...catio priorū.

Auer. in t. 21. vt anteà memorauimus, declarauit quòd Arist. de principijs tractans, per nõ ens intelligat semper priuationem, quæ est deterius contrarium, & confirmari potest, quòd in 10. metaph. docuit, priuationem non dici de non ente simpliciter, sicut contradictio.

Et si Alexander Aphrodisiensis, vt ei imponit Simplicius 1. phy. t. 58. dixit, priuationem esse formæ carentiam, & purum nihil, prꝫterquam est sibi contrarius in 10. metap. t. 15. & 12. eiusdem t. 22. cuius verba adduximus in Superiori sermone, tamen nec poterit fingere, quomodo non ens sit entium principium, quæ sunt, & sit propriè elementum, vt dicit in 4. meta. com. 1. quod nullo modo agit, nec componit; sed manifestè variatio, & inconstantia Aristotelis omnes errare fecit. Reprobatio Aphrodisæi. 4. meteororũ.

Simplicius, oblitus eorum, quæ dixerat 1. phy. t. 43. vel verbis Aristotelis coactus in t. c. 58. absentia formæ, ait, est priuatio, & est ideò principium peraccidens &c. Sed profectò absentia formæ non est causa, nisi existimatiua, etenim ipsa non agit, nec quouis modo principiare ei competit, & Arist. ipseque Simp. posuere duo actiua principia per se in t. 43. Vndè Auerroes labens cum alijs, & id agnoscẽs, dixit in 12. metap. t. 11. quòd priuatio non est ens in re, sed in anima, Arist. quoq; in 4. metaph. priuationes, & negationes entia posuit rationis, quæ in se nihil sunt, nec in intellectu, nisi per species oppositas entium. Itaq; priuatio, si absentia est formæ, non verè est principium, nec perse, nec per accidens; nihilum enim nõ est, nec accidit; erit ergo causa existimatiua, & imaginaria. Item Arist. dixit ex hoc, quòd quodlibet nõ patitur à quolibet, nec in quoduis agit, nisi à contrario, & in contrarium; cõclusit, quòd principia sint contraria determinatè opposita, ac directè. Sed in materia nõ est solùm (prꝫterquã ponitur n õens hoc, in quod agit cõtrarium, quod Aristoteli ibi, & vbiq; aliud est ens contrarium. Nec dicas agere in materiam, namque materia nulli est contraria, ait Arist. & contrarium non agit nisi in contrarium, existens in materia, quam ipsum vult occupare, nec quidem cõuerteretur in illud materia, si esset ei contraria, sicut oportere dicebat Arist. Vndè quoniam, inquiens, calidum nõ generat frigus, nec in se frigus cõuertit, nec lis amicitiam, subijciatur vnum tertium) priuatio formæ, quæ debet recipi in tali transmutatione, sed infinitarum, quare cùm fit album, ait Arist. non ex quolibet fit non albo, sed ex nigro, quod albi est priuatio; itaq; cùm ibi sit absentia formarũ infinitarum, fiet ex quolibet quod fit, quod noluit nec Simpl. nec Aphrodisæus. Sed dicet, fit ex priuatione determinata, hoc est, ex absentia formꝫ introducendæ modò, non aliarũ. Sed hoc redit ad nostrum: Etenim absentia determinata, ac priuatio formæ introducendæ nõ est nisi in forma contraria, vt priuatio albi non est, (teste Aristotele quoq;) nisi in nigro, vel intermedio. Itaq; priuatio non est Aris. tantùm formꝫ absentia, sed forma cõtraria; quam, adueniente forma corrumpi, dixit in fine 1. phy. clarum est autem quòd

Simpl. obliuio. Contr. Th.

non ens non corrupitur; corruptio enim est trāſmutatio de eſſe ad non eſſe, ſicut dicit in 1. lib. de gen. Sed dicunt nonnulli cū Burleo, ideò corrumpitur priuatio, quia deſinit denominare materiā priuatā, ſed hęc corruptio Burlęi nō eſt, niſi in anima, vbi fingitur etiā priuationis priuatio. ſed datum eſt, quòd non exiſtente anima Peripateticorum, ſic exiſtimantium, & aliter denominantium, ſit extrà animam in rebus corruptio, ac generatio, hæc Ariſtoteli ad corruptionem nòn entis generatur ens, ſi eius decreta inſpicias: Et in 1. de gen. dixit non ens corrumpi, ac priuationem, quod eſt vilius contrarium, non ſimpliciter non ens, idem Auer. 1. vt antè narrauimus.

Reſp. Perip. At inquiunt Peripatetici, quòd priuatio eſt non ens, & poteſt eſſe nō ens principium per ſe in immutari, non autèm Elementare componens niſi per accidens, vt ſcribit Simp. in t. 59. huic ſe ſubſcribunt omnes moderni, dicentes principium eſſe per ſe in fieri, at non in facto eſſe. Sed ſimplius eſt ſibi contrarius, namq; in t. 73. dicit, quòd priuatio non componit nec per ſe nec per accidens, & hoc probatur eſſe veriſſimū, quia quod non eſt nullo modo, componit nullo modo. Pręterea qui dicunt, eam non eſſe principium in facto eſſe coelementare, contradicunt Ariſtoteli Deo ſuo: qui ſic ſtatuit, eſſe duo principia actiua in ſubſtantijs, ſicut album, & nigrum in coloribus faciendis, ſed hoc faciunt per ſui commixtionem vt dicit 1. Phy. & alibi, ergò priuatio eſt principium componens Ariſtoteli, & non minus priuationem, quàm materiam, ac formam elementum vocauit, vt in adductis eius verbis paulò antè patuit. Et quidē in 1. & 2. de gen. duo contraria, vel plura generari per ſui commixtionem docuit; vt ſi calidum, frigidum, humidum, & ſiccum refrangantur, ſecunda efficiant entia, & frigus Ariſtoteli eſt priuatio, ſicut dixit in 1. de gen. t. 18. & in 2. t. 32. calidum verò forma; ergò priuatio componit Ariſtoteli, quippè cui omnia fiunt, ex elementis commixtis, quorum duo ſunt priuationes, quia ignobiles, vt dicebat Auer, cum Ariſt. in 12. Metaph. t. 22. vbi carnes, & oſſa ex habitu .ſ. calore, & priuatione id eſt frigore commixtis fieri ſtatuere, idem in lib. de par. an. & priuationem componere apertè docuit in 2. de gen. textu allegato, vbi Ioannes Grammaticus, contrarium, ait, deterius priuationem eſſe dictum eſt pluries, ſicut nigrum albi, & D. Th. ſemper, ait, priuatio aſſociatur alteri contrario, itaque ſi illud contrarium componit refractum, priuatio refracta quoque componet, & ens actiuum eſt Ariſtoteli, componensq; nihil ergò dicunt de ſeipſis Peripatetici & priuatio Ariſtoteli eſt contrarium miſcens vbi fiūt media, alterumq; Elementum, Alex. enim & Ariſt. ſicut cætera Elementum ipſam vocant, at quando fit alterum Elementorum, non miſcet, puta ſi fiat ignis ex terra, in igne non ſtat frigus, ſed benè in planta, ſi fiat, non ſic nobis, & Teleſio, vt in diſp. de mixt. demonſtrabimus. Præterea Ariſt. 2. Phy. t. 15. priuatio, inquit, eſt natura, quia eſt quodammodo forma,

Confut. Th.

ma,ſed clarum eſt,quòd abſentia non eſt natura, cum non ſit principiũ
motus intrinſecum,quale eſt ei natura,nec nihilum eſt forma. Vbi Sim-
plicius ait,quòd priuatio dicitur forma,& natura, quatenus diſtingui-
tur contrà ſubiectum,& ineſt more,vel quia eſt indoles quædam ad for-
mam,& videns quòd expoſitio hæc ſit incondecens, non enim priuatio
ineſt,ſi eſt nihil,nec eſt aptitudo,cùm ipſa operetur ad maleficium Ari-
ſtoteli,vt mox dicemus;& ipſe Simpl.in.t.c. 81. eam non eſſe quouis pa-
cto aptitudinem, quia appeteret ſui deſtructionem,vel, ait,priuatio eſt
contrarium deterius, & ſic eſt natura, vt declaratur in lib. de gen. quòd
vtrunq; contrarium reſpectu ſui contrarij eſt priuatio,& dubitans ſuper
hoc,reſpondet,quòd fit forma ex forma contraria,quatenus adeſt ſimul
priuatio, quæ eſt aptitudo. Sed nihil dicit, aptitudo enim eſt potentia
materiæ,quæ non eſt priuatio,vel diſpoſitio agentis, quæ nec eſt; vt di-
cetur. Auer.verò ibidem per priuationem,quæ natura eſt Ariſtoteli, in-
tendit contrarium imperfectum:ſemper enim,ait,in alteratione cum al-
tero contrario iungitur priuatio formæ;ideò quærit Ariſt.cùm dicit:(ſi 2.Phyſi.t.15.
verò ſit priuatio contrarium aliquod circà ſimplicem generationem,
nèc nè,poſterius conſiderare oportet,)nùm ſic ſit in generatione,vt ſem
per alterum contrarium ſit imperfectius, & priuatio:& tranſmittit hoc
ad lib.de gen.vbi duo declarantur ideſt quòd priuatio coeterna materiæ
nunquàm à primis contrarijs denudatur,& quòd quatuor contraria
tranſmutant, vbi ſemper alterum eſt imperfectius, & priuatio,alterum
perfectius,& habitus. Philoponus quoque priuationem ibi vocat peius
contrarium,vt,niſi ſtupidi ſint,& brutis groſſiores, non dicãt nuſquam
priuationem eſſe contrarium actiuum,quale in lib.de gen.& Phy.poſuit
Ariſtoteles,quod priuationem vocauit, quia eſt imperfectum, & veluti
non ens,aut quò in qualibet leue nomine communi imperfectum prin-
cipium ſignificet,nec oportebat Simplicium, quòd ſi habitus fiat ex for
ma contraria, non erit prima contrarietas priuatio; etenim quærunt,ſi
debent ritè ambulare Ariſtotelici,de prima contrarietate reali,& realiter
agente, & tranſmutante in 1. Phyſi. hæc autem eſt in formis primorum
corporum;ideſt Elementorum,quibus non dantur priora. Sed de his in
diſp.4. At redeuntes ad id,quod dicebant Perip.priuationem eſſe princi-
pium per accidens,vt non ens,dicamus nùm intelligant in facto eſſe, vel
in fieri, non primo quidem modò,tùm quia quod non eſt ens,non com
ponit,nec per ſe,nec per accidens; tùm quia adueniente habitu ipſa cor-
rumpitur Ariſtoteli;igitur nullo modo eſt principium in facto eſſe; nec
quidem in fieri,ſi eſt nihil, eſt per accidens principium, etenim nulli ac-
cidit non ens,& non eſt nec in mente, nec in natura, nec in imagine,nec
in Deo,ſed entis omnia plena,item Ariſt. dixit quòd omne, quod fit,fit
ex contrario, ideſt ex ſui priuatione per ſe, per accidens verò ex alijs,al-
bum enim, ait, per ſe fit ex nigro, ex muſico per accidens, taceant igi-
tur nihil

tur nihil considerantes Peripatetici.

t. 58. 1. phy. At priuatio, inquit Simplicius, est causa per accidens, sed differt in hoc ab alijs causis per accidens, quòd non modò, quatenus materiæ accidit, est causa, sed quoniam nihil fieret ex materia sinè priuatione; & necessè est eam præire in materia, & accedente forma tolli, at non necesse est album esse ante musicum, cùm subiectum sit musicum. Idem dicit Auerr.

Auer. priuationem esse causam per accidens, sed necessarium, quod distinguitur ab accidente, non necessario. & Latini ab his accipientes, ideò priuationem ponunt principium, non quòd agat, sed quia dicit ordinē, oportet enim ante esse formæ præcedere absentiam, ac non esse illius, & hoc pacto non ens est entis principium.

Latini.

Sed hi omnes Aristoteli primò cõtrariantur, quippè qui in t. 43. principium perse posuerit priuationem; & Simpl. sibi quoq; aduersatur, qui in immutari perse, statuit, priuationem esse principium; & nunc in immutari per accidens, dicit, vt ex eius verbis liquet, loquentibus de inhærentia materiæ ipsius priuationis ante factū esse, & de præcedētia. Auer. autem, & alij in allegati textus expositione perse, dicunt, esse principium in transmutatione, & nunc secum pugnant in eisdem verbis.

At dicamus errores, qui ex eis accidunt. Sequitur quidem ex hac via, quam hi assignarunt, potētiam materiæ, dimensiones, & præuias dispositiones esse principia, & sic essent sex principia: qua enim ratione priuatio est principium, hæc sint oportet: immò appetitum, qui distinguunt re, vel ratione inter illum, & potentiam materiæ, tenentur quoq; annumerare principijs, vt sint septem: etenim non modò hæc materiæ accidunt, & more insunt accidentis, sed etiam nihil fit sine his, & necessè est, quòd præsint in materia, & accedente forma, tollantur, vel quædam; habent ergo omnes conditiones, quas assignat Simpliciùs priuationi, vt sit causa per accidens, & quas etiam Auerroes, sunt enim hęc accidentia necessaria, & de necessitatè præcedunt formam, & in qualibet mutatione reperiuntur, & dicunt ordinem etiam, sicut addunt Latini, omnis enim transmutatio incipit ab his: & confirmatur ex eò quòd entia positiua magis habent rationem principiandi, quàm priuatiua, hæc autem plus ponunt in re, quā ipsa carentia, & habent quidquid ipsa habet, vt sit principium, & plus, igitur, &c.

Sed diuersi sunt in hoc Peripatetici, alij enim ponunt differentiam inter materiam, & potentiam, alij verò non. Et quidam differre volunt appetitū à potentia, alij non. Sed in hoc omnes conueniunt, & conueniant oportet, esse distincta entia materiam, & dimensiones eius, & potentiam ad formam, quæ recipitur, & ipsa aboletur, & dispositiones ad formam suscipiendam. Quibus stantibus, necessè habent omnes ponere sex principia, si priuatio, vt non ens sit principium. Et quidē Aristoteles in t. 66. dicit priuationem distingui tātum ratione à materia, & tamen esse principium,

cipium,sic etiam,si dicant; ratione tantùm distingui dimensiones à materia,& potentiam,non euadunt,quin debeant poni principia ; & si differunt re sicut materia,& forma, magis erũt principia. Respondẽt Gandauensis,& Thiennensis ad hæc non omnia , quòd quæ sunt in materia, scilicet potentia, & dimensiones , habent eundem modum principiandi cum materia,quòd concurrant subiectiuè, at priuatio dicit terminum à quo;ideò est aliud principium. Sed hoc est figmentũ, quia potentia materiæ dicit terminum , & ipsa à quo, omnis enim transmutatio incipit à potentia,& tendit ad actum;sicut omnes Peripatetici cõsentiunt;& priuatio apud Simp. & Auer. ac Alb. & alios dicit carentiam cum aptitudine;at potentia dicit carentiam actus,idest formæ cum aptitudine;igitur ex hoc erit principium. Item vel reducuntur ad materiam hæc, quia sunt in materia, vel quia identificantur materiæ re, vel ratione, vel quia manent adueniente forma, vt subiectum illius, vel quia nõ agunt more materiæ. non primo modo, nec vltimo dici potest ; nec enim priuatio agit, nec ipsa non est in materia,quin more accidentis insit omnium consensu; & si hac ratione ista nõ essent principia, per eandem priuatio nec esset.Nec secundo modo,non sint principia ; re enim,& ratione quãtitas, dispositio,& potentia apud Auer. & Thien. & alios distinguuntur,& diuersorum sunt prædicamentorũ, & qui dicũt materiam esse idem,quod potentia, non negant, adueniente actu potentiam ad illum aboleri ; saltem ergo hæc potẽtia est principium,quæ distinguitur à materia,si corrumpitur,non corrupta materia . Et licet remaneat quãtitas Auerroi,& alijs,ex hoc non sequitur, quòd nõ statuatur principium ex ratione subiectandi,magis enim est principium,quod præcedit,& componit,quàm quod præcedit tantum.at Latinis non manet prior quantitas,dicẽtibus, in generatione quòd fiat resolutio vsq;ad materiam primam, nec dispositiones præuiæ, nec potentia illis, & alijs ; itaque nec tertio modo effugiunt hæc esse principia ; & qui vnum effugiunt , incidunt in alia. Item priuatio Aristoteli distinguitur ratione à materia , & Ocham priuationem identificari statuit materiæ,& Alb. idem dicit,esse materiam,& priuationem,quia eundem habent modum principiandi : quas ob res apud Alb. si priuatio est principium, & tamẽ eundem modum habet cum materia,non effugiet, quin sint sex principia. Et si ratione differt priuatio,vt alij dicunt , & hæc differentia rationis non est in re, nisi in intellectu distinguente,igitur realem modum principiãdi,de quo fit sermo, eundem habet cum materia,& hoc pacto omnia prædicta, vt Peripatetici nusquã se exoluant. Et ipsum agens externum disponens, & educẽs formam debet annumerari inter principia apud Perip. cùm semper præcedat ordine,& agat magis,quàm priuatio,nec dicant, quòd hic est sermo de principijs intrinsecis,priuatio enim,vt absentia,extrinsecum est non componens,& ens in anima apud Auer.& Arist. Achillinus verò de mẽte Auer.

dicit,

dicit, priuationem esse vnum numero cum materia, quia inclinat ipsam ad formam, & tenet locum materiæ: igitur priuatio non plus distinguitur à materia, quàm potentia, & dispositio, ac quantitas, & non minùs habet rationem subiectandi, quàm ista, contra Thieo. Præterea si priuatio esset nihil perse, & distinctum principium à materia, & à cõtrario viliori, sequeretur, quòd ad mutationes accidentales quatuor principia concurrant, & sic non erunt in omnibus tria, vt Arist. manifestauit per inductionem in 1. phy. tam in accidentibus, quàm substantijs esse tria principia; quin ex accidentalibus mutationibus demonstrauit in omnibus. Quòd verò sic sequatur manifestum est ex eò, quòd Aristoteles in
5. phy. t. 7. 5. phy. omnem mutationem fieri, dixit, ex quodam in quoddã, at in accidentibus ex subiecto in subiectum, hoc est, ex termino affirmato in affirmatum, vt ipse, & sequaces se exponunt, vt in albificatione album fit ex nigro, vt aiunt in t. 9. igitur si priuatio albi erit aliud à nigro, vel materia, tunc erunt principia quatuor, scilicet album, nigrum, materia, & priuatio albi. at Arist. in textu, priuatio, inquit, est contrarium, & demonstratur affirmatione, vt album, & nigrum, & profectò nigredo non dicit inclinationem ad album, sed impotentiam, itaque priuatio non est aptitudo, & indoles, sicut dicit Simpl. Auer. & Alb. cum sequacibus. Præterea, quando album fit nigrum, est album priuatio nigri, & tamen non est imperfectum contrarium, itaque Arist. quoque est sibi contrarius. Iterùm incusandus est magis, quòd ex non subiecto in subiectum efficiat generationem substantiæ, cùm & ipsa fiat ex subiecto; semper enim in materia præcedit forma substantialis corrumpenda eorum consensu; itaque vel in omnibus quatuor sunt principia, vel priuatio est idem cum forma abijcienda, quæ est terminus à quo; quod si nõ est idem, nec in accidentibus erit idem, igitur vbique quatuor principia sint naturalium. Nunquam enim generatio fit ex pura priuatione, vt consentiunt omnes, & nouiter declarat Ferrariensis, sed semper ex cõtraria incompossibili forma. Sed quo tueantur errorem illum Peripatetici, quòd scilicet, substantia non habeat contrarium, in varias cadunt chimeras. Item vel ponunt hanc priuationem in contrario abijciendo, & sic cùm tam accidentalis, quàm substantialis præsupponant contrariam, quod patet, quia contrarijs gaudent proprietatibus, dispositionibus, & actionibus, ac incompossibiles sunt; igitur priuatio erit ens; vel ponunt in materia priuationem, tunc non erit principium per accidens, quia accidit materiæ: nam multa accidunt, & necessariò pręcedunt, vt diximus in materia, tùm quia perse principium esse in fieri ipsimet dixerunt. Nec dicant priuationem esse principium, quia generat appetitum materiæ, tùm quia contradicit Aristoteli, dicenti, quòd generaret sui destructionem, & quòd operaretur ad maleficium, tùm quia non erit principium immediatum, sed potentiæ; sed principium tale est dispositio, quæ materiam ad formam

actuat,

ctuat,& aptitudinem efficit,& principium esset ipsum disponens, appe-it enim per id, quod habet de motu ad formam ipsa materia, ait Auerr. e motu verò habet ipsam dispositionem ; tùm quia vbicumque est pri-atio esset potentia,quæ ab ea venit,sed in cœlo est priuatio formæ lapi-is,est enim ibi carentia,at non est potētia, secùs reduceretur ad actum; tenim materia esset absque sua operatione, quæ est recipere actum, & otentia esset ociosa, vt arguit Auer. super 1. cœli t. c. 20. Priuatio igi-ur Aristoteli,si est principium,alterum cōtrarium poni debet, fugienti rrores.

Sed adducamus in medium omnem eorum sententiam. Temistius di-it priuationem esse accidens materiæ authoritate Boethi. & Alexander ixit,esse qualitatem,teste Simplicio,Simp. quoque,inest,ait,materiæ,vt ccidens,& differt ab ea ratione, nam ipsa non manet, si per se inest,ipsa beunte,subiectum interiret. alibi dicit,quòd est absentia cum aptitudi-e.Auerroes est varius,nam idem cum vltimo dicto Simplicij quandoq; rofert, alibi verò priuationem formam materiæ appellat coecam. Aug. lphus interpretatur corporeitatem,quæ quatenus inest materiæ, sem-er,est habitus,sed quatenùs ab eius facultate educuntur formę,est pri-atio. Albertus,priuationem esse carētiam cum aptitudine,docet, & in-hoationem omnium formarum, dicit, esse corporeitatem, quæ est pri-atio communis.

Verùm, figmenta hęc esse, quis non videat ? & quidem contraria sunt mnia Aristoteli, nullibi inueni priuationem, tot modis sumptam,esse rincipium, nisi vt agit; vt declarauimus antè. Itaque omnes hi sermones unt falsi, vel vnus tantùm verus, cùm sint discordes. Præterea in genere ubstantiæ sunt principia substantiarum,non ergò priuatio est qualitas, el accidens,vt dicebant, & Alex. est sibi contrarius, si recolatis ante ha-itos sermones eius, & Simp. pluries,& hic præcipuè. dixit enim in t. 70. uòd priuatio reducitur ad genus oppositæ formæ, igitur est in genere ubstantiæ priuatio substantię, sicut dicebat Arist. & ipsi omnes expo-itores, igitur nec est corporeitas, cùm & ipsa sit accidens. Item corpo-eitas perseuerat semper in materia eadem numero apud Auer. sed pri-atio corrumpitur adueniente forma Aristoteli, & corporeitas nulli est ontraria, vt dicunt, secùs non reciperet cuiuslibet terminum,nec omni-us fieret subiectum contrarijs, at priuatio destruitur ab opposita for-a,vt omnes determinant. Item priuatio Aristoteli est contrarium de-erminatum, vt dicebat, sicut frigus est caloris priuatio, & non aliud,& lbi est nigrum, non quoduis; corporeitas autem est interminata com-unis omnibus, eadem numero. Item quia per se inest materiæ corpo-eitas,quia est ei concausa,& non per aliud medium,præcipuè quam di-unt interminatam,& congenitam ; igitur quia,teste Aristotele, priua-io corrumpitur adueniente forma,itaq; corrumpitur corporeitas,quæ

est priuatio;corrumpitur,& materia,vt deducebat Simp. quòd corrupto per se inhærente,corrumpitur subiectum, cui inhæret: & hoc inniti dicant,qui corpus esse dicunt priuationē, oportet. Hi verò,qui nihil idem in genito, & corrupto ponunt, nisi materiam, in nihilo formam recipi asserant oportet per hanc rationem verissimam. Sed dicunt. Arist. cùm dicit,priuationem corrumpi,intelligere,contrarium deterius, vel absentiam formæ,aut dispositionem. Etenim,ait Niphus,quatuor modis sumitur priuatio apud Auerroem, primo pro respectu potentiaq; materiæ,secundo pro corporeitate illi coæua,tertio pro pura absentia, quarto pro dispositionibus. Præter hoc, quòd sumitur pro contrario ignobili. At Peripatetici nè deserant Aristotelem in singulis verbis fingunt, quæ nulla imaginatio comprehendere queat. At quoniam certum est, priuationem, quatenus est principium naturalium, vno sumi modo,si alijs modis non competunt conditiones, quas Aristoteles ei attribuit, nequaquam sunt inter principia numeranda, secùs principia tot essent, quos modis sumitur eorum alterum, saltem si ratione differant, nō tantùm re.Itaque quoniam corporeitas differt à priuatione, quæ Aristoteli ponitur principium,vt probatum est valdè, consequens erit, quòd principium non sit,tali modo accepta priuatio.Itaq; corporeitas,si non corrumpitur,& priuationem corrumpi oportet,nequaquam erit ipsa principium; & si ponatur propter quædam attributa priuationi ab Aristotele,quæ non competunt ei, nisi sumatur pro corporeitate, & conditiones ruant,est opus. Igitur, quoniam verbi gratia Auerr. corporeitatem vocat priuationem per hoc,quòd Arist. dixerat in 2. phy. t. 15. priuationem esse formam, manifestum est, quòd ruat hoc principium priuatio, vel sint tot principia, quot modis ipsa sumitur, vt ei competant omnes conditiones: manifestum est enim quòd nō modò ratione differunt hæ acceptiones priuationis interse, sicut differt à materia priuatio, sed etiā re;& hęc ratio valet contrà omnes has acceptiones,quòminus sint veræ, & quòd non competāt priuationi omnia attributa,si altero horum modorum sit principium,itaque omnes modi sint falsi. Et nos demonstrauimus apud Aristotelem priuationem esse vilius cōtrarium, vt non amplius sit demonstrandum, & ei competunt attributa omnia; & vidimus propter quid Aristoteles sibi contrarietur. Itaque si nusquàm posita est ab Arist. principium corporeitas,quomodo fingitur ab eis? & si priuatio operatur ad maleficium, & non ad capiendam formam, sicut facit corporeitas;ad quid ergò sit principium? iterum Auerroes dixit esse ens in anima priuationem,ergo ipsa non est dispositio,nec corpus,quæ sunt in re. Nec absentia,cùm sit indeterminata, est principium. At dicunt,absentiam cùm aptitudine esse principium. Sed non est verum: absentia enim est nihil,& aptitudo est inclinatio materiæ, igitur non sunt principium simùl aggregata. Et Arist. dixit, materiam appetere formam non

utem priuationē, quia sui appeteret destructionem, & confirmat istud aldeSimpl. in t. 81. & omnes. Itaque sibi & Aristoteli contrariantur, ùm ipsam esse aptitudinem volūt. & D. Th. nullam dicere aptitudinem riuationē probauit. Et si priuatio operatur, vt ait Arist. ad maleficium ormę, hoc est renititur nè in materia sua recipiatur, quod facit frigus, ùm expellitur à calore, nō erit priuatio inchoatio formarum, nec aptitudo, nec corporeitas, nec erit causa aptitudinis, & appetitus, vt dicit mp. secum pugnans in t. 72. Alb. & Auerr. sed erit contrarium repugnans, volensq; absentiam contrarij. Et ideò non potest sumi priuatio ro dispositione per hęc, quę diximus; tùm quia contrarium nō dispo- t pro contrario introducēdo, quod secum pugnat, volens illius occu- re materiam, sed ei resistit, & indispositum reddit. Nec quidem frigus t dispositio ad calorem, sed benè tepiditas, quæ est de natura termini, l quem, non à quo, qui est priuatio. Et item potiùs est dispositio ad su- piendum calorem humiditas Aristoteli, quę non est caloris priuatio, ùm frigus est priuatio, vt dixit in de gen. in metap. & alibi. nullo igi- r pacto est dispositio priuatio. Nec priuatio sit respectus per rationes ignatas, quia non est aptitudo, nec potentia, sed extinguit respectum, potentiam, & potentia, respectusq; & actus sunt eadem numero apud otistas, at priuatio non est eadem cum habitu. & Aristoteles in prędi- nentis dixtinxit relatiua contraria à priuatiuis. & licet Simpl. dicat, uationem hîc non esse eam, quæ in prędicamentis, quia hic prįcedit rmam, ibî subsequitur, & hęc dicit aptitudinem, illa non; benè dixit oad primum, si priuatio hîc sit contrarium deterius; at non differt à dicamentali, si est carentia, etenim corruptio Aristoteli est à subiecto non subiectum, hoc est ex habitu in priuationem, vt dicit phy. 5. & ma- estum est, quòd subsequitur abeunte forma; & illam non dicere apti- inem, hęc modò dicta manifestarunt, & diffinitio prędicamentalis c conuenit, si priuatio est carentia: vtraque enim est, quà subscepti- habitus nullo modo habet illum. Quare stat rectè, quòd si priuatio areutia, non sit principium nullo horum modorum sumpta. & con- it nobis Bernardinus Telesius, Petrus Gregorius Tholosanus; & gustinus Niphus quasi inuitus inquit in 1. phy. vel priuatio reduci- ad materiam aptam, & sic est ens carens, vel ad contrariam formam ciendam, & sic est ens priuans pręsentiam inducēdę: & priuatio for- iter non est, ait, nec oppositio priuatiua, nec positiua, nec contradi- a, sed ens in anima, hoc est, imaginarium; & quidem absq; hominum ginatione ficta sit generatio. & ens est, ait, quatenus reducitur ad for- n contrariam, vt ad aqueam cōtrariam igneę. Vndè sanè patet, quòd iuatio non priuat, nec agit, non sit principium; nam vel est princi- n quia componit, & cogit, & sic non; si est nihil, & ipsi dicunt, vel priuat in re, quod non facit, quia est in anima, non in re, vbi sit ge-

 neratio,

neratio, consequens est, quòd non sit principium ipsa, quod est nihil, sed ens, quod in re priuat, idest deterius contrarium, quod habet alterum, scilicet, principiare, & agere, ex contrarijs enim actionibus Arist. sciuit principia esse contraria, quia agunt, & contragunt in se sola contraria. Ergo si est non ens non contra agit, nec positū est principium nihilum; & si est positum, error est inextricabilis. Item quando corrumpitur habitus, corrumpitur in priuationem, & non potest esse, si sit nihil, nihil enim abit in nihilum, sicut nec fit quippiam ex nihilo, ergo corrumpitur in contrariam formam, vt videmus ad sensum, & Arist. docuit, vt calidum in frigidum à frigido; album in nigrum à denigrante, sicut habet in t. 43. Arist. & Simp. Et si priuatio non est in mundo, sed tātum in anima, quia omnis in mundo materia habet formam, nec vsquam reperitur pura priuatio, quomodo ergo est principium, quod oportet etiam Aristoteli, vt inquit, semper manere? & quidem si entis sunt omnia plena, & hoc principium priuatio non est, nisi in anima, nec per se, sed alterius speciem, scilicet entis, nequaquam elementum, principium modo quopiam ponendum erit. Simp. quoque ait, priuatio per se est nihil, sed est, vt in materia, hoc est quatenus materia dicit ens priuatum. Et profectò si priuatio est nihil de se, nō est principium, cùm ex priuatione, quatenus priuatio, nihil fiat, sed vt in materia, igitur non magis est principium, quàm potentia, & interminata dimensio, cùm & hæc habeant entitatem quādam, & modum causandi. Et priuationem corrumpi dixit Arist. aduentu formæ, constat autem, quòd non ens non corrumpitur, vt ipse quoque docet. phy. 5. t. 14. Et inuitus Ferrariensis nobiscum est. quippè qui dicit, ideò Aristoteli positum fuisse principium priuationem, quòd Antiqui negauerunt distinctionem eius à materia.

1. Sed ex hoc apparet imperitia, & ambitio Aristotelis, qui, vt dannet antiquos, non curat propriam ruinam. Sed nec id est verum, etenim Plato, teste Simplicio, agnouit priuationem, sicut apparet in Sophista, at cùm nihil sit, nisi materia carens, & carere sit ratione contrarij inexistentis, eam à materia non distinxit realiter, quo pacto nec Arist. diuidit nisi ratione & Plot. in 2. enead. declarat, quòd scierit Plato priuationem, sed iure non vocasse principium: at in Conuiuio Platonis Socrates in sua oratione dicit, quòd verè facere causa dicatur, quæ procedit de non esse ad esse. At quidem si ponant priuationem, & habitum esse duo principia realia, quæ præcedant formas cōtrarias agentes, quas nos ponimus, manifestum est, quòd nec erunt omnium principia, vndè mouentur, vt sic dicant. Etenim ad faciendum elementa totalia hæc nō adsunt, & in cœlo nec priuatio habet locum principij, si semper fuit Aristoteli, igitur potius dicant principia esse, quæ stant in primis corporibus, & cœlo, si eis est aliud, & quod ad vnum corpus sufficit vnum contrarium cum sua mole. Et ipsi omnes concedunt in cœlo non esse priuationem nec quoad esse,

nec fieri; ficut inquit Auer. cum Arift. in 8. metaph. & in de fub. orbis, & Simp. 1. phy. t. 73. Sed refpondent, in cœlo priuationem effe quò ad motum localem. Verùm igitur non funt omnium hęc principia faltem quo ad fubftantiam, ficut præfumunt facientes hoc nihilum, alterum habitum mentale, aliud puram potentiam. Et hæc quoque refponfio eft error. Namque omnes partes Sphæræ funt continuæ, & occupant in toto omne vbi, & fi partes effent priuatę vbitatibus, & tenderēt ad ipfos, tunc vnius continui non effet vnus motus contra Arift. 5. metaph. t. 8. Et fi priuatio generat appetitum, vt inquiunt, tunc partes haberent fingulæ diuerfos appetitus proprios, & fi id concedant eft falfum. Etenim apud eos vnius Sphæræ partes omnes mouentur ab vnius intelligentiæ appetitu, & tunc vltra appetitum communem omnis pars cœli haberet imaginationem fui appetitus, & cùm in infinitū fecari pofsit Sphęra in partes imaginabiles, ficut nunc fecatur ab eorum intellectibus, tunc infiniti appetitus, & compręhendentes virtutes, quas appetitiones fequuntur. & Auer. negat Themiftio in 4. phy. quod Sphęra fit in loco per partes, cum ipfæ fint indiuifæ, igitur nec mouetur ad locum per partes. Et quidem infinita infœlicitas effet in cœlo, fi datū fuiffet ei moueri per partes, quæ femper fint priuatæ, & nunquam, quod appetunt, fruantur vbi fingulæ fimul. Vel dum vna eft fęlix, omnes reliquæ funt infœlices & ipfa nec felix eft, cuius quippè felicitas in paruifsimo tēpore ob aliatū velocitatem trahentium, perdurat. ò ftultitiam? Et hoc quidē euenit, quòd ipfi non cognofcunt, quòd nobilitas mobilis naturæ, & fęlicitas ftat in motu, & femper moueri quęlibet pertio natura appetat, & quòd non quærat vbitatem, quo eft priuata, fed velit moueri propter bonum. Sed de hoc in difpu. vltima. At fi dicant de mente Arift. effe, quòd mundus ab æterno manauerit, nec priuatio realis erit ad cœli factionem, fed præcefsit fecūdùm noftri imaginationem corruptam antè id, quod femper fuit, intelligentiis non effe eius, quam prioritatem originis dicunt; fed tunc non erat quidem intellectus Peripateticorum, qui fua imagine conficiat tale principium. Et fic poffemus dicere ordine originis præcefsiffe priuationem Dei patris, vel filij eius fubftantialis, quamuis non fit realis: nam quæ præcedit ad æternum mundum, eodem pacto ad Dei filium æternum præcedet. Itaque appareat omnium fallacifsima Peripat. de principijs fententia.

Hinc alius error ex Ariftotelis inconftantia procefsit, vndè Peripatetici inconftantes facti, priuationem, quæ nihil eft corruptionis caufam effe dixerunt, & quòd ipfa in materia exiftens facit corrumpi compofitum ex materia, & forma. quod Ariftoteli eft contrarium, & veritati. etenim Arift. contrarium non nifi à contrario actiuo corrumpi ftatuit 1. phy. 1. de gen. & lib. de morte, & vita, vt calidum à frigido, non ab abfentia frigidi, quæ cum calido ftat. Et profectò priuatio, fi eft nihil, nō agit,

corrum-

corrumpere autem agere eſt. Item ſi priuatio eſt ſemper in materia cum forma regante, (non enim datur cis materia abſque forma) & ipſa vt ſit ens, eſt forma contraria formis introducendis, nunquid aget ad corruptionem ſui? & nunquid abſentia contrarij, ſi diſtincta concipiatur, non magis conſeruet contrarium? non quidem calor ignem, vbi ipſe regnat, vult corrumpi, & frigoris abſentia permanere ipſum facit. Sed quidam imperiti colloquentes nobis, cùm aiunt ſecundariò velle quippiam ſui corruptionem, vt propter pecuniam exponit ſe morti, & propter occidere inimicum homo. Sed ò ſtulti, homo ideò exponit, quia neſcit certò interitum indè procedere, & ſalutem ſperat, quin acquirit periculosè pecuniam, quò meliùs deinde viuat, & diutiùs, ſine qua viuere non poſſet ſic, & ſi eſſet prima, vel ſecunda intentio, vt moriatur non acquireret pecuniam, vt viuat commode. vult itaque augere, non perdere vitam. Et occidit inimicum, quò viuat ſecurus, & ſine iniuria, non autem, vt ipſe moriatur, & ſi conſequatur mors, ipſam effugit omninò. Sic frigus congreditur cum calore, non intendens ab eo corrumpi, ſed corrumpere, & à ſubiecto, quo ipſum potiatur deijcere, per accidens autem quippiam ſeipſum corrumpit raro, præſertim in animalibus, quibus cùm vita cōpetit honor, & quorumcunque portio caloris ab excedente vincitur. & Ariſt. loquens quòd à contrario contrarium modò corrumpatur, corrumpitur, ait, etiam ignis minor à maiori, velut à contrario. quare benè dicebat Auicennas corruptionis cauſam eſſe contrarium agens, vt frigoris calor, non autem materiam, vel priuationem. Auerroes autem corruptionis cauſam dicit eſſe quandoque priuationem, interdum Hyle. ideſt materiam, & quidam intelligunt de eius mente eſſe materiam, vt priuatam. Et quia cœlum non habet priuationem, non corrumpi. Sed hęc figmenta ſunt; illud enim in ſimplicibus pręſertim corrūpi videmus, quòd contrarium agens ſe robuſtius propè habet. Et quia ęlementa adæquata ſunt Ariſtoteli, non corrumpuntur ſecūdùm totalitates, ſed benè partes ab aliorum partibus, at de hoc alibi. At nunquid materia poteſt agere aduerſus naturam agentem, ſcilicet formam, quæ in ipſa regnat? & nunquid materia appetitum ſuum exequetur, & è ſuo ſinu contrariam educet formam, non aduenientc externo agente? non quidem ipſe concedent educi niſi ab agente. Itaq; agens contrarium eſt corrumpens, & generans, & non materia priuata, nec enim materia, nec priuatio, quæ eſt nihil, agēdi vim habent vllam. Et mirum ſi forma regnans non extinguit appetitum materiæ ſibi contrarium. Profectò ignis materia non deſiderat eſſe terræ, quia appetit, & agit per calorem, & ad illius modum, cui eſt ſubiecta, nec terra vult eſſe ignis. Licet poſsit eſſe ſi occupetur ab igne fortiori. Sicut dicemus infrà, & in diſp. 3. Et cœlum habet priuationem formæ inferiorum, eſt enim in eo abſentia ignis, & aquæ apud Ariſ. ergò nihil dicebat Auerr. ſed dicet forſan priuationem dicere abſentiam cum

aptitu-

titudine;id reprobauimus: nunc dicimus ipsam carentiam esse apti-
dinem,etenim omnis aptitudo præter hanc est à forma, vt dicit Arist.
lib. de bona fort. & terra ideò habet aptitudinem, vt fit ignis,quia ca-
: forma ignis, non quia sit inclinatio manans à forma terræ, secùs in-
naret ad sui corruptelam Nec priuatio corrumpat; quia dat materiæ
petitum,daret enim sui corruptionem, illamque prior ipsa appeteret,
ntra id, quod dicebat Arist. in. t. 81. 1. phy. & Simpl. ac Auerr. qui
bi dicunt priuationem esse causam appetitus, ibi contrarium profe-
nt dicentes,quod si sic,tunc appeteret corrũpi. nec materia cœli,quòd
bilem habet formam,non appetat,tunc enim ignis non appeteret ter-
m, quod nolunt. Et Arist. 1. cœl. cœlum non corrumpi statuit; quia
n habet contrarium,veluti ęlementa habent, non quia non habet pri-
tionem. & Simpl. ac Alex. nihil, aiunt, corrumpitur nisi contrarium
beat. Appetitus verò materię est esse sub forma,sed non continuò no-
m habere à se, nisi ab alia occupetur appetente in ipsa regnare. Ideò
quum est, vt materiæ naturam à priscis non agnitam, vel non benè
claratam inuestigemus,& manifestam reddamus.

Quoniam quidem esse in terra, nec alibi frigus, nec in cœlo, aut alibi
or sine corpore, cum sint incorporea, corpore, vt subsistant vbique
us habent,itaque corporea moles tertium statuẽdum est principium,
od materiam Aristoteles, ac alij appellarunt, subiectam naturam,vel
bstãtiam omnibus substantem. Quòd autem incorporeæ sint naturæ
entes calor,scilicet,& frigus,indè patet,quòd qui aduenit calor è cœlo
llam materiam cœli secum defert, & in profundas terræ partes non
rgeretur,si corpus deferret,itaque sine corpore venit diffundendo se,
multiplicando per media corpora,scilicet per aerem,& terrã,ac aquas.
em facit ignis nostri calor. Lux autem transit se effundẽdo per aerem,
non intimam terram,quia eius fœdatur nigredine,calor itaq; inuisilis
greditur, quoniam lux eius visibilitas,& species nigredinis, & crassitiei
bia obruitur,& occultatur.Itidem frigus terrę absq; corpore & ipsum
funditur,non tamen nõ per corpora, sed vel per aquam, aut infimam
li portionem,quæ aer dicitur, & dato vacuo non diffunderentur nisi
erentia corpus, tenebra autem qua cùm diffunditur frigus terræ,vbi
adest in aere,& aqua, eius luci cedit, quin luce occultatur,sicut infra
ram lux ab ea,sed ipsum tantùm in aere frigus sentitur, corpore itaq;
bo contraria indigent,cum nusquã sine illo reperiantur,nec possint.
demus pręterea calidum ens in rem frigidam,& è cõtra,à frigore hoc,
m à calore inuerti,& dilatari,ac stringi,manifestum est ergo commu-
n naturam,quę corporea semper apparet omnibus subijci.Materiam
o passiuum esse principium sensus,& ratio manifestant..Quandoque
m à calore occupantur illius conditiones, & iuxta vires caloris, quas
cipit,operatur vnum ei facta,sic à frigore;& eadem materia sub forma

terræ

terræ, aeris, ignis, & aquæ, plante, & aliorum apparet, vt re vera videatur pati tantùm, nec vllam de se habere formam, sed posse alias semper suscipere, non per sui potentiam actiuam, sed agentis, vt hęc nō sit actiua potentia, qua materia subiacet, nec appetitus aliquis alias semper suscipiendi, vt fallò opinantur, ex se, sed ipsa est impotentia materię, vt ex se subsistat in mundo, nisi cum forma, & quia nusquam apparet forma, quę in ea regnat corrumpi, nisi contrariū adueniat eam deturbans, vel ipsa cum portione materię, quam ad modum sui prorsus egit, labatur ad cognatum, consequens est, vt ipsa materia non possit nouam educere formam, nec appetat transmutationem, sed tantum stare sub forma, sicut mox dicemus, & licet appetere ipsam concedi possit, vt fœmina masculum, veluti Arist. dicebat, tamen id intelligendum est, quòd appetat natura stare sub forma quauis, non autem quòd postquam habuerit vnam aliam desideret, ritè quidem ex Auicennæ rationibus conuincitur id esse falsùm. Ille enim appetitus non est in materia, sed in forma volente potiri ipsa, quæ ab extra pugnat cùm inexistente, & hoc est quod conuictus Auerr. dicit eam appetere per id quod habet de motu ad formam, idest, per dispositiones aduenientis. Sicut semen appetit fieri homo, si est hominis per spiritum calidum disponentem, & effingentem in eo formam hominis à genitore propagatum. quod dicit Themist. & Alb. de intelligentia mouente materiam, non est naturale, sed fictum, sicut quod cœlum moueatur ab intelligentia, & peius. Igitur redeuntes dicamus, non posse fieri generationem, nisi sit omnibus ipsa communis. Ipsa autem ad entium factionem non aliud pręstat, nisi corpus, & molem, quin ipsa subiecta corporea moles esse vbique apparet, igitur corpus est, nec augetur vnquam à se nec diminuitur, non enim viribus hęc agēdi donata est, sed à calore expanditur, vbi augeri videtur, & à frigore cōstringitur, vbi diminui videtur, vel separatur ipsius tenuis portio à crassa à calore, vbi ab eo diminui cernitur, & inuisilis fit, tunc, quę restat oculis visa minor apparet. Rursùs & quòd operationem non habeat propriam indè manifestum est, quòd si haberet, alienas non ederet, sed suam, nec ęquè in potentia esset ab omnibus vt transmutetur. Item ipsa forti à calore correpta, & quamuis in flammas acta sit visilis, nihil sursum se attollit, sed stat, donec omnino subtilietur, & eleuetur, motus vndè appareat caloris opus solius, non & materiæ, & si sub ente mobili, vel immobili est, non potente suam edere actionem, nec ipsa edit vllam. quod calidę res declarant in aere positę, vt vinum, & carbo accēsus, vel ipsa stuppa, quę deorsum labuntur, quia impares sunt caloris vires ponderi, quippè qui molem mouere nequit, nisi prorsùs attenuatam, nec frigus adest tantum, quantum sufficit, vt immobilia ea efficiat ibi, itaque materia à neutro superata, neutrius edit opus, nec suum; sed deorsum cadit; si enim staret ederet opus frigoris, scilicet stationem, si moueretur ederet opus caloris,

quod

quod non poteſt calor, nec poteſt in ſeipſa fulciri, quia operaretur ſubſtentationem, conſequens eſt, vt cadat, vbi immobile externum fulciens eſt; ſcilicet ad terram, non propter cognationem quidem quando & calida cadunt in terram entia, ſed quia non eſt penitus ſuperata materia, & deberet ad modum ſui agere, ei autem actio non competit; itaque cadit deorſum, & talis motus eſt materiæ caſus, & priuatio operationis, vt infra dicetur. Iners igitur eſt materia, & mortuaq; vndè alia ei inſequitur conditio, vt ſcilicet, ſit perſe in cognoſcibilis. Namq; natura, quę cognoſci ſe facit, mouet ſenſum, ſuaq; ſpecie ſentientem afficit ſpiritum, at materia non mouet, nec afficit, quia operaretur, conſequens eſt, vt ſit natura inuiſa. Vndè ait Salomon, creauit Deus mundum ex materia inuiſa. At quoniam inuiſum omne nigrum eſt, tenebroſumque, nigredo enim viſum non mouet, & vbi abeſt lux, quę nigredinem quoque noſtrorum entium ad videntem defert ſpiritum, res nigra non videtur. Entia autem alba viua albedine, quæ lux eſt, in tenebris nocturnis quoque videntur, & fortis albedo demortua in nocte Pauliſper, & ipſa videtur, ſicut in tẽplis dealbatis experimur, ſic & reliqui colores magis, quàm nigri, niſi parua lux adſit per cuius oppoſitum nigrum concernatur; colores enim omnes à luce fiunt nobis commixtione nigredinis materiei, Platoni verò, & Ariſtoteli ex ignis commixtione, vt alibi dicit, alibi verò ex albo, & nigro, & neſcit cuius ſit cōditio nigredo. Hinc eſt quòd materia abiſſus, tenebraque, vel vmbra vocatur à Moyſe, & Mercurio. Senſus verò idem teſtatur. Nigredo enim nō poteſt frigori attribui, cùm entia calida quoque ſint multa nigra, nec calori, quia frigidæ terræ ineſt, vt ſuperius à ſenſu oſtẽdimus, & calido ſoli, igniq; ineſt maxima albedo. Conſequens eſt vt mediæ naturę ſit ſpecies, hoc eſt, materiei, quæ latet ſub ſpeciebus calorum vndè cum materia, & caloris facie entium facies, colores, ſcilicet fiunt. Id autem in titionibus experimur, qui partibus ſubtilibus caloris ignis ſpoliati, alboq; igne tenuitati alligato, nigreſcunt, nigredo verò illa non eſt effectus, conditioq; ignis, dum enim ipſe adeſt albedo ineſt, quæ mixta nigredini oſtendit rubedinem, conſequens eſt vt ſit propria materię. Nec generatur tunc ab igne, ſed manifeſtatur per ſeparationem partium tenuium occultantium ſuo albore igneo. Per accidens ergò calor manifeſtat naturam materię, & nigredinem, ſicut per accidens manifeſtat ſiccitatem entium, & duritiem, dum duras mollibus ſpoliat. Patet igitur dari tertium principium corpoream molem, cuius alteram partem obtinet calor cœlum ex ea componens, altera verò principalis eſt in terra, & quòd ſit corpus nulli contrarium, expers operationis, capax omnis agẽtis, impotens omni denudari forma, inuiſibile perſe, incognoſcibileq; nunc aliorum decreta adducamus.

Antiquiores videntur omnes de principijs loquentes ipſa materialia poſuiſſe, nec ea interſe ſeparaſſe, vt alia ponant actiua aliud ſubiectum,

ſed agentia ipſa præſtare materiam arbitrati ſunt, vt ponentes ignem, & terram principia, ex igne & terra, vt formalibus, & materialibus rebus componebant. ſicut Stoici, & Parmenides. ſic Empedocles ex quatuor elementis, & lite amicitiaque omnia facit. Anaxagoras verò chaos ponit vndè calore ſegregante, & frigore congregante Mens vſa omnia conſtituerit, & per chaos materiam intellexit, vt declarant alij. Sic ponentes vnum principium, vt ſupra recenſuimus ex eius mole omnia faciebant. Democritus autem ſubiectum corpus vnum poſuit, idemq; differentias ſortiri figurarum, poſitionumq; & ordinis, vt narrat Ariſt. 8. meta. t. 5. Heſiodus verò, ac alij Theologi terram materiam rerum faciunt. At omnes (ſicut teſtatur Ariſt. 1. phy. t. 53.) ſupponunt vnam naturã, ſed quidam dicunt illam eſſe ignem, ponentes ignem principium, aquam qui aquam, & alij, qui aliud, at melius alij faciunt vnum medium commune, ideſt corpus ſubiectum nulli contrarium, non autem vaporem, vt quidam exponunt, eſt enim hic alijs contrarius, nec rationabile erat, vt materiam poſuerint vaporem. Sed ſicut dicit Alexander apud Simplicium eſt medium corpus. quippè cum Anaximander poſuerit naturã corpoream aliam ab ælementis nulli contrariam eſſe principium tertium. & Porphyrius narrat corpus indeterminatum de ſe omnes dixiſſe aliud ab elementis principium. Pythagorici figuras ſupponunt, & angulos, intelligentes per hæc naturas elementares teſte Iamblico. Plato autẽ in Parm. non ens dicit eſſe materiam, quia eſt præter vnum, & multa; at non intelligit purum nihil, ſed non ens determinatum, ſeu, vt dicunt, prædicamentale, vt docet Iamblicus in lib. de Secta Pythag. & Plotinus in lib. de materia ens eſſe ex Timæo declarat, Alcionus quoque in lib. de doctrina Platonica nullam differentiam eſſe oſtendit inter Ariſt. & Plat. de materia. Idem Simpl. & Themis. Vndè & Mars. in conuiuio in expoſitione orat. 2. cap. 3. vocat materiam corporis molem, nõ habentem ex ſe motum. Ariſt. quoque 4. phy. t. 15. idem Platoni dicit eſſe materiam, & locum, & locum eſſe dimenſionem, ſed apud Plato. intellige non externorum locum, ſed intrinſecæ formæ, diminuit enim antiquorũ dicta Ariſt. ideò de dictis Platonis videamus.

Poſtquam Plato in Timæo duo ſtatuit principia, alterum exemplar, quod eſt in mente diuina, alterum ſimulacrum ab hoc exemplari deductum, generationi, oculiſque ſubiectum, per quod intelligit formam, vt manifeſtat, nunc cogit nos, inquit, ratio, vt difficilem, & obſcuram ſpeciem declaremus: quæ receptaculum eſt, & nutrix generationis, & inquirens num ſit ignis, aqua, aut aliud elementum, concludit nullum horum eſſe, ex eo quòd hæc generationi ſubiecta ſunt, & continuo mutantur, nec ignis ſemper eſt ignis, nec terra ſemper terra, at materia non variatur, vt fiat aliud à materia; & habitis rationibus, nullum contrariorum, ait, eſt receptaculum. Ipſa enim nunquam recedit à potentia, ſicut

 hæc,

hæc, suscipit omnia nec vllam sibi similem facit, nam non posset aliam recipere. ecce ergò quòd Plato benè agnouit principium passiuum esse materia aliud à compositis, quæ in rerum primordijs à Deo susceperit formas, at nunc ab igne, vel alijs proprijs formis generãtibus informari non negat, cum quatuor ęlementa generatorum ponat principia. hæc amplius docẽs ait. Materia cùm debeat esse effigies omnium formarum, varietate distincta, idest à formis ęlementorum patiens distinctionem, quibus iacet, nunquam illud ipsum formationis gremium erit præparatum, nisi informe sit, & suaptè natura omnibus, quas recepturum est, careat, & hic ergò Plato commune ponit principium, & informe de se hoc est, quòd non habeat determinatam, quia non posset pręparari pro aliis, at nudam ponit nusquam, sed nulli contrariam, & licet Arist. attribuat Platoni quòd posuerit contraria ex parte materię, non est intelligẽdum, quòd illam ex se sibi contrariari potuerit, quæ nec formis est contraria, sed multa loquitur Arist. nec vnquã vidi hæc in dictis Plat. quòd ex parte materiæ magnum statuerit, & paruum vt principia. Ipse enim, vt vidistis, ponit variari ipsam à formis, & suscipit magnum dum expanditur à calore, paruum si constringatur à frigore, vt declarauimus. & Arist. ac Auer. suscipere magnum, & paruum quantitatem, quæ nusquam à materia denudatur propter calorem, & frigus, voluerunt, dum raritatem, & ... [illegible] ẽsitatem his tribuerit, & terminum à forma magnum, siuè paruum ... ri docet Alexander Achillinus in 1. lib. elem. dub. 16. quin Arist. 2. de ... omnium quantitatem à formis terminari statuit in magnitudine, & ... ruitate. At Porphyrius narrat Dercilidem in 11. Philosophię Plat. vbi ... materia sermonem facit, cõscripsisse verba Hermodori socij Platonis, ... i eadem verba accepit ex eodem libro, quem ipse Plato conscripsit, ex ... o perspicuum fit materiam Platoni esse quoddam infinitum intermi... tum, quam ex illis nominibus declarauerit, quę significant magis, & ... inus, & non terminum talem, quòd non alium, quæ sunt magnum, & ... ruum, magis, & minus, latius, & angustius, vt testatur Simpl. & ipse ... ato in Timęo formas elementorum contrarias ponit, quomodo ergò ... istot. dicit quòd materiæ tantùm dederit contraria? Hinc infinitum ... bes esse materiam, sicut nobis, Platoni, non quòd in infinitum sit ex... sa, sed quia nouis à formis alijs semper datur terminis, finibusq; nec ... nen alijs non potest dari. & hoc modo Arist. infinitum vocat mate... m. vndè in Filebo Plato infinitum creasse Deum dicit, quod, vè ober... miscuit finitate, & forma, vt omnia essent ex eis, hęc dicit facta in... tione. at in Phœdone ex contrarijs omnia fieri inducit in materia, ... à Deo, & in Timęo ex passis elemẽtis. Ex his perspicuum esse potest, ... ijs, quæ docet Plot. & Porphy. in lib. de occasionibus, quòd materia ... xpers operationis apud Platonicos, & veluti somnians Plato ea quæ ... mus de lapsu materiæ deorsum, inquit, generationis nutrix terrę, &

 aeris

aeris formas suscipiens, & harum pedissequas perpetiens, omniformia videtur aspectu. Verùm quia nec similibus, nec ad pondus æqualibus est referta viribus, nulla ex parte æquilibris est, sed inæqualiter vndique vergit, declinatq; à formis, simulacris Idearum; rursus ipsam commotam easdem agitare, quo pulsu concita in diuersa raptatur, atque discernitur. & hoc patet, quòd quando non equales sunt vires caloris ponderi materiei, deorsum cadit compositum ex eis, vt aqua, & carbo. Sic si frigus non potest immobilitare, & ipsa rursus ab ijs superatur, & fertur, quòd inuisibilis & nigra rei sit patet, quòd vocauit eam speciem obscuram, & postea dicit, materia non est elementum, sed species inuisibilis secundum se. rursus materia, ait, vmbra est, & locus, qui interit nunquam, sed omnibus, quę gignuntur sedem exhibet, hic sine tangentis sensu tangitur, adulterina quadam ratione vix opinabili, idest non ipsa primò tangitur, sed forma insidens in ea, itaque fit tactus materię absq; tangentis sensu, non enim mouet ipsa sensum, sed forma, vel calor, vel frigus, adulterina ratione cognoscitur, idest discursu alieno, ipsa enim non cognoscitur discursiuè, nisi eo pacto, quo ex sensu percepta est. in sensu autem facta est immutatio à forma, ergò discursu formę noscitur, vix opinabilis, idest vix sensibilis, opinio enim sensus est Platoni, vt ibi declarat, ratio verò intellectus. & hæc eadem verba habet Timęus conterraneus noster, à quo naturalia mutuatus est Plato, & etiam verba, ideò in Dyalogo eum anteponit narrantem, eiq; inscribit; nunc ad Peripateticos veniendum est.

Aristoteles in 1.phy. t. 51. & seq. dari passiuum principium eleganter probauit. Contrarium namq; non facit aliquid ex contrario, sed nec facit contrarium; non quidem calor facit ex frigore calorem, nec frigus generat calorem, nec lis facit amicitiam, nec litem facit ex amicitia subiectiuè, at videmus quòd res cui inest calor fit frigida, igitur subijciatur tertium cõmune principium ad hoc quòd fiant omnia ex omnibus. Item substantia, idest id quod substat calori, & frigori, cæterisque contrarijs, non est contraria his, quæ sunt, & fiunt, ergò datur principijs omnibus subiectum principium, quod non de subiecto dicitur. Amplius substantia, idest subiecta natura non est contraria alteri subiectę naturę, & substantia non fit ex non substantia, idest, ex altero contrario, quòd non est substantia, quia non substat, nec substãtia est prior substantia, idest non fit materia ex subiecta materia, at ipsam videmus fieri vnam cum contrario, quæ erat sub altero, igitur materia est principium tertium omnibus commune, sedem exhibens alijs, nulli contraria, cui nihil est sedes, nec cõtrarium. dehinc Arist. probat inductiuè in omnibus factionibus supponi tertium, & ex eâ probat Dualitatem principiorum, nam materia est vnum genus subiectum, & vnum ab vna transmutatur contrarietate, si autem sint quatuor contraria, duæ erunt materiæ primę, duoq; genera subiecta. Sufficit ergò vnum ad agendum, & duo ad patiendum. Habità

inductione communi,& particulari Arist. ex t. 57. vsque ad 69. ibi dicit materiam esse incognoscibilem de se, sed cognosci per proportionem ad formam, ad quam se habet, sicut es ad statuam. sed defecit Arist. quia nesciuit tenebrā esse faciem materię,& cur non cognoscatur. Et factis quibusdam dubijs tādem in t. 81. dicit, quòd materia appetat formam sicut fœmina masculum,& iure reprehēditur ab Auicenna, nisi diceret Auer. quòd appetat per id, quòd habet de motu,& est appetitus ab adueniente forma inditus. Vndè sumitur, quòd materia appetens sit, sicut dicunt Megarenses corpus corrumpendum,& sicut Auic. dat etiam aliam conditionem Arist. veram, quòd non generetur, nec corrumpatur, sed sit sedes eorum; quæ fiunt. At error est, quòd ponat eam absque origine diuina. vnde verius Plato de materia locutus esse videtur. at errores Perip. examinemus.

Materiam corpoream esse molem sensus, vndè omnis cognitio fit certa, manifestat, nunquam intuens eam non corpus,& dùm ab vna in alteram mutatur formam, nusquam videtur deponere esse corpus: quapropter non quod ratio fallax Perip. vel quædam Arist. decreta dictant eam esse non corpus, statuendum erat eis, sed in sensu persistendum, ac inspiciendum si vnquam secus fiat, quare nos eorum rationes adducamus, ex solutionibus enim maior de materia erit cognitio, quàm quæ posita est prius.

Simplicius 1. phy. non determinat, num in generatione forma vniatur nudæ materiæ expresse, sed ex suis rationibus procedentibus ex dictis Platonis,& Arist. suadet, materiam non esse corpus: nam, inquit, corporis materia non est corpus, at corporis elementa sunt plana Platoni, & Arist. dicit, quòd eadem est materia magni,& parui corporis. Ad hæc non esset respondendum nobis, qui defensionem Arist. & Plat. non accepimus. at pro complemento dicamus, plana non esse Platoni verè corporum materiam, nisi ad Mathematicorum mentem, qui ex fluxu superficiei in profundum corpus fieri imaginantur, & modus intelligendi ex eo factus, quòd eandem materiam in plures partes dissecamus, sed quātas; multa imaginatur quę in re non sunt. aliter hoc exponit Iahiblicus & Temistius. at non ex hoc concludat Simplicius, quòd corporis materia esset corpus, sed superficies, vel si intelligat plana superficies in profundum diuisibiles nihil, obstat, etenim ex corporibus multis vnum conficitur, ex partibus aquæ aqua vna,& partibus plantæ planta integratur,& partes materiales sunt. at partes non verè materias statuit esse vnquam Plato, nec Arist. sed id, quod supponitur formis. & Arist. dicit magni, paruique eandem esse materiam, quia eadem moles corporea magna fit extensa, vel si ei quid addatur, parua dùm intenditur, vel pars auferatur, magnum enim, & paruum termini sunt materiæ, idest corporis, non materia. 1. ratio Simp. t. 75. Th. R.

Item,

Item, ait, corpus cognoscitur affirmatione, & ratione, sed non sic materia, ergò nō est corpus. Dicimus nec corpus cognosci nisi habeat formam occupantem eius tenebram, nec tangi, nisi tactilem habeat qualitatem, quæ forma est, nec videri nisi formatam, nam tenebra eius inuisa est, vt anteà dicebamus nos, & Plato, ac Arist. & quidam; materia nisi terminum habeat, nusquam discernitur sensuum quouis, terminum autem à forma recipit sine qua esse non potest. & hoc Plato dixit in Filebo, & Arist. in 2. de an. & de gen. eadem affirmatione, & ratione cognoscitur corpus, & materia illis.

Item, ait, materia est indefinita Aristoteli, at finitur à magnitudine formali. Dicamus nos & corpus esse infinitum, at finem sumere à formis, & eius magnitudinem dici formalem, quatenus formis est terminata, quibus ablatis, nullus esset finis corporis diuiditur enim à formis corpus mundi, & nunc sub hac finem, & figuram suscipit talem, mox talem à materia quanta formæ habent finem virtutis, & ipsa finitur quantitatiuè à formis. Sic ad aliud dicimus Simplicio, nullam figuram, aut quantitatis terminum à se habere, quem habere apparet moles corporea, sed à formis omnia suscipere. Et per se inquantum materia habet quòd sit figurata, & formata, ac terminata, quia de se habet quòd sit subiecta formis figurantibus, & formantibus terminantibusq́; inquantùm materia, at non habet hanc, vel illam formam, & figuram particularem connaturalem per se ipsum corpus, & materia, nullā enim aliam suscipere posset, vt dicebamus. & parùm considerans arguebat, tunc habebit, inquiens, magnitudinem propriam, & agens non producet iuxtà sui cōsilium, nec iuxtà rationes seminales, sed iuxtà capacitatem magnitudinis materiæ.

Sed videtur delirare, nūquid respexit interdum corpus aliquod Simp. propriam habens quantitatem, & non posse quamlibet suscipere, sicut Aristoteli facit materia? & necessariò dicamus corpus esse materiam, non enim ex non corpore agens faceret corpus, nec magnitudinē ex non magno, sed corpus est, quod ad sui modum immutat, & figurat, & magnitudinem eius ad modum sui efformat, vt clarè videmus, igitur sumit principium Simpl. & corpus quidem hominis propriam habet hominis magnitudinem, & figuram, non sui, sic & quodlibet mundi, at potest aliam suscipere, si ab alio occupetur agente robustiori, vt patet, & non resistit corpus, vt sic, sed forma in eo regnans cum suis dispositionibus, & terminis, corpus igitur omnimodè figurabile est materia, omni capax figuræ, ait Plato, vt cera sigillorum materia est, & tamen est corpus.

Auerroes & ipse minus cautus in 1. phy. intēdebat, quòd materia non sit corpus aduersus Auic. sic inquiens, sequeretur quòd generatio esset congregatio ex duobus actibus, scilicet ex forma, & ex materia actuata per corpus, vel quòd sit alteratio: nam forma adueniens posset recedere, subiecto existente in actu, scilicet cum sua corporeitate, Et forma illa

erit

it accidens respectu materiæ actuatę,& substantia respectu compositi, ... ta ignis. Iterum sequeretur, quòd generatio esset ex aliquo existente in ... tu, & non ex pura potentia. hęc Auerr. vndè quidam moti animam,& ... amlibet aliam formam vniri nudè materiæ dixerũt, & corporeitatem, ... æ inerat, omnesq; formas præuias,& dispositiones corrumpi prorsus, ... quæ sequuntur esse asseclas formæ aduenientis. sed respõdeamus pri- ... ò rationibus his, deinde falsitatem vtriusq; positionis demonstremus.

Th. Rectè quidem concluderet aduersum nos ratio Auerr. sicut premis- ... os,& Auer. ipsum, si corporeitas sit actus materiæ, & non sit ipsa ma- ... ia, at quando nihil inter hæc differt, ruat ratio est necessè. Stabilimus ... tur firmissimum nobis à sensu fundamentum, quòd materia sit idem, ... od corpus, nec esse in re, nisi nominis differentiam, vndè decepti sunt ... mines corporeitatem actum existimantes. Sed re vera non sic est, cor- ... s enim agere nihil potest, nec cognosci, nec propriam figuram habet, ... omnes suscipit, est nigrum, vt apparuit in titionibus igne spoliatis, ... tur ipsum est materia, cui cõditiones competunt materiæ omnes, nec ... ud in rerum natura apparet subiectum, nisi in mente Perip. quod nec ... unt quid sit, sed putant esse, & ei attribuunt conditiones materię, quę ... t corporis apud sensum. Petit igitur concedendum Auerroes, quòd ... poreitas sit actus, quod probare debet; qui enim dicit materiam esse ... pus, non dicit corpus esse actum, sed dicit esse materiam potentem ... ere formas, secus diceret, quòd materia sit actus, quod est falsum. Cor- ... eitas quidem est idem quod materieitas, & sicut hęc non est actus sic ... corporeitas, & qui contendat corporeitatem esse actum, diceret ma- ... eitatem esse actum, quod non est. Igitur impropria est oratio, si dica- ... , materia est corporea per formam, seu actũ corporeitatis, nam idem ... ac si diceret, corpus est materia per actum materieitatis, vel materia ... actum materieitatis. dicamus ergò quòd materia est perse materia, & ... pus per se corpus, & idem sit corpus, ac materia. at quoniam materia ... materia quatenus habet suscipere formam, ad hoc enim creata est, sic ... pus per hoc quod habet subijci est non per aliud, susceptiuum enim ... quantum omne, non actiuum. Sed forma in quãto existens agit post ... igitur idem erit corpus, materia, quantitas, subiectum, corporea mo- ... Et nullum sint actus hæc multiuoca, nam vna res sunt, & voces mul- ... ed suscipere tantum habeant; & sic ens reale est principium, non Chi- ... icum Perip. entium naturalium, & in corpore omnia subiectantur, ... eterminant quantitatem eius naturæ agentes, & figurant. nec corpus ... ere, nec effici, vel generari patet ad sensum, & Achil. in 1. de elem. id ... t de mente Auer. & Arist. & variatio quantitatis, scilicet expansio, & ... trictio sequitur, ait, calorem, & frigus, naturas, scilicet agentes. Re- ... entes igitur ad Auerr. dicamus quòd rationes suæ nihil concludunt ... edunt enim ex hoc, quòd putauit corpus non esse substantiam sub- ... iectam,

iectam, & tamen ipsi nulla facta consideratione in prædicamento substantiæ ponunt corpus, & quomodo ibi est nisi sit materia ipsa rei; quare non erit congregatio ex duobus actibus, quia corpus non est actus, nec alteratio, quoniam non recipitur forma in materia actuata per corpus, esset enim actuata per se, idest per materieitatem. Et recipitur in corpore, non vt in actu, forma, sed vt in susceptiuo subiecto. rationes ergò inanes sunt, & logicæ, & negant, quòd sensu videmus. Niphus autem; Auerr. ois, & Simpl. rationes soluit, sed Peripateticè fingit, sed non negat materiam esse corpus.

Hæc nostra sententia confirmatur testimonio Antiquorum. Stoici, enim corpus dixere esse materiam, & hi, quos suprà memorauimus. Idem dixit Pericles Lydius philosophus teste Simpl. nec id Galenus negat. idem Auicennas. Megarenses quoq; corpus corrumpêdum esse dixerunt materiam, vt materia ignis sit lignum combustibile, materia sanguinis panis. & Niphus eos defendit in agente potentiam ponens, nos vbique. & Arist. materiam animę vocat corpus. & in 4. phy. materiam sensibile esse corpus insinuat, idem in 2. de gen. t. 6. & sequ. Ammonius in prædicamento substantiæ dicit materiam quoad existentiam esse corpus, non quoad essentiam, sed existere, & esse, idem esse probauimus in lib. de inuestigatione rerum, item hęc separatio quantitatis à materia est in mente, & in re non reperitur nisi multiplicitas nominis, itaque secundùm veritatem idem sunt.

Nec minus Auerr. dicere tenetur materiam esse corpus. ipse enim dimensiones interminatas corporis congenitas materiæ posuit in de sub. orb. vt saluaret quantitatis factionem, & in 1. phy. com. 63. dicit materiam nunquàm à corporeitate denudari, nam tunc haberet formam dantem esse, & nomen. Ex quo infero, quoniam corpus non perdit nomen, ac diffinitionē, dùm fit transmutatio, igitur corpus est materia per suam rationem, quæ dicit, compositum amittere rationem, & nomen, non autem materiam. Item vel per dimensiones interminatas intelligit in infinitum extensas, & corporeitatem infinitam, & hic sensus est sibi, & Arist. contrarius nolentibus infinitum dari in rerum vniuersitate, vel corporeitatem habentem terminum, at respectu aduenientis indeterminatam, quia cuiusl bet transmutantis potest terminum suscipere, & hoc verum est, vndè sequitur materiam esse corpus, quæ nusquam visa est, nisi corpus, & suscipit formas Auerroi, quia est dimensionata, & materia nunquam absq; corpore sentitur, philosophus verò, vt ipse, ac cæteri dicunt, non abstrahit à materia sensibili, dicent intelligi sine corpore, dicamus intellectionem talem esse falsam, quæ rebus nõn adæquatur, tum quia veritas est adæquatio rei ad intellectum, vt aiunt, tùm quia omnis intellectiua cognitio fit ex præexistent sensitiua apud Arist. & experientia est scientiarum magistra ac confirmatrix, vt dicitur 2. post. c. 17. & 1. metap.

& intellectus non potest intelligere, quod in re non est, nisi sit deprauatus. Corpus ergò esse semper sentitur Auerroi ipsa materia, & corpus omnes conditiones eius habet, & est interminatum respectu aduenietis, quod non negat; & si interminata dimensio erit aliud à materia, duę erūt materię. Item rationes suę contra Auic. essent aduersus seipsum. Etenim esset congregatio ipsa generatio, si corporeitas, à qua materia per ipsum non denudatur, sit actus, & alteratio, ac forma adueniens accidens esset omnis, & non fieret ex pura potentia, sed ex aliquo ente in actu, quod generatur. nec dicat, corpus esse actum imperfectum, cui forma aduenit sicut perfectio, & sic tollantur argumenta; nam Auicennas responderet eodem modo, & quemcunque sibi fingerent soluendi modum Auerroistæ, idem Auicennæ valeret. quare vel rationes Auerrois sunt nullæ, vel concedendum est ei, corporeitatem non esse actum, sed materiam ipsam, sicut nos dicebamus. Item si forma, vt dicebat ratio sua, non potest vniri materiæ corporali, vt dicebat contra Auic. nec posset anima fieri actus corporis organici, vt Arist. docet, & ipsi fatentur, nam materiæ nudę ipsam non volunt Auerroistę, sicut patet per Auer. in 2. de an. & Gandauensem ibi, Thien. Zim. Burlęum, & alios; nec etiam posset forma mixti aduenire formis elementorum, dum miscentur, quia si corpori non vnitur forma, multò minus vnietur corporibus quatuor simul iunctis, & formas contrarias habentibus in actu non corruptas, teste Aristo. 1. de gen. t.84. sunt ergò dicta eorum vanitates, & chimerę, nam materia corpus est, vt videmus, nec visus rationibus logicis adulterari potest. Præterea Auer. in 12. metaph. com. 14. communitas, ait, materię est priuatio, quia per ablationem formarum intelligitur; materia igitur, inquit, non est ens extra animam, secundum quòd est prima, & communis omnibus generabilibus. Et cùm ita sit, illud, quod differt à non ente, est aliquod ens extrà animam, & est, quia est subiectum indiuidui sensibilis. quare si materia prima est nihil, nisi ens in anima, vt sic, & est ens inquātum subiectum per Auerroem, indiuidui sensati, consequens est, vt materia vera sit corpus, subiectum enim indiuidui corpus est, vt cernimus, & Arist. in 2. de gen. manifestauit, & alibi pluries. quare seipsum condemnat Auerroes, & alios, quòd materia sit corpus, & ijsdem rationibus conuincantur, qui ponunt dimensiones in materia, quòd sit corpus. ò bona principia Peripateticorum, & grossa; materia prima est nihil in re, & priuatio est nihil, & forma educitur de potētia materiæ primę, quæ est nihil, & non est, & tamen sunt realium entiū principia. Videte, quęso quanta est horum imperitia, qui dij videri volunt, & quomodo non desperat ex non entibus facere entia, & ex chimeris res efficere, ac homines velare.

At alij peius materiam non quantam esse volunt secundùm naturam sui, & quandoque omninò ab ea dispoliari. Etenim vnitur forma mate- opinio aliorum.

riæ nudæ à quantitate, & qualitate; generatio namq; e, aiunt, fit in instanti,& tunc corrumpuntur omnia,quæ inerāt materiæ, fitq; resolutio vsque ad materiam primam,quæ non est quid,nec quale, nec quātum,& forma vnitur materiæ sic in eodem instanti denudationis ipsius ab his.

Th. Hi quidem maximis vrgentur absurditatibus, sicut alij conuincunt, at nos dicamus,quòd si dictis Arist. non fuissent obligati,minimè errassent sensum secuti, vel rationem. Et quidem dùm homo corrumpitur, quod fit in separatione animę intellectiuæ, vt inquiunt, videtur eadem quātitas, ijdem oculi,ac eadem organizatio remanere,quin calor intrinsecus quidam,si tangantur, à quo generantur vermes in cadauere sepulto,igitur est fictio hæc opinio. Et si inquiunt,quòd corrumpantur hæc ad corruptionem subiecti per accidens, quia à contrario non corrumpuntur,est falsitas sensatissima. nunquam enim vidimus, excūte spiritu, corporeitatem corrumpi,& organa,fieriq; in primam materiam resolutionem, ac alia similia à forma cadaueris generari; nam eadem sunt,& tenentibus morientes manu manifestum fit, quòd talis non fiat resolutio. & hæc positio omnibus sensibus contradicit,ergò falsissima. nec dicant,id intelligi,vera enim intellectio est,cui sensus, vndè ipsa fit, & certificatur, non contradicit, & experientia fauet, hæc hominum istorum intellectio,quæ imaginatio falsa est, contraria omni sensui est, & magistræ rerum experientię. tunc enim nihil aliud fieri apparet,nisi quòd tenuis spiritus,& diuina anima abscedunt, nec alia forma subsequitur,passim verò à calore externo, & interno, qui remansit corrumpitur, nesciebant adhuc enim Peripatetici,quid sit rei forma. Itaque, si abeunte anima,nō fit resolutio, nec facta est,cùm vniebatur embrioni;ad quid enim natura,quæ nihil agit frustrà,organizasset semen,& laborasset,vt corpus efficiat in tot partes distinctum,ossa,scilicet,neruos,arterias,& sensoria, si hæc corrumpi debent postquàm completa sunt. nec dicant induci, vt disponant,& pro fieri, non pro facto esse, vt Niphus id interdùm defendens respondet. Etenim materia prima eadem est,vbique,dùm spoliatur omnibus omninò formis, & dispositionibus corporeis; & tales dispositiones in vnione non deseruiunt,si corrumpuntur tunc, vel priori in instanti. melius igitur erat, vt fiat resolutio, & introducatur anima materiæ antè organizationem, si eadem est materia prima antè, & post. Et si forma educitur de potentia materię,tunc ipsam corrumpi oportet,nam ea, quæ ipsam educebant de eius gremio, corrumpuntur; nec quidem educerent,si eius aduentu corrumpi oporteret educentia,nihil enim aduersum se agit,ait Arist. nec procurat dannum suum. Item quomodo in eodem instanti forma emergens de materia, vel intellectiua à Deo immissa nobis posit organizationem nouam facere absq; tempore,& priorem corrumpere,quam agens fecerat, & simul qualitates creare, oculos, venas,& partes corporis, ipsumq; corpus, quia prius nō remanet,nemo

a. de an.

singe-

fingere poteſt, nec diſcurſu vel falſo imaginari. ſi enim Natura triginta dies, vel plures laborans vix efficere hæc potuit, quomodo anima in inſtanti, vel quæuis alia forma hæc faciet? & profectò ſi tantam habet potentiam, & ſemper acquirit maiorem, quia maius acquirit ſuper materiam dominium, tunc quando pars corporis deſtrueretur, vel demeretur os, vel quippiam aliud, illud ſtatim cõſolidare poſſet, ſic & morbos omnes repellere, quod enim in inſtanti efficit hęc magna, potentiam infinitam habet, vel infinitę propinquam, vt in 8. phyſi. dicunt Peripatetici. Præterea quando forma vnitur nudæ materiæ, quantitas conſequens materiam, & ea quæ ſequuntur, vnde veniunt, non quidē à materia, quia ipſa non eſt quanta, & tunc amittit, quam habebat, quantitatem; nec à forma, quia ipſa non eſt corporea apud illos, nec quanta, non quantum autem non dat quantum. Igitur non eſt alia fictio. dicatur ergò materia eſſe corpus, ſicut videmus. Dicetur forſan, quòd è potentia materię educitur illa quantitas ab agente, qui & formam educit. Et hoc figmentum eſt, nam ſequeretur, quòd ex non corpore fieret corpus, vt benè Auerr. arguit in de ſubſtantia orbis. Item quando anima vnitur non eſt agens, quod educat de ſinu materiæ. Pater enim ſolum ſemen dedit Ariſtoteli, quod eſt inanime ipſi, non nobis, quod ſi corrumpitur in vnione animę, quam ſemen ipſum educit, igitur quod ſequitur ad animam, non procreat; Item enim ſequeretur, quòd illa quantitas crearetur, ſiuè educatur ab anima, ſiuè ab agente, nam creatio, ait Auer. in 12. metaph. eſt factio rei nulla eius parte pręſuppoſita, at nunc non pręſupponitur pars quantitatis in materia, quia anima, ad quam ſequitur, non eſt quãta, & quantitas, quę erat in materia, totaliter corrupta fuit, vt aiunt, igitur ex nihilo fit quãtum, & hęc ratio probat, de ſinu materię non educi formam. nam, vt in ſequenti fiet notum ſermone, falſiſsima eſt ſententia, qua omnia ex ſinu materiæ educi volunt. Item Ariſtoteli omnia entia fiũt ex quatuor elementis non corruptis, igitur forma mixti vnitur materiæ corporeæ, & habenti elementarem formam, nam inſeparabilis eſt, ait, à contrarietatibus, & quòd non fiat corruptio, & reſolutio patuit in 1. de gen. t. 84 & 90. item quando generatur vnum elementum ex alio, remanet Symbolum in ipſum habentibus, ergò & corporeitas. nec [illegible]gēdo reſpondeant, nam dùm ex aqua fit fumus, vel aer manifeſtè eadem corporeitas eſt in vtroque, niſi quòd hic exparſa, ibi anguſtiata. & animam a[illegible]m corporis vocauit Ariſt. non meterię, eo quòd corpori vniatur organico. & [illegible], vt anima eſt forma, & vt ſic, informat corpus, non ergò aliam materiam. Ex his manifeſtiſsimum eſſe relinquitur volentibus veritatem ſcire, non hominum poſitiones tueri, quòd materia corpus eſt, & quòd eſt nihil, id quod dicunt materiam primam, quod confeſſus eſt Auer. & quòd irrationabilior eſt ſententia dicentium materiam non eſſe corpus, & habere actum entitatiuum; materia enim corpus vbiq; apparet, nec aliud

com. 18.

2. de gen. t. 6

imaginari licet ab eo, quod in rerum natura cernimus. & mirum est de his, qui Aristoteli sic sunt obstricti, vt propter verbum illius vnum abneget proprium sensum, & saltem esset stabile, nam millies sibi in hoc contradicit, vt inspicienti apparet circà istęc. ex diuersis enim dictis illius diuersa figmenta Peripatetici parturiere. Quòd formæ non educantur de gremio materiæ, & quòd ibi non sint, posteriùs tractandum est, dùm defendemus ea, quæ circà hoc dixit Sciolus Marta aduersus Telesium. Ex his clarissimum est, nec priuationem, si non ens ipsam ponunt, nec materiam, eo pacto, quo ipsam intelligunt, esse principiũ rerum naturalium. Nunc quid sentiendum sit de formis, dicere non sit graue.

Cùm rerum omnium duo statuerimus principia actiua, ac informatiua calorem, scilicet, & frigus, & rectum fuit, hæc omnia prorsùs facere, manifestum est, quòd hæc ipsa materiam ad sui modum concinnent, efformẽtq; forma enim à formando dici videtur, formans autem ab intus, est calor solaris, qui externam parturit formam in materia, seu figuram, cui nomen cõpetit formę passiuæ, forma enim agens calor est, qui suam è cœlo naturam diffundens, materiam, cui vnitur, & fit vnum, optat augere, si sedem commodam parauit. nec enim planta vult mori, nec animal, eo quòd eius calor natiuus conuenientem sibi inuenit sedem, & vbi nutriri possit, organa fecit, expertusq; calorem summum, à quo ipse moderatus, sui priuatur mole, ac frigus contrarium, ibi permanere vult at calor, qui materiam attenuauit, non sic, sed sursum euehit: quin nec stare vult inter crassitiem, & frigus, & in media genitus, eam disrumpit, & si in parua est, impotens, vt decedat, effingit organa, animalq; componit. igitur sicut colores, & lux caloris sunt facies, & species, sic forma certi caloris videtur esse compositio in crassitie sedentis.

Quodcunque agens quippiam facere videmus, seipsum diffundere potẽs agnoscimus, similemq; efficere. at dum diffusiuum sui calorem cum luce inspicimus terram ab ipso oppugnatam, varijs immutatam modis, varijsq; figuris donatam cõcernimus iuxtà crassitiei, ac frigoris resistentiam, & ipso decedente priuari, vel aduenienté magis, sicuti fit estate, in tenuitatem resolui, ac cœlum maximè; ergò informare calorem est necesse, ac frigus, & materialem dispositionem esse concausas. si enim hæc non resisteret, & suisciperet, & istud non circundaret, oppositum oppugnando, quæ videntur, figuræ non fierent. Igitur ab externo calore immutari, & ab extra formas venire censendum est, non ex potẽtia materiæ, sicut Peripateticis fingitur. & quod generat ipsum, dat formam, & quæ consequuntur, nec repentè, sicut solus efficit Deus, sed cum successione paulatim immutans. at in his, quæ fiunt à sole, hoc modo fiant figuræ diuersæ; in his verò, quæ per semina propagantur, secus fit non omninò, Sed quòd semen retinet simulacrum, & effigiem illius, vndè decisum est, animalis, vel Plantæ; simulacrum enim ipsum sentiens est, vel spiritus, aut ca

aut calor sensitiuus ad modum alicuius immutatus, dum enim sentio quippiã, patior ab eo, & passio in me illata ab illo, illius est simulacrum, & si diutius principaliter illa re afficiar, eiusq; motione, omnia efficiens illud faciam, vel componam, sicut in amantibus experientia docet. At quodlibet sui retinere simulacrum, verius est, & quod ab illo procedit, illius. Semen igitur omne spiritum habet, vnde decisum est, eius simulacrum, formamq; referens. qui dum terræ, vel vtero committitur, & ab horum calore excitatur, agendiq; sumit robur, incipit agere eo modo, quo in generante patre agebat, & constituit semen ad similitudinem generãtis, qua ipse afficitur primitus, & quæ sunt iuxtà, ad sui modum immutat, augetq;, sicut augebat in patre, & reseruat easdem, quas in patre gerebat, motiones. nihil enim simile agit, nisi simili simulacro sit affectum. omnis quidem natura sentit, rerumq; suscipit affectiones, veluti nostro in commẽtario demonstrabimus. & quia non easdẽ omninò motiones seruat spiritus seminalis, qui cum semine à patre datur, sed degenerat; sic nec omninò similes duos homines, vel animalia, aut plantas videbis, & ad dissimilitudinem multum confert nutrimentum primam. Sed de his alibi, & hęc ex artificibus, ac natura inuestigauimus. Formæ igitur rerum sunt ipsa principia, in grossa mole sedentia, & à principijs omnia dependent, & actiuum ab actiuo, non ex passiuo veluti Peripateticis fit, & omnis generatio immutatio est materiæ ab agẽte, nec nouum quippiam Mundus parit (vt bene Salomon, & Mercurius aiebãt) at sicut prius dicamus, omnes diuersitates ortas à Deo, & nunc à principijs instaurari. quoniam autem diuersitates, & gradus calorum non aliunde innotescunt, nisi ex rerum diuersis formis, iuxta has determinentur, & calor colliquans est forma aquę; qui ligatus est, mineralium; spiritus tenuis in informata, & grossa, sit Plantæ; animalis verò subtilior, & agilior minusq; ligatus, & anima in omnibus sit vna, his clara ob superatam materiam, his obscura ob grossitiem. & Iudæus quidam de Arist. mente id narrauit Nipho in dest. rue. destr. disp. 1. omnes enim veritatem balbutiunt, at quod diximus, nusquam declararunt, nec ritè intellexerunt. & mirum est de Arist. qui omnes formas actus esse voluit, nec easdem à causa euenire informante docuit verã, seu, vt dicunt, vniuoca.

De antiquorum dictis nihil certi habemus, nisi quod Diogenes omnium formas ex eius commixtione effecit, spiritus, scilicet, calidi. Democritus verò ex diuerso concursu atomorum cum vacuo, & pleno, quæ quid sint, superius diximus. Plato autem, & Timęus cum Pythagoricis ab Ideis diuinis omnes formas in mundi primordijs imprimit. nam in Timęo scriptum est, duo esse exẽplaria, idest formas, alterum in mente Dei, vbi per modum vnius omnes sedent formę, idest in verbo Dei, nam quod factum est, in ipso erat vita, idest per modum vitæ, a t Euangelista Ioannes; alterum verò simulacrũ esse oculis generationisq; subiectum,

quod

quod forma est, materiæ vnita, & hęc vera sunt. vndè dicit posteà Plato quæ fiunt in materia formę, similitudines sunt verarum, idest Idæarum Dei. quas non negat Augustinus benè interpretans hęc. Iterum dicit Timęus, in formis sinus modo quodam ambiguo, & vix explicabili diuinæ, & intelligibilis naturæ fit particeps. & hæc Plato intelligit in creatione, quando à Dei verbo omnia originem sumpsere, ac formæ effectæ sunt. at nunc ex similibus omnia fieri, & contrariorum oppugnatione, & in Timęo, & Phędone docet. & à Mente omnia è chaos Anaxagoras, & alij deducunt, at nunc à seipsis informari non negant.

Aristoteles autem in his incertissimus in 7. metap. t. 13. & in 12. t. 13. vniuersaliter inquit, quę fiunt omnia ab vniuoco fiunt, & simili, docetq; superfluas esse Platonis Idęas. At vndè fiant formæ, incertissimum esse ipsum suæ sententiæ, & aliorum discrepatio edocet. Etenim omnia secunda entia fieri statuit ex mixtione elementorum, non corruptorum, sed alteratorum, itaq; ex calido, frigido, humido, & sicco principijs omnia componit, etiam animalia. at nunquam docuit modum, quo animata ex his inanimatis fiant. Sed ex horum tãtum virtutibus fieri statuit loquens de par. an. verum alibi omnium animam calorem esse docuit, vt in seq. sermonibus adducemus. Formas verò, & principia elementorum statuit, esse calidum, frigidum, humidum, & siccum, & in his varius est, vt suo in loco dicetur. formam verò perfectum esse nuntiauit cõtrariorum alterum, & interdum è cœlo eas creat, interdum ab agentibus immediatis, quandoq; omnes educit de potentia materię, & iterum formam, & consequentia formam agens dare existimauit. at quidem omnia ex principijs faciens, & principia manere statuens, ipsa animata oportuisset ponere, & omnia ab his fieri elemẽtis primis, si non chimericè loquutus sit, & à similibus fieri volens omnia, modum reseruandæ similitudinis non posuit, quin nec ponendi facultatem habet, puippè qui sensum rebus abnegat, at solum dicit, quòd fiunt à simili; sed minus reddat rationem de

Alexand. & Auer. opinio. his, quæ fiunt ex putrefactione. Alexander, vt narrat Auer. 12. met. t. 13. fieri, dixit, ex simili in opere, & virtute: nam à calore stellarum, & solis, qui virtualiter similis est genitis, scilicet, addit Auerr. quòd fit corpusculum à solis calore simile spermati, quod habet partem spirituosam similem formę geniti, & humidam similem generando.

Th cont. At istud dici non potest, nisi ab agente formæ indantur Peripateticis. generans enim vniuocum facit simile, nõ idem; sic si cœlum facit simile, & formam educit, quin gignit, vt hęc verba dixerunt, igitur formę ab extra veniunt, & sunt calores vniuoci cœlestes, & nostri. item Arist. & Auer. in 7. metaph. t. 31. idem esse disponens, & generans, docet contra Platonem, ergò idem cœlum dat formam corpusculo, & illud disponit, & cùm non minus faciat, quàm aliud generans vniuocum, & ipsum vniuocum erit. & concesserunt esse simile in opere, & virtute; igitur vniuocum omnimodo

nimodo erit;& sicut pater,& filius. Arist. verò in 7. meta. vario loquens sermone, ponit potentiam actiuam in materia in t. 31 & posteà videtur concedere, ipsam posse se mouere, vt in his, quę fiunt absque semine: tandem in eius potentia ponit formas; & omnes Peripatetici formas è materię sinu educi volunt, non autem à mouente dari. Sed non fingent profectò modum, quo in eo, quod non est quid, nec quale, nec quantum, omnia hæc insint, omnesq; formę, & quo ab agentibus mota materia, & percussa parturiat formas, & si est informis quomodo dat formas, & est in potētia receptiua, non datiua formarum. recipit ergò ab alio formas, & ipsa largitur, & mirum si anima indè trahatur, & ex ignobilissimo nobilissimum. & videmus ad sensum, quòd aquę, quę Peripateticis est fingenda, calor ab igne indatur, & nō de posse eius educatur, nam non potest forma educi, nisi corrumpatur regnans contraria. & si dicatur, calorem illum non educi, sed ab extrauenire, igitur quęlibet forma de foris veniet: nam quem impresit calor ignis in aqua, augēs illum facit aquam ignem & manifestè ab extra agit, igitur dat formam substantialem, qui est calor alijs Peripateticis, vt nobis, vel aliam occultam, nam dans formam est, quod dat proprietates, & cōsequentia eius. Item principia non fiunt ex alijs, vt dicitur 1. phy. quomodo ergò forma, quod est actiuum principium fit ex materia? Item principium non interit, nec generatur, R. Alex. arguit Alex. teste Simpl. 1. phy. t. 71. teste Platone. respondet, quòd nec materia, nec forma gignitur; sed compositum ex his. & hęc est sententia Arist. & Auerr. in 12. metap. t. 12. & in 7. t. 26. & seq. Sed contra Alex. ratio Simp. contra Alex. arguit Simpl. non videns, quòd Deo suo Aristoteli contradicat. quomodo, inquiens, quod non est, & posteà est, fieri non dicatur, & id, quod prius est, & posteà non est, interire non asseratur? Item quomodo cùm compositum dicamus corrumpi, quia forma pellitur, cùm non subsistat post expulsionem, sed potius abeat in non ens, tale nunquam est forma, quippè quę seiungi nequeat, & ipsamet non interiret, si solùm compositum interire diceretur? item quomodo si est incorruptibilis, nō est sempiterna? ex quibus patet apud Simpl. per se gigni formam, ac corrumpi, igitur cùm nulla pars formæ sit in materia, omnis generatio erit creatio, vel forma non educetur de potentia materię, & si sic est, non erit principium, cum fiat ab alio. nec dicant indiuidualem corrumpi non specificā, species enim in mente est non in re, vbi fit generatio, male igitur respondet Simpl. sic. At quòd formę non sint in potentia materię, inferius probabitur magis, dùm aduersùs modernum Sciolum disputabimus Igitur si forma est principium, sit in elementis, & ponantur formę agentes in primis corporibus, & in cęteris ab his diffusę, & hoc non potentes scire, de formis varia dixere homines. vnde Auic. posuit colcodeam datricem formarum. Themist. animam mundi. Alex. intellectum agentem, vt sibi imposuit, & cum his Alpharabius. contrà hos est Auerroes & Antonius 7. metaph.

Andreæ hos defendit ab Auer. & Arist. in 7. metaph. nam ipse de mente Scot. 2. sen. dist. 15. quæst. 1. tenet, animas venire à prima forma, ad quas inducendas disponit cœlum, alias verò formas ab agentibus particularibus. idem Anton. Trom. sed reprobantur hi à Nipho in 7. metaph. disp. 10. & 11. At nunc defendamus nostrum Telesium à calumnijs Martæ Peripatetici.

Marta. 1. arg. Arguebat primò hic Sciolus. Si calor, & frigus essent principia, tunc non essent contraria. Etenim, ait, hæc apud te sunt contraria, tunc se oppugnabunt vsque ad interitum, igitur possent se reducere vsque ad non contrarium; cùm autem venerint ad medium latitudinis, cessat contrarietas, ergo, & actio, & cùm vltimus frigiditatis gradus nō corrumpatur, nisi à summa caliditate, quæ ibi non est, ergo contraria tunc non erunt,

Fr Thom. cùm vnum non agat in reliquum. Aduertat prius hoc argumentum esse contra Arist. in 2. de gen. t. 46. & seq. inquientē elementa cōtrarijs gaudere differentijs, ex quorum mutua actione, si adæquantur in potentijs, mixta generari ex illis debilitatis, imminutisq;: sin autem alterum vicerit, alterum in sui naturam conuertere. Igitur dùm mixtum conficitur, & elementa veniunt ad medium, non erunt contraria, quia cessat actio. respondeat prò Arist. Sciolus. Prò Telesio aduertere debebat, respondere Telesium omnibus argumentis, saltem impliciter, non enim contradictiones, & inconuenientia, quibus Perip. pressi in eorum via varias fictiones effecerunt, nos angunt. Dicit ergò Telesius in 1. minoris operis primò editi cap. 5, cùm calor, & frigus se debilitauerint mutua actione se imminuerint, tunc ex eis, vel vno eorum fiunt entia secunda. Vbi notandum, quòd sol dum calorem mittit in terram, si robustissimus erit calor, tunc citò conuertit in naturam sui, vt potè in molem tenuissimam cœli, vt dicitur 1. maioris operis, secundò æditi, capi. 1. si autem non ita robustus inditur calor, conuertet partes terræ in aerem, in aquam, & in diuersa opera quæ apud nos sunt, secundū diuersitatem caloris agētis, & frigoris resistentis, reagentisque, & materiæ dispositiones diuersas, diuersitatemq; calorum, quod enim constituitur à calore perblando, corrumpitur ab excellentiori, vt habet Tel. 1. mai. capi. 13. 14. & sequ. cùm verò dicit hic homo, cùm veniunt ad medium, cessat actio, debebat comprehendere ex Telesio, quòd qui imbibitur calor terræ, partes minus resistentes conuertit ad dispositiones medias, scilicet, in lentorem, mollitiem, viscositatem, fluores, vapores, & tenuitatem, siq; opus eius intercipiatur frigore, tunc ens aliud generatur, quàm calor intendat, putà lapis, metalla, & similia, nō tamen illud opus amittit caloris naturam, vt benè Telesius in 1. mai. capit. 7 ait, licet minus robustum, ac occupatum nè agat, obtineat. insuper calor hic terræ receptus, à redeunte sole absumit vires, & roboratur vel per cōcentrationem, si in imis partibus receptus fuerit, nec putandum est, quòd cesset actio: tunc enim ad medium dicitur

ur deueniri, cum ab exili calore occupatur moles, & medium constituitur ens; quod tandiu durat in tali natura, quandiù calor inditus non turbatur à frigore omninò; (quòd per rarò euenit, sed potius côuertitur in ens mitius calidum) vel tale opus à robustiore, ac copiosiore cate in calidius ens, & tenuius vel totum, vel partes eius aguntur. Itaque on est imaginandum actionem deficere, nec contrarietatem, vt optimè eclarat Telesius, ideò probandum est ei media nõ repugnare. Nos quiem dicimus, quòd quæ sunt exili calore donata, non habent frigus internum, sed quod pugnat ab extra, nulla enim sunt entia, pręter terram, rorsus à frigore constituta, sed quęuis à calore, & calor quãtumuis impintus semper agit, sic frigus.

Secundò Marta probabat intentum sic, horum cõtrariorum alterum est fortius, alterum verò minus fortè: tunc minus aget in maius continuò: vel ergò motus erit infinitus, vel deueniremus ad ęqualitatem, & sic non esset complexio, patet contra entia: nam frigiditas est minor parte, & agit patiturq; à calore, & si potentia minor aget in maiorem: tunc sequetur opinio Steracliti ab Arist. impugnata. Respõdet Telesius, quod maius agit in minus, sol, scilicet, in terram, & continuò eam inuertit in diuersa entia, continuoq; frigus instaurat se, & cùm potest, occupat opera caloris, & semper sunt in continuo motu à sui creatione vsq; ad finem vniuersi, vt docet in 1. mai. capit. 1. ita quòd non valet id quod sumit, vel fiet ęqualitas, prorsus autem hoc argumentum est contra Arist. asserentem motum infinitum, rerumq; generationem, ac corruptionem, & motum cœli. Et elementorũ partes in inuicem agere, mixtaq; facere. tumq; Arist. id non exponat totum reflectitur in ipsum argumentum. cum autem ait Marta, minus agit in maius; ergò sequetur opinio Steracliti, nescit quid dicat Stera. enim posuit maius agere in minus, scilicet, ignem in cætera elementa, & omnia fore conuertenda in ignem ab actiuitate nimia illius, vt t. 3. 3. phy. text. 46. alia verò Ster. opinio nulla huic proposito potest aptari, & legentibus Arist. palam fiet: hęc verò sententia non sequitur nobis, vt docet Telesius in primo min. cap. 3. & 6. & 1. mai. cap. 5. & 2. mai. cap. 16. nosq; inferius declarabimus. Marta. 2. Thomas. R.

Tertiò aiebat, sequeretur quòd caliditas tãtùm esset actiua quantum resistitiua, quod falsum est, inquit, etenim plus potest calor in vnum, quàm frigus in mille; quia caliditas per idem ageret in frigiditatem per quod ei resisteret, ergò tantum est resistitiua, quantum actiua: nam si agit per duo, & resistit, vt vnum, generatio: idem erit vt duo, & vt vnum, & sic vnum, & non vnum. Si per vnum agit, & per alterum resistit, sit a, per quod agit, & b, per quod resistit, cum realiter a, & b, distinguantur, corrumpatur a remanente ipso b certum est, quòd a in sui corruptione resistet, vel igitur seipso, vel alio, si alio ergò processus infinitus, si seipso, ergò standum erat in primo, quod calor seipso resistebat, & cum se ipso Marta. 3.

Item, ait, corpus cognoſcitur affirmatione, & ratione, ſed non ſic materia, ergò nõ eſt corpus. Dicimus nec corpus cognoſci niſi habeat formam occupantem eius tenebram, nec tangi, niſi tactilem habeat qualitatem, quæ forma eſt, nec videri niſi formatam, nam tenebra eius inuiſa eſt, vt anteà dicebamus nos, & Plato, ac Ariſt. & quidam; materia niſi terminum habeat, nuſquam diſcernitur ſenſuum quouis, terminum autem à forma recipit ſine qua eſſe non poteſt. & hoc Plato dixit in Filebo, & Ariſt. in 2. de an. & de gen. eadem affirmatione, & ratione cognoſcitur corpus, & materia illis.

Item, ait, materia eſt indefinita Ariſtoteli, at finitur à magnitudine formali. Dicamus nos & corpus eſſe infinitum, at finem ſumere à formis, & eius magnitudinem dici formalem, quatenus formis eſt terminata, quibus ablatis, nullus eſſet finis corporis diuiditur enim à formis corpus mundi, & nunc ſub hac finem, & figuram ſuſcipit talem, mox talem à materia quanta formæ habent finem virtutis, & ipſa finitur quantitatiuè à formis. Sic ad aliud dicimus Simplicio, nullam figuram, aut quantitatis terminum à ſe habere, quem habere apparet moles corporea, ſed à formis omnia ſuſcipere. Et perſe inquantum materia habet quòd ſit figurata, & formata, ac terminata, quia de ſe habet quòd ſit ſubiecta formis figurantibus, & formantibus terminantibuſq; inquantùm materia, at non habet hanc, vel illam formam, & figuram particularem connaturalem perſe ipſum corpus, & materia, nullã enim aliam ſuſcipere poſſet, vt dicebamus. & parùm conſiderans arguebat, tunc habebit, inquiens, magnitudinem propriam, & agens non producet iuxtà ſui cõſilium, nec iuxtà rationes ſeminales, ſed iuxtà capacitatem magnitudinis materiæ.

Sed videtur delirare, nũquid reſpexit interdum corpus aliquod Simp. propriam habens quantitatem, & non poſſe quamlibet ſuſcipere, ſicut Ariſtoteli facit materia? & neceſſariò dicamus corpus eſſe materiam, non enim ex non corpore agens faceret corpus, nec magnitudinẽ ex non magno, ſed corpus eſt, quod ad ſui modum immutat, & figurat, & magnitudinem eius ad modum ſui efformat, vt clarè videmus, igitur ſumit principium Simpl. & corpus quidem hominis propriam habet hominis magnitudinem, & figuram, non ſui, ſic & quodlibet mundi, at poteſt aliam ſuſcipere, ſi ab alio occupetur agente robuſtiori, vt patet, & non reſiſtit corpus, vt ſic, ſed forma in eo regnans cum ſuis diſpoſitionibus, & terminis, corpus igitur omnimodè figurabile eſt materia, omni capax figuræ, ait Plato, vt cera ſigillorum materia eſt, & tamen eſt corpus.

Auerroes & ipſe minus cautus in 1. phy. intẽdebat, quòd materia non ſit corpus aduerſus Auic. ſic inquiens, ſequeretur quòd generatio eſſet congregatio ex duobus actibus, ſcilicet ex forma, & ex materia actuata per corpus, vel quòd ſit alteratio: nam forma aduenieus poſſet recedere, ſubiecto exiſtente in actu, ſcilicet cum ſua corporeitate, Et forma illa

erit

accidens respectu materiæ actuatę, & substantia respectu compositi, 3.
à ignis. Iterum sequeretur, quòd generatio esset ex aliquo existente in
, & non ex pura potentia. hęc Auerr. vndè quidam moti animam, &
mlibet aliam formam vniri nudè materiæ dixerūt, & corporeitatem,
 inerat, omnesq; formas præuias, & dispositiones corrumpi prorsus,
uæ sequuntur esse affeclas formæ aduenientis. sed respōdeamus pri-
rationibus his, deinde falsitatem vtriusq; positionis demonstremus.
ectè quidem concluderet aduersum nos ratio Auerr. sicut premis Th.
s, & Auer. ipsum, si corporeitas sit actus materiæ, & non sit ipsa ma-
, at quando nihil inter hæc differt, ruat ratio est necessè. Stabilimus
it firmissimum nobis à sensu fundamentum, quòd materia sit idem,
d corpus, nec esse in re, nisi nominis differentiam, vndè decepti sunt
nines corporeitatem actum existimantes. Sed re vera non sic est, cor-
enim agere nihil potest, nec cognosci, nec propriam figuram habet,
nnes suscipit, est nigrum, vt apparuit in titionibus igne spoliatis,
r ipsum est materia, cui cōditiones competunt materiæ omnes, nec
d in rerum natura apparet subiectum, nisi in mente Perip. quod nec
nt quid sit, sed putant esse, & ei attribuunt conditiones materię, quę
 corporis apud sensum. Petit igitur concedendum Auerroes, quòd
oreitas sit actus, quod probare debet; qui enim dicit materiam esse
ous, non dicit corpus esse actum, sed dicit esse materiam potentem
ere formas, secus diceret, quòd materia sit actus, quod est falsum. Cor-
itas quidem est idem quod matereitas, & sicut hęc non est actus sic
corporeitas, & qui contendat corporeitatem esse actum, diceret ma-
itatem esse actum, quod non est. Igitur impropria est oratio, si dica-
materia est corporea per formam, seu actū corporeitatis, nam idem
c si diceret, corpus est materia per actum matereitatis, vel materia
actum matereitatis. dicamus ergò quòd materia est per se materia, &
ous per se corpus, & idem sit corpus, ac materia. at quoniam materia
nateria quatenus habet suscipere formam, ad hoc enim creata est, sic
ous per hoc quod habet subijci est non per aliud, susceptiuum enim
uantum omne, non actiuum. Sed forma in quāto existens agit post
igitur idem erit corpus, materia, quantitas, subiectum, corporea mo-
Et nullum sint actus hæc multiuoca, nam vna res sunt, & voces mul-
ed suscipere tantum habeant; & sic ens reale est principium, non Chi-
icum Perip. entium naturalium, & in corpore omnia subiectantur,
eterminant quantitatem eius naturæ agentes, & figurant. nec corpus
ere, nec effici, vel generari patet ad sensum, & Achil. in 1. de elem. id
et de mente Auer. & Arist. & variatio quantitatis, scilicet expansio, &
strictio sequitur, ait, calorem, & frigus, naturas, scilicet agentes. Re-
entes igitur ad Auerr. dicamus quòd rationes suæ nihil concludunt
cedunt enim ex hoc, quòd putauit corpus non esse substantiam sub-
iectam,

iectam, & tamen ipsi nulla facta consideratione in prædicamento substantiæ ponunt corpus,& quomodo ibi est nisi sit materia ipsa rei; quare non erit congregatio ex duobus actibus, quia corpus non est actus, nec alteratio, quoniam non recipitur forma in materia actuata per corpus, esset enim actuata per se,idest per materieitatem. Et recipitur in corpore, non vt in actu,forma, sed vt in susceptiuo subiecto. rationes ergò inanes sunt,& logicæ,& negant, quòd sensu videmus. Niphus autem; Auerrois, & Simpl. rationes soluit,sed Peripateticè fingit,sed non negat materiam esse corpus.

2 Hæc nostra sententia confirmatur testimonio Antiquorum. Stoici, enim corpus dixere esse materiam,& hi,quos suprà memorauimus. Idem dixit Pericles Lydius philosophus teste Simpl. nec id Galenus negat. idem Auicennas. Megarenses quoq; corpus corrumpêdum esse dixerunt materiam, vt materia ignis sit lignum combustibile, materia sanguinis panis. & Niphus eos defendit in agente potentiam ponens,nos vbique. & Arist. materiam animę vocat corpus.& in 4. phy. materiam sensibile esse corpus insinuat; idem id 2. de gen. t. 6. & sequ. Ammonius in prædicamento substantiæ dicit materiam quoad existentiam esse corpus, non quoad essentiam,sed existere, & esse, idem esse probauimus in lib. de inuestigatione rerum, item hęc separatio quantitatis à materia est in mente,& in re non reperitur nisi multiplicitas nominis,itaque secundùm veritatem idem sunt.

3 Nec minus Auerr. dicere tenetur materiam esse corpus. ipse enim dimensiones interminatas corporis congenitas materiæ posuit in de sub. orb. vt saluaret quantitatis factionem,& in 1. phy. com. 63. dicit materiam nunquàm à corporeitate denudari, nam tunc haberet formam dantem esse, & nomen. Ex quo infero, quoniam corpus non perdit nomen, ac diffinitionē,dùm fit transmutatio,igitur corpus est materia per suam rationem,quæ dicit,compositum amittere rationem,& nomen, non autem materiam. Item vel per dimensiones interminatas intelligit in infinitum extensas,& corporeitatem infinitam,& hic sensus est sibi,& Arist. contrarius nolentibus infinitum dari in rerum vniuersitate, vel corporeitatem habentem terminum,at respectu aduenientis indeterminatam, quia cuiuslibet transmutantis potest terminum suscipere, & hoc verum est, vndè sequitur materiam esse corpus, quæ nusquam visa est, nisi corpus,& suscipit formas Auerroi, quia est dimensionata, & materia nunquam absq; corpore sentitur, philosophus verò,vt ipse,ac cæteri dicunt, non abstrahit à materia sensibili, dicent intelligi sine corpore, dicamus intellectionem talem esse falsam, quæ rebus non adæquatur, tum quia veritas est adæquatio rei ad intellectum,vt aiunt, tùm quia omnis intellectiua cognitio fit ex præexistenti sensitiua apud Arist. & experientia est scientiarum magistra ac confirmatrix, vt dicitur 2. post. c. 17. & 1. metap.

& intel

intellectus non potest intelligere, quod in re non est, nisi sit deprauatus. Corpus ergò esse semper sentitur Auerroi ipsa materia, & corpus omnes conditiones eius habet, & est interminatum respectu aduenientis, quod non negat; & si interminata dimensio erit aliud à materia, duę erūt materię. Item rationes suę contra Auic. essent aduersus seipsum. Etenim esset congregatio ipsa generatio, si corporeitas, à qua materia per ipsum non denudatur, sit actus, & alteratio, ac forma adueniens accidens esset omnis, & non fieret ex pura potentia, sed ex aliquo ente in actu, quod generatur. nec dicat, corpus esse actum imperfectum, cui forma aduenit sicut perfectio, & sic tollantur argumenta; nam Auicennas responderet eodem modo, & quemcunque sibi fingerent soluendi modum Auerroistæ, idem Auicennæ valeret. quare vel rationes Auerrois sunt nullæ, vel concedendum est ei, corporeitatem non esse actum, sed materiam ipsam, sicut nos dicebamus. Item si forma, vt dicebat ratio sua, non potest vniri materiæ corporali, vt dicebat contra Auic. nec posset anima fieri actus corporis organici, vt Arist. docet, & ipsi fatentur, nam materiæ nudę ipsam non vniunt Auerroistę, sicut patet per Auer. in 2. de an. & Gandauensem ibi, Thien. Zim. Burlęum, & alios; nec etiam posset forma mixti aduenire formis elementorum, dum miscentur, quia si corpori non vnitur forma, multò minus vnietur corporibus quatuor simul iunctis, & formas contrarias habentibus in actu non corruptas, teste Aristo. 1. de gen. t. 84. sunt ergò dicta eorum vanitates, & chimerę, nam materia corpus est, vt videmus, nec visus rationibus logicis adulterari potest. Præterea Auer. in 12. metaph. com. 14. communitas, ait, materię est priuatio, quia per ablationem formarum intelligitur; materia igitur, inquit, non est ens extrà animam, secundum quòd est prima, & communis omnibus generabilibus. Et cùm ita sit, illud, quod differt à non ente, est aliquod ens extrà animam, & est, quia est subiectum indiuidui sensibilis. quare si materia prima est nihil, nisi ens in anima, vt sic, & est ens inquātum subiectum per Auerroem, indiuidui sensati, consequens est, vt materia vera sit corpus, subiectum enim indiuidui corpus est, vt cernimus, & Arist. in 2. de gen. manifestauit, & alibi pluries. quare seipsum contradicat Auerroes, & alios, quòd materia sit corpus, & ijsdem rationibus conuincantur, qui ponunt dimensiones in materia, quòd sit corpus. ò bona principia Peripateticorum, & grossa; materia prima est nihil in re, & priuatio est nihil, & forma educitur de potētia materiæ primę, quæ est nihil, & non est, & tamen sunt realium entiū principia. Videte, quęso quanta est horum imperitia, qui dij videri volunt, & quomodo non desperat ex non entibus facere entia, & ex chimeris res efficere, ac homines declare.

At alij peius materiam non quantam esse volunt secundùm naturam sui, & quandoque omninò ab ea dispoliari. Etenim vnitur forma materiæ nu- opinio aliorum.

 riæ nu-

riæ nudæ à quantitate, & qualitate; generatio namq; e, aiunt, fit in instanti, & tunc corrumpuntur omnia, quæ inerãt materiæ, fitq; resolutio vsque ad materiam primam, quæ non est quid, nec quale, nec quãtum, & forma vnitur materiæ sic in eodem instanti denudationis ipsius ab his.

Th. Hi quidem maximis vrgentur absurditatibus, sicut alij conuincunt, at nos dicamus, quòd si dictis Arist. non fuissent obligati, minimè errassent sensum secuti, vel rationem. Et quidem dùm homo corrumpitur, quod fit in separatione animę intellectiuæ, vt inquiunt, videtur eadem quãtitas, ijdem oculi, ac eadem organizatio remanere, quin calor intrinsecus quidam, si tangantur, à quo generantur vermes in cadauere sepulto, igitur est fictio hæc opinio. Et si inquiunt, quòd corrumpantur hæc ad corruptionem subiecti per accidens, quia à contrario non corrumpuntur, est falsitas sensatissima. nunquam enim vidimus, excũte spiritu, corporeitatem corrumpi, & organa, fieriq; in primam materiam resolutionem, ac alia similia à forma cadaueris generari; nam eadem sunt, & tenentibus morientes manu manifestum fit, quòd talis non fiat resolutio. & hæc positio omnibus sensibus contradicit, ergò falsissima. nec dicant, id intelligi, vera enim intellectio est, cui sensus, vndè ipsa fit, & certificatur, non contradicit, & experientia fauet, hæc hominum istorum intellectio, quæ imaginatio falsa est, contraria omni sensui est, & magistræ rerum experientię. tunc enim nihil aliud fieri apparet, nisi quòd tenuis spiritus, & diuina anima abscedunt, nec alia forma subsequitur, passim verò à calore externo, & interno, qui remansit corrumpitur, nescierunt adhuc enim Peripatetici, quid sit rei forma. Itaque, si abeunte anima, nõ fit resolutio, nec facta est, cùm vniebatur embrioni; ad quid enim natura, quæ nihil agit frustrà, organizasset semen, & laborasset, vt corpus efficiat in tot partes distinctum, ossa, scilicet, neruos, arterias, & sensoria, si hæc corrumpi debent postquàm completa sunt. nec dicant induci, vt disponant, & pro fieri, non pro facto esse, vt Niphus id interdùm defen-

2. de an. dens respondet. Etenim materia prima eadem est, vbique, dùm spoliatur omnibus omninò formis, & dispositionibus corporeis; & tales dispositiones in vnione non deseruiunt, si corrumpuntur tunc, vel priori in instanti. melius igitur erat, vt fiat resolutio, & introducatur anima materiæ antè organizationem, si eadem est materia prima antè, & post. Et si forma educitur de potentia materię, tunc ipsam corrumpi oportet, nam ea, quæ ipsam educebant de eius gremio, corrumpuntur; nec quidem educerent, si eius aduentu corrumpi oporteret educentia, nihil enim aduersum se agit, ait Arist. nec procurat damnum suum. Item quomodo in eodem instanti forma emergens de materia, vel intellectiua à Deo immissa nobis possit organizationem nouam facere absq; tempore, & priorem corrumpere, quam agens fecerat, & simul qualitates creare, oculos, venas, & partes corporis, ipsumq; corpus, quia prius nõ remanet, nemo

singe-

fingere poteſt, nec diſcurſu vel falſo imaginari. ſi enim Natura triginta dies, vel plures laborans vix efficere hæc potuit, quomodo anima in inſtanti, vel quæuis alia forma hæc faciet? & profectò ſi tantam habet potentiam, & ſemper acquirit maiorem, quia maius acquirit ſuper materiam dominium, tunc quando pars corporis deſtrueretur, vel demeretur os, vel quippiam aliud, illud ſtatim cõſolidare poſſet, ſic & morbos omnes repellere, quod enim in inſtanti efficit hęc magna, potentiam infinitam habet, vel infinitę propinquam, vt in 8. phyſi. dicunt Peripatetici. Præterea quando forma vnitur nudæ materiæ, quantitas conſequens materiam, & ea quæ ſequuntur, vnde veniunt, non quidẽ à materia, quia ipſa non eſt quanta, & tunc amittit, quam habebat, quantitatem; nec à forma, quia ipſa non eſt corporea apud illos, nec quanta, non quantum autem non dat quantum. Igitur non eſt alia fictio. dicatur ergò materia eſſe corpus, ſicut videmus. Dicetur forſan, quòd è potentia materię educitur illa quantitas ab agente, qui & formam educit. Et hoc figmentum eſt, nam ſequeretur, quòd ex non corpore fieret corpus, vt benè Auerr. arguit in de ſubſtantia orbis. Item quando anima vnitur non eſt agens, quod educat de ſinu materiæ. Pater enim ſolum ſemen dedit Ariſtoteli, quod eſt inanime ipſi, non nobis, quod ſi corrumpitur in vnione animę, quam ſemen ipſum educit, igitur quod ſequitur ad animam, non procreat; Item enim ſequeretur, quòd illa quantitas crearetur, ſiuè educatur ab anima, ſiuè ab agente, nam creatio, ait Auer. in 12. metaph. eſt factio rei nulla eius parte prę ſuppoſita, at nunc non prę ſupponitur pars quantitatis in materia, quia anima, ad quam ſequitur, non eſt quãta, & quantitas, quę erat in materia, totaliter corrupta fuit, vt aiunt, igitur ex nihilo fit quãtum, & hęc ratio probat, de ſinu materię non educi formam. nam, vt in ſequenti fiet notum ſermone, falſiſsima eſt ſententia, qua omnia ex ſinu materiæ educi volunt. Item Ariſtoteli omnia entia fiũt ex quatuor elementis non corruptis, igitur forma mixti vnitur materiæ corporeæ, & habenti elementarem formam, nam inſeparabilis eſt, ait, à contrarietatibus, & quòd non *fiat corruptio*, & reſolutio patuit in 1. de gen. t. 84 & 90. item quando generatur vnum elementum ex alio, remanet Symbolum in ipſum habentibus, ergò & corporeitas. nec fingẽdo reſpondeant, nam dùm ex aqua fit fumus, vel aer manifeſtè eadem corporeitas eſt in vtroque, niſi quòd hic exparſa, ibi anguſtiata. & animam actum corporis vocauit Ariſt. non materię, eo quòd corpori vniatur organico. & anima, vt anima eſt forma, & vt ſic, informat corpus, non ergò aliam materiam. Ex his manifeſtiſsimum eſſe relinquitur volentibus veritatem ſcire, non hominum poſitiones tueri, quòd materia corpus eſt, & quòd eſt nihil, id quod dicunt materiam primam, quod confeſſus eſt Auer. & quòd irrationabilior eſt ſententia dicentium materiam non eſſe corpus, & habere actum entitatiuum; materia enim corpus vbiq; apparet, nec aliud

com. 18.

1. de gen. t. 84

imaginari licet ab eo, quod in rerum natura cernimus. & mirum est de his, qui Aristoteli sic sunt obstricti, vt propter verbum illius vnum abneget proprium sensum, & saltem esset stabile, nam millies sibi in hoc contradicit, vt inspicienti apparet circà istęc. ex diuersis enim dictis illius diuersa figmenta Peripatetici parturiere. Quòd formæ non educantur de gremio materiæ, & quòd ibi non sint, posteriùs tractandum est, dùm defendemus ea, quæ circà hoc dixit Sciolus Marta aduersus Telesium. Ex his clarissimum est, nec priuationem, si non ens ipsam ponunt, nec materiam, eo pacto, quo ipsam intelligunt, esse principiũ rerum naturalium. Nunc quid sentiendum sit de formis, dicere non sit graue.

Cùm rerum omnium duo statuerimus principia actiua, ac informatiua calorem, scilicet, & frigus, & rectum fuit, hæc omnia prorsùs facere, manifestum est, quòd hæc ipsa materiam ad sui modum concinnent, efformẽtq; forma enim à formando dici videtur, formans autem ab intus, est calor solaris, qui externam parturit formam in materia, seu figuram, cui nomen cõpetit formę pasiuæ, forma enim agens calor est, qui suam è cœlo naturam diffundens, materiam, cui vnitur, & fit vnum, optat augere, si sedem commodam parauit. nec enim planta vult mori, nec animal, eo quòd eius calor natiuus conuenientem sibi inuenit sedem, & vbi nutriri posit, organa fecit, expertusq; calorem summum, à quo ipse moderatus, sui priuatur mole, ac frigus contrarium, ibi permanere vult at calor, qui materiam attenuauit, non sic, sed sursum euehit: quin nec stare vult inter crasitiem, & frigus, & in media genitus, eam disrumpit, & si in parua est, impotens, vt decedat, effingit organa, animalq; componit. igitur sicut colores, & lux caloris sunt facies, & species, sic forma certi caloris videtur esse compositio in crasitie sedentis.

Quodcunque agens quippiam facere videmus, seipsum diffundere potẽs agnoscimus, similecq; efficere. at dum diffusiuum sui calorem cum luce inspicimus terram ab ipso oppugnatam, varijs immutatam modis, varijsq; figuris donatam cõcernimus iuxtà crasitiei, ac frigoris resistentiam, & ipso decedente priuari, vel adueniente magis, sicuti fit estate, in tenuitatem resolui, ac cœlum maximè; ergò informare calorem est necesse, ac frigus, & materialem dispositionem esse concausas. si enim hæc non resisteret, & susciperet, & istud non circundaret, oppositum oppugnando, quæ videntur, figuræ non fierent. Igitur ab externo calore immutari, & ab extra formas venire censendum est, non ex potẽtia materiæ, sicut Peripateticis fingitur. & quod generat ipsum, dat formam, & quæ consequuntur, nec repentè, sicut solus efficit Deus, sed cum successione paulatim immutans. at in his, quæ fiunt à sole, hoc modo fiant figuræ diuersæ; in his verò, quæ per semina propagantur, secus fit non omninò, Sed quòd semen retinet simulacrum, & effigiem illius, vndè decisum est, animalis, vel Plantæ; simulacrum enim ipsum sentiens est, vel spiritus, aut ca-

aut calor sensitiuus ad modum alicuius immutatus, dum enim sentio quippiã, patior ab eo, & passio in me illata ab illo, illius est simulacrum, & si diutius principaliter illa re afficiar, eiusq; motione, omnia efficiens illud faciam, vel componam, sicut in amantibus experientia docet. At quodlibet sui retinere simulacrum, verius est, & quod ab illo procedit, illius. Semen igitur omne spiritum habet, vndè decisum est, eius simulacrum, formamq; referens. qui dum terræ, vel vtero committitur, & ab horum calore excitatur, agendiq; sumit robur, incipit agere eo modo, quo in generante patre agebat, & constituit semen ad similitudinem generãtis, qua ipse afficitur primitus, & quæ sunt iuxtà, ad sui modum immutat, augetq;, sicut augebat in patre, & reseruat easdem, quas in patre gerebat, motiones. nihil enim simile agit, nisi simili simulacro sit affectum. omnis quidem natura sentit, rerumq; suscipit affectiones, veluti nostro in cõmẽtario demonstrabimus. & quia non easdẽ omninò motiones seruat spiritus seminalis, qui cum semine à patre datur, sed degenerat; sic nec omninò similes duos homines, vel animalia, aut plantas videbis, & ad dissimilitudinem multum confert nutrimentum primam. Sed de his alibi, & hęc ex artificibus, ac natura inuestigauimus. Formæ igitur rerum sunt ipsa principia, in grossa mole sedentia, & à principijs omnia dependent, & actiuum ab actiuo, non ex passiuo veluti Peripateticis fit, & omnis generatio immutatio est materiæ ab agẽte, nec nouum quippiam Mundus parit (vt benè Salomon, & Mercurius aiebãt) at sicut prius dicamus, omnes diuersitates ortas à Deo, & nunc à principijs instaurari. quoniam autem diuersitates, & gradus calorum non aliundè innotescunt, nisi ex rerum diuersis formis, iuxtà has determinentur, & calor colliquans est forma aquę; qui ligatus est, mineralium; spiritus tenuis in informata, & grossa, fit Plantæ; animalis verò subtilior, & agilior minusq; ligatus, & anima in omnibus fit vna, his clara ob superatam materiam, his obscura ob grossitiem. & Iudæus quidam de Arist. mente id narrauit Nipho in dest. destr. disp. 1. omnes enim veritatem balbutiunt, at quod diximus, nusquam declararunt, nec ritè intellexerunt. & mirum est de Arist. qui omnes formas actus esse voluit, hec eadem à causa euenire informante docuit verà, seu, vt dicunt, vniuoca.

De antiquorum dictis nihil certi habemus, nisi quòd Diogenes omnium formas ex eius commixtione effecit, spiritus, scilicet, calidi. Democritus verò ex diuerso concursu atomorum cum vacuo, & pleno, quæ quid sint, superius diximus. Plato autem, & Timęus cum Pythagoricis ab Ideis diuinis omnes formas in mundi primordijs imprimit, nam in Timęo scriptum est, duo esse exẽplaria, idest formas, alterum in mente Dei, vbi per modum vnius omnes sedent formę, idest in verbo Dei, nam quod factum est, in ipso erat vita, idest per modum vitæ, at Euangelista Ioannes; alterum verò simulacrũ esse oculis generationisq; subiectum,

quod

quod forma est, materiæ vnita, & hęc vera sunt. vndè dicit posteà Plato quæ fiunt in materia formę, similitudines sunt verarum, idest Idæarum Dei. quas non negat Augustinus benè interpretans hęc. Iterum dicit Timęus, in formis sinus modo quodam ambiguo, & vix explicabili diuinæ, & intelligibilis naturæ fit particeps. & hæc Plato intelligit in creatione, quando à Dei verbo omnia originem sumpsere, ac formæ effectæ sunt. at nunc ex similibus omnia fieri, & contrariorum oppugnatione, & in Timęo, & Phędone docet. & à Mente omnia è chaos Anaxagoras, & alij deducunt, at nunc à seipsis informari non negant.

Aristoteles autem in his incertissimus in 7. metap. t. 13. & in 12. t. 13. vniuersaliter inquit, quę fiunt omnia ab vniuoco fiunt, & simili, docetq; superfluas esse Platonis Idęas. At vndè fiant formæ, incertissimum esse ipsum suæ sententiæ, & aliorum discrepatio edocet. Etenim omnia secunda entia fieri statuit ex mixtione elementorum, non corruptorum, sed alteratorum, itaq; ex calido, frigido, humido, & sicco principijs omnia componit, etiam animalia. at nunquam docuit modum, quo animata ex his inanimatis fiant. Sed ex horum tãtum virtutibus fieri statuit loquens de par. an. verum alibi omnium animam calorem esse docuit, vt in seq. sermonibus adducemus. Formas verò, & principia elementorum statuit, esse calidum, frigidum, humidum, & siccum, & in his varius est, vt suo in loco dicetur. formam verò perfectum esse nuntiauit cõtrariorum alterum, & interdum è cœlo eas creat, interdum ab agentibus immediatis, quandoq; omnes educit de potentia materię, & iterum formam, & consequentia formam agens dare existimauit. at quidem omnia ex principijs faciens, & principia manere statuens, ipsa animata oportuisset ponere, & omnia ab his fieri elemẽtis primis, si non chimericè loquutus sit, & à similibus fieri volens omnia, modum reseruandæ similitudinis non posuit, quin nec ponendi facultatem habet, quippè qui sensum rebus abnegat, at solum dicit, quòd fiunt à simili; sed minus reddat rationem de

Alexand. & Auer. opinio. his, quæ fiunt ex putrefactione. Alexander, vt narrat Auer. 12. met. t. 13. fieri, dixit, ex simili in opere, & virtute: nam à calore stellarum, & solis, qui virtualiter similis est genitis, scilicet, addit Auerr. quòd fit corpusculum à solis calore simile spermati, quod habet partem spirituosam similem formę geniti, & humidam similem generando.

Th. cont. At illud dici non potest, nisi ab agente formæ indantur Peripateticis. generans enim vniuocum facit simile, nõ idem; sic si cœlum facit simile, & formam educit, quin gignit, vt hęc verba dixerunt, igitur formę ab extra veniunt, & sunt calores vniuoci cœlestes, & nostri. item Arist. & Auer. in 7. metaph. t. 31. idem esse disponens, & generans, docet contra Platonem, ergò idem cœlum dat formam corpusculo, & illud disponit, & cùm non minus faciat, quàm aliud generans vniuocum, & ipsum vniuocum erit. & concesserunt esse simile in opere, & virtute; igitur vniuocum omnimodo

nodo erit,& sicut pater,& filius. Arist. verò in 7. meta. vario loquen' mone, ponit potentiam actiuam in materia in t.31 & postea videtur ncedere, ipsam posse se mouere, vt in his, quę fiunt absque semine: tam m in eius potentia ponit formas; & omnes Peripatetici formas è ma ię sinu educi volunt, non autem à mouente dari. Sed non fingent pro ctò modum, quo in eo, quod non est quid, nec quale, nec quantum, nnia hæc insint, omnesq; formę, & quo ab agentibus mota materia, & rcussa parturiat formas, & si est informis quomodo dat formas, & est potētia receptiua, non datiua formarum. recipit ergò ab alio formas, ipsa largitur, & mirum si anima indè trahatur, & ex ignobilissimo no lissimum. & videmus ad sensum, quòd aquę, quę Peripateticis est fin enda, calor ab igne indatur, & nō de posse eius educatur, nam non po est forma educi, nisi corrumpatur regnans contraria. & si dicatur, calo em illum non educi, sed ab extrauenire, igitur quęlibet forma de foris eniet: nam quem impresit calor ignis in aqua, augēs illum facit aquam gnem & manifestè ab extra agit, igitur dat formam substantialem, qui st calor alijs Peripateticis, vt nobis, vel aliam occultam, nam dans for mam est, quod dat proprietates, & cōsequentia eius. Item principia non fiunt ex alijs, vt dicitur 1. phy. quomodo ergò forma, quod est actiuum principium fit ex materia? Item principium non interit, nec generatur, arguit Alex. teste Simpl. 1. phy. t. 71. teste Platone. respondet, quòd nec materia, nec forma gignitur, sed compositum ex his. & hęc est sententia Arist. & Auerr. in 12. metap. t. 12. & in 7. t. 26. & seq. Sed contra Alex. arguit Simpl. non videns, quòd Deo suo Aristoteli contradicat. quomodo, inquiens, quod non est, & posteà est, fieri non dicatur, & id, quod prius est, & posteà non est, interire non asseratur? Item quomodo cùm compositum dicamus corrumpi, quia forma pellitur, cùm non subsistat post expulsionem, sed potius abeat in non ens, tale nunquam est forma, quippè quę seiungi nequeat, & ipsamet non interiret, si solùm compositum interire diceretur? item quomodo si est incorruptibilis, nō est sempiterna? ex quibus patet apud Simpl. per se gigni formam, ac corrumpi, igitur cùm nulla pars formæ sit in materia, omnis generatio erit creatio, vel forma non educetur de potentia materię, & si sic est, non erit principium, cum fiat ab alio. nec dicant indiuidualem corrumpi non specificā, species enim in mente est non in re, vbi fit generatio, male igitur respondet Simpl. sic. At quòd formę non sint in potentia materię, inferius probabitur magis, dùm aduersus modernum Sciolum disputabimus. Igitur si forma est principium, sit in elementis, & ponantur formę agentes in primis corporibus, & in cęteris ab his diffusę, & hoc non potentes scire, de formis varia dixere homines. vnde Auic. posuit colcodeam datricem formarum. Themist. animam mundi. Alex. intellectum agentem, vt sibi imponūt, & cum his Alpharabius. contrà hos est Auerroes & Antonius Andręę

R. Alex

ratio Simp. contra Alex.

7. metaph.

Andreæ hos defendit ab Auer. & Arist. in 7. metaph. nam ipse de mente Scot. 2. sen. dist. 15. quęst. 1. tenet, animas venire à prima forma, ad quas inducendas disponit cœlum, alias verò formas ab agentibus particularibus. idem Anton. Trom. sed reprobantur hi à Nipho in 7. metaph. disp. 10. & 11. At nunc defendamus nostrum Telesium à calumnijs Martæ Peripatetici.

Marta. 1. arg. Arguebat primò hic Sciolus. Si calor, & frigus essent principia, tunc non essent contraria. Etenim, ait, hæc apud te sunt contraria, tunc se oppugnabunt vsque ad interitum, igitur possent se reducere vsque ad non contrarium; cùm autem venerint ad medium latitudinis, cessat contrarietas, ergo, & actio, & cùm vltimus frigiditatis gradus nō corrumpatur, nisi à summa caliditate, quæ ibi non est, ergo contraria tunc non erunt, cùm vnum non agat in reliquum. Fr Thom. Aduertat prius hoc argumentum esse contra Arist. in 2. de gen. t. 46. & seq. inquientē elementa cōtrarijs gaudere differentijs, ex quorum mutua actione, si adęquantur in potentijs, mixta generari ex illis debilitatis, imminutisq;: sin autem alterum vicerit, alterum in sui naturam conuertere. Igitur dùm mixtum conficitur, & elementa veniunt ad medium, non erunt contraria, quia cessat actio. respondeat prò Arist. Sciolus. Prò Telesio aduertere debebat, respondere Telesium omnibus argumentis, saltem impliciter, non enim contradictiones, & inconuenientia, quibus Perip. pressi in eorum via varias fictiones effecerunt, nos angunt. Dicit ergò Telesius in 1. minoris operis primò ędití cap. 5, cùm calor, & frigus se debilitauerint mutua actione se imminuerint, tunc ex eis, vel vno eorum fiunt entia secunda. Vbi notandum, quòd sol dum calorem mittit in terram, si robustissimus erit calor, tunc citò conuertit in naturam sui, vt potè in molem tenuissimam cœli, vt dicitur 1. maioris operis, secundò æditi, capi. 1. si autem non ita robustus inditur calor, conuertet partes terræ in aerem, in aquam, & in diuersa opera quæ apud nos sunt, secundū diuersitatem caloris agētis, & frigoris resistentis, reagentisque, & materiæ dispositiones diuersas, diuersitatemq; calorum, quod enim constituitur à calore perblando, corrumpitur ab excellentiori, vt habet Tel. 1. mai. capi. 13. 14. & sequ. cùm verò dicit hic homo, cùm veniunt ad medium, cessat actio, debebat compręhendere ex Telesio, quòd qui imbibitur calor terræ, partes minus resistentes conuertit ad dispositiones medias, scilicet, in lentorem, mollitiem, viscositatem, fluores, vapores, & tenuitatem, siq; opus eius intercipiatur frigore, tunc ens aliud generatur, quàm calor intendat, putà lapis, metalla, & similia, nō tamen illud opus amittit caloris naturam, vt benè Telesius in 1. mai. capit. 7 ait, licet minus robustum, ac occupatum nè agat, obtineat. insuper calor hic terræ receptus, à redeunte sole absumit vires, & roboratur vel per cōcentrationem, si in imis partibus receptus fuerit, nec putandum est, quòd cesset actio: tunc enim ad medium dicitur

tur deueniri, cum ab exili calore occupatur moles, & medium constituitur ens; quod tandiu durat in tali natura, quandiu calor inditus non turbatur à frigore omninò; (quòd per rarò euenit, sed potius côuertur in ens mitius calidum) vel tale opus à robustiore, ac copiosiore calore in calidius ens, & tenuius vel totum, vel partes eius aguntur. Itaque non est imaginandum actionem deficere, nec contrarietatem, vt optimè declarat Telesius, ideò probandum est ei media nô repugnare. Nos quidem dicimus, quòd quæ sunt exili calore donata, non habent frigus internum, sed quod pugnat ab extra, nulla enim sunt entia, prẹter terram, prorsus à frigore constituta, sed quęuis à calore, & calor quãtumuis imminutus semper agit, sic frigus.

Secundò Marta probabat intentum sic, horum côtrariorum alterum est fortius, alterum verò minus fortè: tunc minus aget in maius continuò: vel ergò motus erit infinitus, vel deueniremus ad ęqualitatem, & sic non esset complexio, patet contra entia: nam frigiditas est minor parte, & agit patiturq; à calore, & si potentia minor aget in maiorem: tunc sequetur opinio Steracliti ab Arist. impugnata. Respôdet Telesius, quod maius agit in minus, sol, scilicet, in terram, & continuò eam inuertit in diuersa entia, continuoq; frigus instaurat se, & cùm potest, occupat opera caloris, & semper sunt in continuo motu à sui creatione vsq; ad finem vniuersi, vt docet in 1. mai. capit. 1. ita quòd non valet id quod sumit, vel fiet ęqualitas, prorsus autem hoc argumentum est contra Arist. asserentem motum infinitum, rerumq; generationem, ac corruptionem, & motum cœli. Et elementorũ partes in inuicem agere, mixtaq; facere. tumq; Arist. id non exponat totum reflectitur in ipsum argumentum. cum autem ait Marta, minus agit in maius; ergò sequetur opinio Steracliti, nescit quid dicat Stera. enim posuit maius agere in minus, scilicet, ignem in cætera elementa, & omnia fore conuertenda in ignem ab actiuitate nimia illius, vt t. 3. 3. phy. text. 46. alia verò Ster. opinio nulla huic proposito potest aptari, & legentibus Arist. palam fiet: hęc verò sententia non sequitur nobis, vt docet Telesius in primo min. cap. 3. & 6. & 1. mai. cap. 5. & 2. mai. cap. 16. nosq; inferius declarabimus. Marta. 2. Thomas. R.

Tertiò aiebat, sequeretur quòd caliditas tãtùm esset actiua quantum resistitiua, quod falsum est, inquit, etenim plus potest calor in vnum, quàm frigus in mille; quia caliditas per idem ageret in frigiditatem per quod ei resisteret, ergò tantum est resistitiua, quantum actiua: nam si agit per duo, & resistit, vt vnum, generatio: idem erit vt duo, & vt vnum, & sic vnum, & non vnum. Si per vnum agit, & per alterum resistit, sit a, per quod agit, & b, per quod resistit, cum realiter a, & b, distinguantur, corrumpatur a remanente ipso b certum est, quòd a in sui corruptione resistet, vel igitur seipso, vel alio, si alio ergò processus infinitus, si seipso, ergò standum erat in primo, quod calor seipso resistebat, & cum se ipso Marta. 3.

agebat ergo tanta est potentia resistitiua quanta actiua. Igitur non habebit maiores vires ipso frigore. Ex hoc argumento detegitur potius error Arist. qui duas dat species igni, calorē, scilicet, quo agat, vt in 3. disp. voluit Marta, siccitatem, qua resistat, sed plus caloris, quàm siccitatis, vt in de gen. 2. t. 23. vultq; illum Trigecuplo terra esse maiorē, Vigecuplo aqua, & Decuplo aere, vt 1. meta. capit. 3. ad quem sequitur processus ad infinitum per hanc rationem; vnitas, & non vnitas, cui tamen facilè respondent boni Perip. Illud incommodum, quo dicit, nos premi ponentęs eandem resistentiam cum agentia, facilè euadimus negando consequentiam videlicet, quòd calor nō obtinebit vires maiores, ex identitate enim actionis, & renitētiæ potius sequitur oppositum, scilicet, vetustior, virtus in calore, cum omnes potentias habeat adæquatas, vndè si actiuitas erit maior, sic etiam resistentia propter identitatem, vt elici potest ex Telesio lib. 1. min. cap. 4. & 5. debebat hic homo probare cōsequētiam, quod vt faciat longè abest, sed ipsi non his excipientur malis nullius valoris, quę facilè boni Peripa. diluent; sed maximis; ex quibus nunquam se exoluent, positis à Tele. in 2. min. cap. 11. & 3. mai. cap. 14. & 15. Notandum tamen est, quòd si comparentur ad naturas vniuersales, scilicet, solem, & terram, semper est maioris actiuitatis calor; si autem ad aliquas partes, poterit quandoque frigus exuperare calorem, maxime eum, qui inter contraria frigora detinetur, nisi prius roboretur, vel molem in tenuitatem conuertat, cumq; ea ad cognatam elabatur vniuersitatem, vt Tel. in 1. min. cap. 24. & 1. mai. cap. 1. & 13. alijsq; in locis edocet.

4 Item ait in quarto, hæc principia sunt contraria, vnumq; ex altero fit, cum se inuicem agant, & patiātur. sit calidum agens, frigidum b, passum, & idem a, ab eodem b repatiatur, cum autem ipsa non possint esse ęquata in potētijs: quia tunc neutrum aget in reliquum, cum actio non proueniat nisi ex victoria motoris supra motum, ergò in ęquata; quare cum fortius agat in debilius, ipsum debilius non posset reagere in fortius aliter fortius pateretur à debiliori, non contra se inuicem agunt.

R. Sed putās nos destruere suos impugnat. hęc enim ratio procedit contra Perip. ponentes actionem, & reactionem, vt dicunt 3. phy. t. 9. cum enim omnia elementa sint cōtraria apud illos, & vnum in reliquum agat, sitq; alterum, scilicet, ignis actiuius cæteris testimonio etiam Martæ in disput. 5. ergò non possent per hanc rationem in se inuicem agere, cōtra Arist. in 2. de gen. ferè per totum, & cum ignis aget in aerem, & repatietur ab illo, igitur debilius aget in fortius, quod non vis. Nos autē respondemus cum Tel. pro Tel. & 1. non valet, quod assumpsisti, actio prouenit ex victoria motorijs supra motum, sed ex agentiū contrarietate, non Tel. tamen sed Arist. testimonio ad actionem verò, & pugnam sequitur victoria illi, quod robustioribus viribus erat pręditum. Quòd si intēdat per victoriam præpotentiam vnius agentis, etiam est falsum, non enim

agit ex præpotentia agens, ſed ex appetitu ſuæ conſeruationis, dum contrarium repellere ac in ſui naturam conuertere vult entia ſibiq; ſimilia generare, vt Plato ait in conuiuio, & tu in fine huius diſp. concedis. aliter potentiora ſemper agerent in minus potentia, & non reagerentur ab illis, vt vis in hac ratione, ab impotentibus. Et ſic tādem mundus ex contrarijs conſtās deſtrueretur citò, quod non vult Ariſt. & tamen ex principijs eius eueniunt. ratio ergò nulla, ſi vult Ariſt. ſaluum.

Pro reſponſione dicendum eſt cum Teleſ. quòd calor, & frigus ſunt contraria, ideò mutuò ſe oppugnant, calor autem fortior eſt, frigus minus forte; idcircò non aſcendit vſque ad ſolem, vt deturbet potentiam eius, ſed ſol quia magis valet emittit vires ſuas per lumen ad locum frigoris, & agit in illum non tamen omninò corrumpit, quia continuò inſtauratur varijs, diuerſiſq; modis, & dum ſol agit in partem hac, frigus occupat illam, & opera, quantum poteſt, caloris deſtruit, reagit autem dum viget, ſin verò ab hac parte omninò deturbatur, non tamen à tota mole, & ſic fit generatio. Hæc, & alia debebat perquirere à Teleſ. Sed ad pauca reſpicientes de facili enuntiant.

Quintò dicebat: tunc contraria per idem ſubiectum intenderentur, quod impoſ. deducitur conſequētia. Sit a calidum, quod ad b frigidum habeat proportionem quatruplam, ſic quòd totum a agat in totum b. ipſum autem b non agat, niſi in quartam partem a, quæ ſit c, pars autem reſidua a, quę non ſit repaſſa ſit d. quod autem idem c, calefiat ab ipſo d arguitur, quia d ad c eſt ſufficiens cōtrarietas, cum d ſit ſummè calidum, vt ſupponitur in caſu, & c aliqualiter frigidum, cum patiatur à b per frigiditatem igitur c calefiet, & confirmatur, ait, d agit in b remotum per c medium ergò idem d aget in c nam non fit actio in remotum niſi per propinquum quare idem c calefiet à d, & frigefiet a b. ſimul, & ſemel. 5

Et ex hoc inferebat pro ſexto argumēto ergò hic aer qui eſt inter medius ſimul frigeſit à terra, & calefit à ſole. Hoc nō minus eſt contra Ariſ. quam contra nos, cui, cum calor etiā agat, & frigus, vt nobis, ſequitur in partem mediam caloris agentis reactam à frigore, etiā calorem agere: & vtrumq; in eodem contrarium intendi ſubiecto. Item ſol calore agit hęc inferiora ſiue à motu ſiue à lumine proueniente nihil ad nos pro nunc igitur aer inter medius calefit à ſole, & ab aqua, aut terra frigeſcit. Item deducitur contra eum eadem cōſequētia: nam ſtet pro poſ. quòd calor, vt octo in generatione mixtorum agat in frigus, vt quinque, & arguatur eodem pacto.

Reſpondeat ergò. Nos dicimus cum Tele. quòd quādo maior, & potentior eſt calor agit molem in tenuitatem, & victoriam conſecutus molem ſuperatam eleuans tendit ad cognata corpora ſurſum, craſsiores verò partes concretas in aliud ens relinquit, vt habetur 1. min. capi. 22. & 24 & alijs. & propter multas diuerſitates quę fiunt, & ſunt in actiuis, & R.

passiuis, & materia diuersa constituuntur entia. Quod dicit de intentione contrariorum, in eodem subiecto nihil est. possibile enim est duo contraria dum in eandem agũt partem, debilitari, & remitto, etiã Arist. test. tamen falsum assumit, frigus enim quandiu potest reagere reagit, & renititur calori; quòd si deturbatur prorsus aufugit, at assumat vires; etenim datus est sensus illi cognoscendi contrarium, & appetitus sese cõseruandi, vt dicitur in 1. min. cap. 7. & 1 mai. cap. 6. Ipse autem Marta partitur molem caloris in partem repassam, & agentem: quod non est faciẽdum, cum sit continua, non discreta. nam in casu, quem fingit, minus robustum incipiens agere in partes maioris, repremitur ab illo, vndè satis est ei, vt resistat, vel fugiat ad propria. Nec calor, & frigus sunt semper in casu, quem ponit, sed ferè diuersis in infinitum vndequaq; variatis modis, vt in Tel. est videndum. Et ideò ad sextum, cum dicit ex hoc sequi aerem simul calefieri, & frigefieri, dicendum ipsum esse constitutum à calore, qui partes subtiliores terrę, vel à se subtiliatas in tale ens egit, & si frigus agit nimis in aerem, partes eius conuertentur in aquam vel entia frigori proximiora; non tamen potest omninò calorem depellere propter adiumentum caloris aduenientis, scilicet Cęli, & Solis. Nec est inconueniens idem habere duas naturas contrarias mutuò se expellentes, & alternatim benè autem si contrarias haberet concordes factas, & non modò vnam, modò alteram vincentem. quod si esset inconueniens apud interius speculantes etiam sequeretur Aristot. quod effugere non potest hic homo, sed benè boni Perip. negando huius viri authoritatem; quę nulla adhuc est in philosophia.

7 Item septimò ait. Tunc nullum agens posset assimilare sibi aliquod passum. etenim si summè calidum debet assimilare sibi, summè frigidum illud calidum remittetur in caliditate, sed remisse calidum non potest aliquid facere summè calidum; ergò nunquam calidum summè factum

R. remisse poterit frigidum summè facere calidum summè. Sed si valeret hęc ratio, tunc in via Arist. nunquam vnum elementum posset in sui naturam conuertere alterum, quod summè vult Arist. 2. de Gen. t. 24. omnesq; Perip. etiam Marta in 3. disp. nec etiam si hæc ratio esset bona posset fieri nutritio: nam habet Arist. 1. de Gen. & Alb. in lib. de nutrimento, & nutribili, & 2. de ani. t. 43. vegetatiuam per calorem agentem conuertere in substantiam nutriti cibum quique contrarius est in principio, & in fine similis, & idem efficitur nutrito, etiam si est aqueus, & elementum aquę apud Arist. in ignem conuertitur, vbi summè calidum cõpareat sibi summè frigidum. quæ omnia infringunt hoc argumentum, & etiam illud, quod sequitur. Nec potest effugere, nam in his etiam est reactio, quia in materia communicant, vt dicunt super 3. Phy. cap. 9 Nos verò dicimus, cum Tel. quòd Sol summè calidus nunquam assimilabit sibi terram summè frigidam propter rationes allatas 2. maior. cap. 16. &

alibi,

alibi, aliasq;, quas nos addemus. Sed pars caloris demissi à Sole potest occupare partes molis terræ, vt propriam efficiat materiã; suæq; omnino assimilet, cumq; ea elabatur. Quam autẽ, cũ, quibus rebus tenuitatem calor educat accipiẽdum est à Tel. in 1. mai, c. 24. & ex 8. c. 32. Nec dicãt calorem agere, vt instrumentum: quòd si dicant soluant rationes Tel. in 1. min. cap. 56. & 2. mai. cap. 22. Quod dicit summè calidum, quia summam amittit caliditatem ex re actione frigidi, non posse sibi assimilare summè frigidus non obstat huic sententiæ, quam modò tulimus. Patet enim calorem occupantem molem frigoris, si summus continuetur per robur assumptum à Sole, omninò in se partes in se in vertere terræ, siq; interciditur opus eius, ens minus calidum gigni. Palam est igitur quomodo pro suis pugnet hic Marta.

Octauò inquit, sit summè calidum, quod potest facere summè frigidum, a, frigidum, b, signetur, primum ¶, in quo b, est factum omninò simile a, quęro, num immediatè ante hoc ¶ signatũ b, frigefaciebat ipsũ a, aut non; si non cum immediatè ante hoc a, agebat in b, & b, non agebat in a, ergo calidum agendo in frigidum non repatietur ab eo, si verò b, agebat in a, & non nisi per frigiditatem, & tunc nulla est frigiditas in b, ex quo ipsum est summè calidum infinitè, ergo modica frigiditas erat in b, ergo infinitè modicè potentia b, immediatè ante hoc erat ad infrigidandum ipsum a, & a, magnæ erat resistentiæ, ne b, ageret in a, ergó immediatè ante hoc b, non poterat agere in a, frigefaciendo ipsum a, tenet consequentia, quia aliter à proportione minoris inęqualitatis proueniret actio. Præterea si immediatè ante hoc frigefiebat ab ipso b, ergo immediatè ante hoc ¶ in a, intendebatur frigiditas in ipso b, & tunc nulla frigiditas est in ipso a, ergo certa latitudo frigiditatis, subitò deperdita est, quia si immediatè ante ¶ hoc continuè intendebatur frigiditas in a, signetur vnum intrinsecum temporis ¶ mensurantis istam frigefactionem, & sit illud d, tunc ab ¶ usque ad ¶. quam est præsens fuerit continuò intensa frigiditas ipsius, & nunc in a, nulla est frigiditas, ergo nunc primò magna latitudo frigiditatis est corrupta, non itaque calor, & frigus possunt se inuicem agere, & reagere, alterum expellendo reliquum. Cum quęrit in hac ratione, si ante hoc instans frigus frigefaciebat calidum, vel non, respondet Tel. quòd dũ conuertitur natura terræ in summè calidum, resistit frigus, & reagit, dum potest; in instante verò, quo conuertitur moles frigoris in molem caloris summi non repatitur calor, iam tunc terminatur eorum bellum cũ victoria caloris, præsertim quia apud Tel. non in instanti introducitur forma caloris, sed successiuè donec prorsus frigus deturbauerit; quod etiam sensu præditũ cum sit præ dominium caloris experiens suamq; ruinam, in propriam se retrahit sedem, vix occupabilem à calore: vbi vires assumit, ut passim Tel. docet, nec oportet, vt assumit hic homo, minimum frigus agere in summum calorem,

8

R.

rem, nisi sit æqualis in fortitudine, vel paulò minus, & ad aliud assumptū licet frigus reagat non tamen eodem modo, & tē potest vt calor. Nec sequitur quod intendebatur si reagebat, & in nunc tota eius latitudo sit corrupta, sed quòd continuò gradatim expellebatur à subiecto & in vltimo nunc vltimus eius gradus reiectus est. Hinc patet quàm rudis sit hic homo, dum probat calorem non agere, & reagi à frigore, Aris. & propriæ sententiæ oblitus. quis audiuit vnquā cal. & frig. non esse cōtraria, & se inuicem oppugnare apud Perip.

9 Nona ratio erat, si a, calefacit b, nequaquam b, potest frigefacere a, quia videmus si a, pellit b, ad vnam partem positionis, ipsum à b, minime pelli posse ad alteram, hoc autem non videtur procedere, nisi quia a, pellendo b, superat ipsum b, & ei dominatur, quare b, cum sit superatū non potest ad oppositum pellere ipsum a, sicq; si a, calefacit b, & superat non poterit b, superatum non poterit agere in a, cuius oppositum ponis in morte.

R. Dicimus, quòd cum calor agit molem frigoris, cū partibus, quas tenuæ facit dilabitur ad cognata si est summus; Si ex his, frigus intercipit opus eius, & deducit in contrariam positionem, puta in terram, vt patet in vaporibus factis in aquam, vt Tel. in 1. mai. cap. 7. & 14. & cum dicis, quod victum non agit in vincens, verum non profers, totus enim calor non agit in totum frigus simul. vt consumat, quemadmodum diximus esse de mente Tel. 2 mai. cap. 16 benè autem potest superare partes quasdam frigidi, quæ deinde per alias partes frigoris exterra emissas agit in opus caloris, in morte verò non semper ponimus dominium frigoris in calorem, vt Tel in 8. cap. 31. & pluribus locis scribit. Sed quando fit à frigore non fit solum mors ab eo, quod à tali calore est propulsum, sed ab eo roborato per additionem aliarum partium à terra deriuatarum, vt vbiq; Tel. prædicat. hic autem stolidus apparet in his.

10 Præterea si ista sunt contraria, quomodo possunt esse in eodem, ait, subiecto, calidus enim quis est in corde, & frigidus manibus; sed calor plus potest in mille quàm frigus, & quomodo frigus non expellit frigiditatem manuum.

R. Petendum est hoc ab Arist. qui vbique prędicat cor principium esse caloris, vt in lib. de causa motus animi. de insp. & resp. de animal. & in lib. de causa long. & breu. vitę vult, quòd tandiu viuant animalia, quandiu caloris virtus in eis prędominatur. immò inde iuuen. & Senec. tandiu fit perfectionis augmentum, quandiu robustas obtinet calor vires, & hoc idē innuere videtur 4 met. igitur cū in iuuēta calor dominetur in corde & est maioris actiuitatis, vt dr̄ in 2 de anim. t. 42. & apparet frigiditas in manibus, quin in interiori parte, & maxima in cerebro, vt in 2 de part. anim. cap. 7. habetur. & in corporibus longè frigidissimis idem sentitur, quibus tamen calor dominatur aliter essent mortua, vita. enim ait Arist. est permanentia caloris, igitur in his contraria erunt simul, & cur calor

non

expellit frigus illatum partium & præcipuè lienis, quam medici po-
unt frigidam, Quod quidem arg. facile diluent boni Perip. responden-
s pro Arist. sed non Marta, facilius autem ego pro Tele. dicendo, quòd
igus in manibus non est constitutiuus animalis, sed externum est, &
ontrariū calori eius, cuius cupiens occupare sedem, quę calori est con-
ituta, ipsum cogit ad ima, & profundiora corporis, occupatq; tandem
si calor roboretur quoquo pacto, vel quia fouetur à calore externo,
uandoq; seipso per antiparistasim, vel ex nutrimento sibi vires compa-
t, item sibi timens ne à frigore lædatur tendit ad Perimpherias cumq;
pugnat, donec expellat, vt Telef. inquit. libr. 5. capi. 30. & 8. cap. 31.
ijsq; in locis. Sicq; sunt contraria in eodem subiecto, nō tamen eadem
rte nisi dum actione alteri remissum est, quod dicit calor plus potest
mille quam frigus, minus valet, animalia enim, & inferiora entia, quæ
rram incolunt, non summo, qui posit statim tantum frigoris immi-
uere, sed per blando, & moderato sunt donata calore, vt Tele. innuit 1.
ai. cap. 23. & explicauit satis in 5. libro, dum animalia, & planta 5. con-
tuit. ad quæ Marta aciem ingenij figere non valuit.

Præterea si cœlum a, potest calefacere terram b, & b frigefacere a, non 12
nus a possit localiter mouere b localiter ad vnam differentiam posi-
nis, quam ipsum b mouere ad oppositam differētiam: quod est imp.
ia sic idem moueretur motibus cōtrarijs secundum locum, vz ad dex-
m, & sinixtrum, vel saltem posset moueri: quæ potentia dicit inordi-
ionem in splendidissima curia. Nesciens quid dicat arguens multipli-
er errat. petit enim principium dum dicit cœlum mouere terram lo-
iter, & non probat, quod assumptum est ne modò contra Telesi. in 1.
i. cap. 1. sed etiam contra Arist. 3. physi. t. 51. 2. de cœl. tex. 19. & 1.
l. t. 57. qui vbique terram immobilitate donat. sin autem solem par-
aliquas localiter mouere, licet sit verum, partes enim test. & Peripate.
nius, in primis Auer. 1. de cœl. c. 57. mouentur localiter. cum enim
propriam calor terram materiā effecerit, vt in vapores, exalationesque
versa, eam sursum eleuat, vt Arist. in 1. meta. habet. verum in materia
erata sic nō remanet frigus quod calorem ducat deorsum, sed in ter-
uandoque definet illum ne elabatur, ac opus eius. vndè falsum est
od moueat cœlum frigus cum illa materia elata sit cœlo quodammo-
ncorporata. verùm si adhuc habet de crassitię materię, propter im- 13
entiā quam ex ea crassitiæ habet ad motum, deorsum cadit, qua cùm
r ēt. nec ille est dicendus motus, sed impotentia ad motum, quæ
eriæ competit. vt Tele. declarat in 1. mai. capi. 4. motus autem om-
quomodocumq; diuersus caloris est assignandus, nec dicit id inor-
ationem, vt pulchrè Tele. in 2 mai. cap. 13. & seq. & 1. min. cap. 24.
ersitate enim diuersarum dispositionum diuersi æduntur motus, ac
rationes à calore. ideò non est in ordinatio in calore, quod si vult
maximè

Cap. 8. maximè Arist. erit reprehendendus, qui in 1. meta. ponit ignem descendere ad primam regionem aeris, vbi exalationem exuriens impressiones causat ignitas, & tamen hic descensus fit naturaliter propter bonum, quod appetit ignis, scilicet, sui amplificationē. Item si verum esset quod dicit in cœlo esset maxima inordinatio (quod absit inquiunt Peripate.), nam cœli inferiores mouentur proprio motu ab oriente in occidentem, & simul rapiuntur à primo mobili, duasq; diuersas conficiunt circulationes, & si dantur eccentrici, & epicicli, motusq; trepidationis, non ne esset maior inordinatio, quod absit, & etiam Arist. ignis rapitur ab orbe lunæ quæ omnia huius hominis supposita errores esse declarant.

12 Præterea, ait, quo sensu cognoscitur hæc magna moles? si inquiris principia substā, iæ sensibilia. Sed prius interrogetur ipse, quo sensu percipitur materia illa prima informis, ficta à Perip. ad quod nunquam re- ℞. spondebit, nec valet, si dicit, intellectu, & diuersus philosophus, enim vt, inquit Auer. in prologo considerat res sensiles, vnde etiam in 8. physi. c. 22. experimentum, ait, sermonum verorum est, vt concordet rebus sensatis. idem in 1. de cœl. & apud omnes Peripa. vt patet in 1. metaph. & 2. post circa finem non minus, quàm nobis scientia fit à sensu. Nos autem

13 respondemus cum Tele. in 7. vbi penè per totum declarat quomodo fiat sensatio, ea certò, sensibilia sunt quæ suam ex se possunt effundere species & in sensus illapsa propria spiritum specie afficiunt? & ideo inquit Teles. in 1. min. cap. 4. materiam, cum omnis perse sit expers actionis, & veluti demortua, per se non esse visibilem, vel sensibilem; tamen quia semper est occupata calore vel frigore per ea est sensibilis, magis autem est visibilis, propriè, vt habetur in 7. lib. capi. 26. magis enim sensibilia communia, vniuntur luci, & subijciuntur, quod obiectū est perse primò visus, quàm obiectis aliorum. Sed quomodo lux sit obiectum visus proprium, & deferat species, fiatq; visio, quomodoq; ea, quę distant, & ęqualia, ac inæqualia, & omnia, quę magis admittunt lucem, magis sint visibilia; quę verò minus, minus, omnesq; differentię visionis petenda sunt à Teles. in 7. è capi. 17. vsque ad 33. sicq; videbitur qualiter ad omni sensu percipitur magnitudo illa corporea promptè, dum defertur per omnium obiecta ad sentientem spiritum. in ca. 26. quæ si non vidit, & videns minus percępit hic Sciolus, debebat videre Arist. cum Perip. 2 de an. tex. 64.

13 In tertiodecimo argumento, cupiens mordere, & viribus deficiens effutiebat dicens, si omnes res naturales esset compositę ex calore, & frigore, cœlum etiam sic esset. Nec sapit veritatem calorem tātum accidisse vnam partem materię, quę nunc est cœlum, cum caloris sit disgregare, disgregasset ergò materiam, & ita cœlum stare non potuisset. Respondet ℞. Tele. tam in mai. quam min. lib. in his cap. quibus tractat de principijs, cœlum ipsum à calore esse constitutum, qui manat à sole in se omnia inuertente: vocatq; cœlum totum vniuersum à terra more antiquorum,

sacro-

rorumq. scriptorum: cùm totum illud sit à Sole, sic efformatũ. quod
go Tel. concedit, hic homo assumit probandum. cùm uerò ait, non sa
re ueritatem, uerum est apud inscios, minus speculantes; sed minus
oit ueritatem, cœlum qui apparet cālidum, igneumq. alterius ponere
turæ, ac sine materia, ut Peripat. effingunt, & hoc apud Platonicos, &
tiquos Philosophos, non solùm Tel. acerrimè id reprobantem, dicit,
lorem omnia disgregare, quod est contra Arist. suum in 2. de gener.
8, Dicit posteà, cœlum stare, non posse, si materia sit disgregata. hic nõ
nsiderat, quòd dicit Arist. in primo de cœl. extra cœlum nec locum,
ec tempus, nec uacuum esse: posuit enim mundo summus opifex ter-
inum. Benè uerum est, calorem disgregare, sed non in infinitum, cùm
nim fecerit materiam tenuissimam, cum ea usque ad superiora aduo-
t, si minùs, quàm tenuissimas inferiores ex ea cœli partes conficiet, &
c alia entia iuxta alias dispositiones. Cæterùm quandò calor congre-
are uidetur, non subtiliare, sed condensare, hoc facit per accidẽs, ut ha-
et Tel. in primo mai. cap. 7. ubi inquit. Propterea ea densat calor, quòd
inexistentem tenuitatem summã facit, egressumq. quo elabatur, ei ape-
t, & prius id, quàm circumfusam crassitiem emolliat: itaque per se hęc
ęcta, & uniuersa, dum elabentem, effugientemq. illam, ueluti sectatur,
n se ipsam compacta, densius, duriusq. concrescit in ens, qualis nimirũ
ui natura est, talis apparet, non. s. præinexistentem mollitiem compin-
it, & in crassitiem agit calor, quin tenuiorem facit, & fumum agit, ua-
oresq. sed præinexistentem crassitiem detegit, & in unum agit, fluori-
bus, mollitieq. quibus commixta latebat, spolians. siq. inde poterit, diù
maximè agere, ueluti molliet, & occupabit.

Præterea. Si sic à calore, frigore retardante, producuntur diuersa en-
tia, tunc non essent contraria, quia non semper agerent, & paterentur,
quia quando calor uincit, frigus est uictum, quo superato, essemus æter
ni. quando autem morimur, frigus superaret calorem, tanto igitur tẽ-
pore aget, & tanto non. Cur nunc morimur, & non prius? Curq. sic vi-
ctum frigus, & minoris actiuitatis calorem uincit, in solio suo residen-
tem? est nè aliqua aula, ubi frigus absconditur; unde exeat?

Dùm uult probare, quòd hęc non sunt contraria, propriam uocem R.
ignorat, argumentatur enim contra Arist. etiam: cui in primis hæc po-
sita sunt contraria, & id quod addit. essemus æterni reflectitur in Arist.
qui in libro de long. & breui. uitæ, inquit, tandiù animal uiuere, quãdiù
qualitates actiuę dominantur passiuis, ut bene Auer. in Paraphrasi: cũ
ergo in iuuentute actiuæ dominentur passiuis, igitur sumus æterni per
hanc rationem, & quandò morimur dominantur passiuæ; cur sic? &
cur nunc morimur, & nunc non? cur passiuæ uincũt actiuas in pro-
prio solio regnantes? & nunquid est aliqua aula, ubi abscondebantur
passiuæ? hic Martha non potest respondere, licet bene alij Peripat.

Nos autem negamus primam consequentiam, uidelicet, quòd non essent cõtraria, & cùm probat, quia non semper agunt, & patiuntur, falsum assumit, si intelligat de tota uniuersitate frigoris, & caloris, hæc.q. semper se oppugnant ac sedibus suis se deturbant, ut docebat Tel. in 1. mai. cap. 1. & 6. & 1. min. cap. 3. & 4. Sin intelligat de quibusdam partibus frigoris, & caloris, etiam falsum; nulla enim pars caloris est, propè terram, (de qua ratio eius uidetur procedere,) quæ de frigore continuò, dùm potest, non oppugnetur. Et nota, quòd si calor tenuissimam fecerit molem, tenuissimum constituet ens, in q. sui subiecti naturam inuertet; illud inquam, erit perpetuum, ut sunt supremę cœlorum partes, & stellę; eorum enim contrarium, scilicet frigus nõ agit in eas. apud Tel. enim, ut patet in 2. mai. cap. 1. non omne habens contrarium corrumpetur, nisi quod contrarium habet uicinum, & robustius se. sin autem constituet calor ens, non sat cœleste, sed propè terram incolens, cui contrarium adsit, cuiusmodi sunt animalia, hoc continuò oppugnantur à frigore, & præcipuè dum abest Sol, uastantur etiam à calore immoderato, & igneo, in his inferioribus recepto, & sic iuxta horum exuperantiã morimur, & non nunc, quia non uincimur, & nunc, quia uincimur ab uno horum, & licet sit superatum frigus internum, uincimur ab externo in moderato, & ab externo calore immoderato corrumpente moderatum, quo constituti sumus, & reducente in ignem, uel ab interno se ipsum accẽdente per amplificationem, uel abeunte ad superos cęlos propter defectum cibi, in quem agat, confici atque spiritus uitales restaurantes eum, qui elabitur. Cùm petit de aula frigoris. Tel. dicit, esse terrã in 1. mai. cap. 1. & alibi. Et si dicat Hyp. & Bal, morbos fieri ex inadequatione humorum, attributorum quatuor elemẽtis. uide quid sentiat Tel. dum ait oẽs animalia uno à calore esse constituta diuersis uiribus agente, & diuersos etiam humores sua uarietate constituente. cumq. disputat cum Hyp. & Bal. de his in 3. lib. & cap. 29 usque ad 37. & quomodo diuersa entia conficiat calor uidẽdum erat huic homini à Tel. in 1. mai. cap. 14 & 1. min. cap. 19.

15 Præterea calor seminis, qui in eo detinetur modificando calorem Solis, generat, ergo non calor uteri. cuius oppositum tui defendunt.

R. Ad hoc dicimus, quòd quamuis semen sit constitutum calori, contineatq. in se spiritum, tamen impotens est ex se, ut in tot partes, diuersasq. animalis membra fiat, tam masculinum, quod fit in partes albas, exanguesq. quàm fœmineum, quod in alias, licet fœmineum sit minus aptum. & hac de causa calor uteri ipsi Tel. in 6. lib. cap. 1. & per totum, ponitur principium generationis, ueluti antiquioribus, & ualentioribus medicis, ex cuius diuersis mutationibus, tam in semine, quàm in loco vteri factis, diuersa semina concrescunt in partes. quòd dicit calorẽ uteri superfluere non probauit, & cùm probabit, reprobabimus & nos. uerum

um est tamen, quòd calor seminum, & uteri non differunt ab igneo, & olari, nisi sicut moderatum ab immoderato. unde non sequitur si se- nen est calidum: ergo non calor uteri est principium, ut probat Tel. in ?. quasi per totum.

Præterea ait, principia non fiunt ex aliis, quia tunc essent composita; 16
calor autem fit ex motu ferri, & lapidis, qui per te est eiusdem speciei cū calore Solis, & frigus fit motu: aqua enim mota plus frigescit. Quam- R.
quàm concedimus maiorem, falsum addit illi. s. quòd gignitur calor ex motu, & reprobatum à Tel. in 4. lib. cap 6. & 9. & in alijs, & in 2. min. cap. 17. & seq. & ad hoc arg. innuit Tel. in 1. mai. ca. 6. dùm uult calorem nullum nouum prorsus à motu fieri usquam, sed, qui fieri uidetur, præ- inexistentem esse, à motu, qui est propria caloris operatio, ut dixit in 1. cap. ueluti excitum, uiuificatumque. Nam Tel. omnia entia constituta sunt à calore, & cùm conterantur, moueanturq. oblectatus motu calor excitatur, qui à frigore, & materie crassitie in ueternum ueluti deiectū erat, non tamen generatur, quinimmò, ut Tele. probat in 1. mai. cap. 9. calor præit motui tempore, natura, & dignitate, ubi ad dictum de lapi- de, & ferro, inquit, dura, quæ conteruntur, ut lapis, & ferrum sunt, laxan tur, & aperiuntur sic, ut donentur ea dispositione, quam statim subeat, penitusq. occupet, in eamq. agat tenuitatem præinexistens calor, quę nihil, ut prius, ipsum sese amplificantem, effundentemq. reiiciat, retar- detq. multò copiosior factus, nullaqi à densitate reiectus, multoq. ro- bustior factus u detur, quia ne id quidem. s. generare calorem interdū facere contritio, sed inexistenti calori exitum, quo exiliat, patefacere ui- detur. & alia multa alibi, ibiq. nos edocet Tele. Cùm dicit, frigus fieri à motu, gigniq. falsum est, nam cum entia frigefieri motu apparent, uel fit hoc, quia corpus tale est nimis frigidum, & dùm mouetur leniter, fri gus contrariam operationem sentiens, quæ est motus, concentratur, & munitur, & cessante deinde motu, frigoris se amplificantis actio maior apparet, uel quia, dum entia uicina terræ mouentur, ut fluuius, disgre- gantur, & rarefiunt, ita quòd frigus magis ea subire potest, & occupare, quod à terra, ambienteq. emittitur. non ergo principia ex aliis generan tur, sed quoquo pacto disponuntur. sic satisfiat huic Sciolo.

Pręterea illa sunt principia, quibus positis res ponitur, sed ambobus 17
his, uel altero eorum positis nulla res ponitur. probant Peripate. hoc, quod tu non improbasti. Elementa autem distinguuntur a cœlo per R.
graue, & leue, quia permoueri sursum, & deorsum. non ergo hæc sunt ip sis principia. Hoc arg. reflectitur magis contra Peripat. nam posita materia, & forma, ac priuatione, nihil sequitur, tùm quia materia expers est actionis, & priuatio etiam, cùm sit non ens apud plerosque uestros, tùm etiam quia forma, cùm sit in potentia materiæ, & non abextra, ni- hil agere potest. Si dicis, opus esse agente, ergo principia uestra non cau-

 sant,

ſant,ſed agens cum Tel.quod itē eſt formans. Quo tum dicimus,quod poſitis calore,& frigore,corporeaq. mole,ſtatim contraria agunt in inuicem mutuo,ſe expugnantia,occupantiaq. molem,& ex uincente cum mole ipſa,taliter ab eo informata reſultat compoſitum, etenim hæc cōtraria iuxta proprium operantur ingenium,non alienum,ut probat Tel. in 1.min.cap.54.& ſeq.2.mai.cap.22.contra Peripa. ac tuum ſuppoſitum. Poſtquam enim ſummus opifex ſolem, cum terra,propria mole, proprijsq. donata facultatibus,contrarijsq. nunquam ceſſarunt, in inuicem agere,nec deſiſtent,quin ſemper entia producant, ut Teleſi. per utroſque com nentarios diſcurrit,nos edocens pluribus cap.probatque talem ſententiam,maximè dùm tractat. de principijs, reijcitque rationes Ariſtotel.& ideo falsò putat,minorem argumenti non eſſe probatam à Teleſi defenſamque à calumnijs Peripa.quæ ſe non uidiſſe,hic homo fatetur, forſan non intellexit. maior argumenti,ſi hanc intelligat, eſt pro nobis,ut patuit. Ea, quę infert,elementa differre per graue, & leue,moueri ſurſum,& deorſum,omnia ſunt impugnata optimè a Telę, uetùm nos infra reprobabimus,oſtendentes,eſſe contra poſitiones ſuas etiam Ariſto.

17 Pręterea ſi calor eſt principium, tùm anima erit corruptibilis, nam per te calor dat perfectionem materiæ,eſtque eius anima, & forma, hęc ergo cùm ſit calor,corrumpetur. quòd ſi de ſenſitiua tantùm loqueris, manifeſtandum tibi erat ſenſu,quomodo unum, & idem ſit ſubſtantia & accidens: ſenſitiua enim in homine eſt accidens, ut probat D.Thom. nec poteſt eſſe accidens,cùm ſit principium, nec ſubſtantia,quia forma erit,& non principium per te; & tunc homo erit formatus, & non per intellectiuam,quod non eſt catholicum,nec poſſunt eſſe duæ animæ,ut probatur ab Ariſt.in 1.de an.t.90,contra Plat.

R. Pro reſponſione notandum,quòd Tel.in 5.lib.cap.2.& 3.& in 8. cap. 6.& 15.alijſque in locis ſuę doctrinę, non tantùm authoritate Eccleſię, ſed etiam rationibus humanis edoctus,duabus dat ſubſtantijs hominē, altera,ſ.quę eſt ex ſemine educta mortali,altera uerò diuina, immortaliq; ue,à Deo infuſa,quæ totius corporis eſt forma, pręcipuè autem ſpiritus,ex ſemine educti,quo cum ſit unum; qui ſpiritus à calore ex tenuiſſimis partibus eſt conſtitutus,& corporeus eſt, non tamen corrumpitur aduentu diuinæ formę(ut magna pars Perip.uult) ſed magis perficitur,operationesq. eius redduntur pręſtantiores. quod hic homo dicit,eſſe non poſſe,quia idem eſſet ſubſtantia,& accidēs.quod petit,eſt q. ei probandum. Teleſi.enim per totum lib.5.&6.ac 7.Sed maximè in 5. cap.38.ponit,ſenſitiuum ſpiritum eſſe ſubſtantiam corpoream,à calore conſtitutam,tàm in brutis,quàm in homine.& cùm uult,ſe probaſſe,illam eſſe accidens, uerum eſt, ſed non demonſtrauit, quemadmodum etiam D.Thom.non enim re oſtendunt illud,ſed dictis Perip.quæ Tele. negat.

negat, quinimmo D. Thom. in quæstionib. disp. de anima. q. 11. ad 11. dicit, quòd sensitiua in homine est substantia, sed potentia fluens ab illa est accidens; quod nos concedimus, si distinctim intelligatur potentia ab eo, cuius est potentia: dico enim spiritum esse subiectum, sed potentiam, qua sentit, accidens, sicq. calor est substantia, & sua potentia est accidens; in solo enim Deo potentia est substantia. Veruutamen hoc inconueniens premit Perip. illos, qui asserunt sensitiuam accidens in homine, & in alijs substantiam, quiq. tanquam à Deo prolatum, côcedunt Arist. quod uni est substantia, alteri non est accidens: quod et nos nolumus, dicimus & nos, sensitiuum spiritum in brutis esse substâtiam, & potentiam sentiendi accidês, quo pacto in homine uult D.Th. & distinguere solet Niphus in 2. de an. Cùm dicit, ergo homo erit formatus, & non per intellectiuam, concedo, sed non perfectè, & ultima perfectione. dicit non esse catholicum, mentitur. Plures enim Peripa. qui sunt ualdè catholici, plures indunt homini formas, ut Scotistæ, uterque Bandauensis, ac Bacconitanus. Niphus etiam scribens super Auer. de sub. orbis. & infiniti ferè Theologi, qui imaginari nequeunt, cum Galeno. quomodo anima incorporea calefaciat, det corporeitatem, & opus habeat corporis temperamento, ut informet, sitque etiam dans formam, uel gerens uicem mixtionis, & quomodo recipiatur in materia nuda; Multiq. sunt antiquorum, ut declarat Albe. in 1. de ani. 2. tract. cap. 15. & in 3. 5. tract. cap 4. hiq. omnes uolunt, prius in formari una, & postea altera forma, & ultima sit intellectiua. Nec ratio Arist. procedit, ut declarant prędicti Philosophi, in 1. de ani. posita t. 90. & si non contra eos, minus ualet contra Telesi. Aristot. enim ibi quærit de unientem illas animas, eò quòd antiqui, ut Plato, posuerât eas distinctas ratione, situ, & loco, alteram in corde, alteram in cerebro, & aliâ in epate: cuiusmodi non ponit Tel. sed du s animas omnino diuersas dat in essentia, quarum ultima dat perfectionê primæ, & unitur ei per se primò, hinc toti corpori, non per aliud medium, efficiturq. homo per se unus, & regulat adueniens anima spiritus operationes, & perficit, datq. ultimum esse, ante quod erat brutum. Spiritus uerò corporeus, à calore constitutus, sentit, negetat, nutrit, expletque alia opera, quæ declarat Telesi. in tractatu de illo, corporeitas autem non est quid distinctum à materia.

Pręterea substantia, inquit, non cognoscitur sensu: ergo calor nô est principium. Hoc argumentum est contra omnes ferè Peripa. græcos, ponentes calorem, & frigus, formas substantiales in elementis, & nonnullos Auerroistas, ponentes graue, & leue, immò contra arguentem, qui hoc sustinet infra, & tamen, ait Auer. in 2. de an. t. 108. cadunt sub sensu. Verùm contra Tele. nihil est, petit enim principium, & non probat. Tele. enim in 2. mai. cap. 20. & 28. & primo mino. cap. 59. substinet 19 R.

de

de mente Arist. & propria substantias pesse sentiri, quin Auer.in tertio cœl.c.61. principia, inquit, sensibilium sunt sensibilia. cùm probat hic homo hoc falsum assumptum, satisfaciemus ei.

20 Præterea si calor esset principium, tunc forma primi corporis esset forma mixti, quod est falsum; nam tunc generatio mixti esset alteratio, quia esset formarum elementarium dispositio accidentalis, & generatio mixti esset continuatio, quia formę elementorum ducentur ad continuitatem propter continuationem suarum materiarum, altera forma

R. non acquisita; quod si sic, tunc mixtum esset accidens. Si hęc ratio procedit, non est contra nos, sed Perip. ponentes formas elementorum esse in mixto in esse refracto, ut Auer. uult, defenditq. pro illo Zim. in sol 2. contradic. Auer. super 1. Physi. contra Butlęum, & alios Auer. asseclas; aliter sentientes, alij plures Perip. hoc tenent, ut Alex. Alber. Auic. Non autem inconuenit nobis, negantibus tot elementa, & asseuerantibus calorem, & frigus esse substantias, suscipereq. magis, & minus secundũ Tel. in 2, mai. cap. 24. & 1. min. cap. 58. dicere, eas esse formas corporum mediorum in esse debilitato, & per blando, & secundum diuersas Agentis, materiæ, & patientis diuersa fieri entia. non sequitur autem ex his, generationem esse alterationem, cùm ponamus eas formas, quæ alterãt, & postremò, informant esse substantias. nec continuationem; etenim uno è contrario media constitui dicimus. s. calore, non autem duobus, quæ simul intrinsecè insideant, ut Perip.

21 Præterea tunc elementa non essent materia mixti, sed ipsa essent mixtum. sed omnis anima corpus aliud magis diuinum participare uidetur,

R. quàm ea, quæ sunt appellata elementa. Sed hi sermones suos dilaniant, ut ex dictis patere potest, etenim ipsi ponunt extrema esse in medijs in esse remisso, ut ubique Auerr. prædicat. sed nos repentè euadimus, eorum dictis non obstricti. Sed hic Sciolus quam nam percępit in elementis, aut mixtis aliam à calore, & frigore, substantiam? immò, ut Tel. probat in 2. mai. cap. 24. & 25. & 1 min. cap. 56. nec aliam Arist. potuit afferre substantiam ad compositionem elementorum, ac mixtorũ, tàm animatorum, quàm inanimatorum, narratq. mirabiles caloris effectus, & opera ex Hyp. & Perip. præstantioribus. cùm verò affert, animã ex his non constare, concedimus de diuina, homini tantum immissa; sed cæteris animalibus quam afferet? quin Aristot. contradicat, ut locis allegatis enucleat Tel. & infra dicemus, magis autem nobis calor, qui sensu, motuq. præditus est, animalia efficit, spiritus ingenerans, animãtia effingit, ut habet in 5. lib. & 6. Tele. ex non sensatis enim nos sensata conficere ignoramus cum Tel. in primo maior. cap. 6. & primo minor. cap. 7. & seq.

22 Præterea tunc animæ essent ex elementis, & elementorum formæ in certa nobili proportione congregatę essent animæ: quod contradicit rationi

rationi humanæ. Hæc uerba prolata sunt etiam contra Aphrodiseũ, R.
Hyp. & Gal. non aliud ab elementorum proportione ponentes animã, quin Arist. 3. de gen. an. cap. 11. in uniuerso, inquit, inest calor animalis, ut quodammodo omnia animæ plena sint, quę opinio est Tel ponẽtis calorem ingenerare spiritum, qui, obtectus corpore animalis, est anima. Auer. etiam in de sensu, & sensato, ait, anima est in calido. quæ omnia rationi Marthæ contradicunt, cùm non capiat, sed non aliorum, ut hic putauit.

Præterea mixta supernaturaliter alterata ad pristinam dispositionẽ 23 R
non redirent. hic delirat, nam dicit, si alterantur supernaturaliter, non posse redire, quod falsum, si intendit uirtutem diuinam, quæ nobis omnia posse ponitur. sin aliter, nihil dicit, præterquam, quòd uocabulis abutitur; uidemus enim calorem alteratum, & accensum, deinde moderatum reddi ex dispositione quauis apta, ut flammeum extrudat, ut patet in febricitantibus.

Pręterea marmor, & ferrum plus substantialiter conuenirent, quàm 24 R.
ferrum calidum, & frigidum. Negamus, quod assumit in hac ratione, nam ad ferrum conficiendum diuersa materiæ pars, diuersęq. dispositiones, & diuersis agẽs uiribus calor, requiruntur ab his, quæ marmor conficiunt, ut Tel. declarat in 1. mai. cap. 14. 15. & 16. & alibi. & cũ probaret, quia plus conueniunt frigidum, ac frigidum, quàm calidum, & frigidum in tactu, dicendum, quòd ferrum, ut alia entia à calore est cõstitutum, ut dicitur 2. mai. cap. 8. unde si indatur calor tanti roboris, ut ferrum in aliud ens uertat, tunc differret specie à ferro, apparente frigido; sed hoc rarò fit. At si non tantum imbibitur calor, qui possit ferri caloris ex frigoris interceptione taliter acti opus destruere, tunc nõ differrent magis frigidum, & calidum ferrum, quàm marmor, & ferrum; calor enim ille est destructiuus ferri, ut sic, & non constitutiuus, cùm sit extrinsecus, & diuersorum uirium à calore cõstitutiuo intrinseco, & hic extraneus non uariat speciem, nisi destruat, & aliud ens faciat. ut Tel. uel le uidetur in 2. mai. c. 21.

Pręterea tunc mixtum non differret essentialiter ab altero, saltem de 25 R.
perfectis, nam omnis substantia existens in uno, est in alio. Inspicere debet hic homo nos negare mixtionem ex diuersis elementis, cùm ponamus, hęc omnia esse opera caloris, & ideò ponimus, entia dissimilia differre diuersitate caloris in uiribus, & gradibus, & dispositione, & materia, frigorisq. retardatione, ut docemur 1. mai. cap. 14. & 16. & 1. micror. cap. 19. & 25. in quibus aperitur, quo pacto calor diuersa producit entia, uarisque. Nos autem negantes alias differentias in entibus, quæ logicales sunt, non reales, ut hę, nullo premimur malo. Magis autem ratio procederet contra Peripate. ponentes elementorum formas in mixto refractas, uel eorum uirtutes uariatas secundum magis, & minus, cũ

aliud

aliud imaginari nequeant. forma quippè omnis mixti actione elementorum his fit. quæ si non intelligit, doceatur à suis Marta, & non dubitabit.

26 Prȩterea infert, tunc mixtum esset simplex, quia elementa inuicem
R. iuncta, essent mixtum. Iam diximus, quòd hæc uerba, nam argumēta dici non possunt, contra nos non procedunt, negantes diuersarum entium mixtionem, potius autem contra prædictos philosophos, ponētes elementorum formas in mixto in esse refracto.

27 Præterea tunc mixtum non esset essentialiter unum; quia non esset ibi una forma, qua mixtum in determinata specie locaretur. sed eius u-
R. nitas esset per diuersarum formarum contactum. Non aliter ad hoc respondemus, est enim contra suos, qui in elementatis ponunt diuersas formas; contra quos arguit D. Thom. p. p q. 86. ar. 4. ad 4. & in q. de formis, quȩstione de mixtione, & in opuscu. de mix. elem. per hoc argumentum, & alia. sed nos negantes mixtionem cum Tel. in 3. lib. cap. 40. & quatuor elementa minus ponentes, nulla premimur angustia, neq. hac. Hic homo uerò ignorat, quem incusat, & dùm nobis molitur insidias, se ipsum, & suos iu propriam dat prȩcipites foueam.

28 Prȩterea tunc forma mixti esset ętherogenea, quia ex partibus quan
R. titatiuis alterius rationis integraretur. Nec est contra nos, ponentes cœli, & secundorum corporum calorem esse formam, & frigus terræ, quibus non sequitur, formam esse ætherogeneam, sed nec his, qui elementorum mixtionem faciunt, magis tamen illis, quàm nobis, attamen nullo pacto coucludunt dicta hominis. verùm quia nō est nostrū Perip. indulgere, soluant ipsi.

29 Prȩterea tunc mixtum non haberet aliquid, quod elementa contine-
R. ret, & sic frigida tenderent deorsum, & leuia sursum. Eodem pacto concluderet contra suos, sed nos nihil premit non ualentes imaginari, quomodo elementa contraria in mixtis ex diuersis locis congregentur, & suorum oblita ingeniorum, uel refrangantur, uel corrumpantur, ut dicunt alij, ut iuxta propriam non operentur naturam.

30 Præterea calor, qui est in semine, est idem specie per te cùm calore Solis, & alter oportet, ut concurrat, ut instrumentum, igitur una portio caloris erit substantia, altera accideus. Si utrumque ut principium, natura foret diminuta, utrumque faciens imperfectum. Si dicis, unū posse hoc facere, frustra fit per plura. hoc inconueniens ait, non sequitur Arist. ponentem solem, & hominem principia diuersarum specierum.

R. Dicimus, omnem calorem, tanquam ab origine, prouenire à Sole cum Tele. in utroque commentario; calorem autem, qui in semine detinetur, eiusdem substantiæ esse, asseueramus, qui agit in generatione, & calore Solis roboratur formaliter, & uirtualiter: uirtutes enim rerū absq. eorum formis esse non imaginamur, ut Marsilius Ficinus super Plat.

Timęum

Timæum scribens in cap. 24. conclamat. & cùm dicit, naturam facere vtrunque imperfectum, à vero deuiat. Spiritus enim, qui est in semine, & calor vteri, cùm sit iuxta terram, inter contraria genitus, ab ambientis frigore debilitatur; Sol autem, quem immisit calorē, roborat, dùm leniter agit, sin robustè, exalare eum facit ad cognata cum tenuefacta mole. Modus autem, quo solem dicunt agere, reprobatur à Tele. & nos forsan dicemus.

Prçterea si calor esset principium, tunc vna res esset in prædicamento substantiæ, & accidentis. dicunt, quòd est tantùm in substantia; contra, ait, si in substantia, aut esset generalissimum, quod non, quia nō est substantia, aut specialissimum, quod non, quia non habet indiuidua, aut subalternum, quod neque, quia nullo modo prædicatur, & quod denominatiuè prædicatur, est accidens. Hęc verba nihil probant; Tele. enim vbique substinet, hęc principia esse substantias, sed cùm petit, quę nam substantia, videat Tele. dicentem in primo mai. cap. 4. esse substantias incorporeas, & formas rerum, ea facultate donatas egēdi, qua possint quālibet occupare molem, vt in illa subsistant. Probatio autē, quā adducit, rudis est, non enim ponit differentiam inter essentias reales rerum, & prædicabiles intentiones; etenim ex hoc probaretur etiam, materiam, & formam non esse substantias procedendo eodem modo, qui à Perip. non probatur. ideo dicendum, quòd Tel. ponit, calorem, & frigus essesubstantias incorporeas, & formas, incompletam ex se constituentes speciem, vt Perip. dicunt de animabus, & formis: & ideo nō sunt in prædicamento logico Aristo. per se, quemadmodum materia, & forma, sed reductiuè, ideoq́. non prædicantur, & cùm dicit, denominatiuè prædicantur concedo, sed eo pacto, quo apud Perip. prædicatur anima de corpore, vt cùm dico, corpus est animatum, sic est, si dicam, corpus est calidum, non autem more accidentis. vnde si per hoc anima nō est accidens, nec etiam calor erit. 31

R.

Præterea frigus modificando calorem producit ita hoc ens, quòd non aliud, quid dicis de igne? nam cùm plus possit vna pars caloris, quā centum frigoris, magnum frigus necesse fuit ad constitutionem eius, & si tanto imbutus frigore, quomodo ita transparens, ac lucidum, tāq́. sublimem elegit sibi locum? Hic non intelligit intentionem Tel. nam non semper subintrat frigus actionem caloris, etenim cùm calor est robustissimus, & partes terrę in ignem totaliter conuertit, frigus nihil potest facere, nisi aliquantisper impedit eius actionem super illas partes, defendit alias pro suo posse, vt dè tunc fortissimus calor partes, in sui subiectum factas, euehit ad cognatam ignis molem, sed cùm agit, minus robustè, modificatus frigore, vel alia causa, non enim à frigore solùm calor fit blandus, minus tunc propria, minusq́. ignita producit entia, quę etiam si occupabuntur à calore fortiori in subtiliora entia fient 32

R.

M partes

partes illę(vt aqua in aerem)quæ minus repugnant conuersioni,deinde tandem à robustiori calore,nisi opus assumptum,frigus deuastet, & ad se retrahat,in ignem partes illæ,sic confectę,totaliter conuertentur, ut aer in ignem. falsum igitur assumit, dùm ad constitutionem ignis frigus affert,& ignoranter petit,cur transparens,lucidum, & eleuatum sit corpus igneum,Telesi.enim vbique respondet,has proprietates indi illi à calore.

33 Præterea forma substantialis introducitur totaliter simul, sed calor
R. successiuè,ergò,&c. Opus est,vt satisfaciamus huic nè videamur rudes, vt ipse. Et primò assumit falsum, quòd forma substantialis introducatur in instanti,& non suscipiat intensionem,& remissionem.Cuius contrarium probat Tele.in 2.mal.cap. 27,& 1.min.cap.58.& hic petit,vt sibi concedatur hęc fictio,quam nec Auer.concedit in 3.de cœl. & nos dicemus infra. & licet possit concedi, recipi terminum in instanti ipsius formæ,tamen continuò antè intendebatur.

34 Præterea sunt multa entia calidiora, & multa frigidiora, si igitur frigus retardat suum contrarium in frigidioribus,quare non tantum frigus obtundit, sed calor plus potest, ergò destruendo suum contrariũ,
R. entia frigidiora non generarentur. Dicimus hoc esse etiam contra Arist.ponentem ignem maioris actiuitatis, & apud Perip. optimos frigus non ingreditur opus naturæ,ut Tele.etiam probat in.3.cap.31.igitur plura constituuntur entia calida, vel nulla frigida. quod maximè vult Telesi.ponens,omnia nostra entia constituta à calore, vt in 1.mai. cap.16.& alibi. quamuis autem aliqua entia appareant frigida, tamen omnia constituta sunt è terra à calore,& ideò calida; agens enim etiam Arist.semper assimilat sibi passum,vt dicitur 1.de gen.t.51. & quòad redacta fuerint totaliter in terram,hęc entia semper habent de vi agentis caloris. & quamuis frigus ea confringat, & in entia, quæ frigida magis apparent,deducat,vt vapores in aquam,& in niuem,nihilòminùs si nõ conuertet in terram omninò,nunquàm deperdent caloris naturã; nec quia sic apparent,dicenda sunt frigida, nam Sol apparet nobis pedalis, quod non volunt Astrologi, rationes quærentes. & vinum aliją́. succi longè calidissimi in tactu apparent frigidi,est enim in illis extraneum frigus,& calor remissus,& qui obtectus à frigore fuit,& mole, nè agat sua opera. vndè sicut distantia visibilis facit res videri aliter,sic distantia caloris constituentis nos,& aquas,& extraneę dispositionis eam frigidam nobis demõstrat. Itaque,vt habet Tel.lib.3.cap.25. eę rebus attribuendæ sunt vires,quas ipsæ res vniuersæ naturę collatę, non humanę tantum,sortitæ apparent.Calor autem cùm sit remissus, & blandus,non potest,à se tantum frigoris obtundere,dicimus ille,in corporibus frigida, quæ videntur.

35 Præterea moles corporea,aut est in actu,aut potentia; si actu per calorem

lorem,ergò non recipiet illum, si potentia ergò datur priuatio, quàm non potes fingere,vt ais.Nec potest à te mundi creatio cognosci. nam si Deus creasset cœlum calidum,& terram frigidam,vtraque pars molis non ab alterutro ascenderetur. saltem declarare debebas. Respondemus,hanc molem esse actu, est enim corpus semper informatum calore,si non est terra,& frigore, si est terra, nam materiam sinè forma soli Scotistæ,& pauci cum eis,posse per se esse,imaginati sunt. & cùm ait si calida,non recipiet calorem,verum est,si est in supremo gradu, vt Sol. sed falsum, si calore imminuto sit calida,vt sunt animalia, aliaq. entia, hæc enim non longè secus,ac frigida terra,oppugnantur, & occupantur robustiori à calore,vt dicit in 1.mai.cap.13.si quidem quibus, quantisuè donetur viribus calor,nunquàm sese effundendi,& è mole quauis præinexistentes naturas quasuis deturbandi,illamq. occupandi ipse facultate spoliatur,aut appetitum deponit. Notandum tamen,quòd quãdò moles transfertur in aliud ens à calore, vel frigore, nõ est actu illud ens,ad quod transmutatur, sed potentia, benè autem est aliud in actu, vt Tel.ait in 3.cap.5. cùm verò dicit,oportere Telesium noscere priuationem,quam dixit,non posse se fingere,non considerans dicta Tel.nec intelligens,admodum mentitur.Tel.enim in 3.lib.cap.3.& 4. & 2.mai. cap.23.4.& seq.prædicat,esse de mente Aristo.duo esse principia actiua contraria,sed vnum tenere locum ignobilioris, appellariq. priuationẽ, alterum nobilioris,appellatum formam,& habitum, etiam de opinione Alex. Et in hoc se conuenire cum eo maximè vult,ponens frigus contrarium ignobilius,& calorem nobilius. vt dixit in primis libris. Damnatq. ibi Perip.quosdam,sentientes priuationem esse non ens, & merã formæ absentiam. quam,si est Arist.condemnat, eumq. tanquam sui oblitum, incusat. sed Marta deinde longè rudem promit sermonem, dùm dicit Tel.non agnoscere posse creationem, ipse enim Arist.non ponentem creationem vbique damnat & præcipuè in 4.lib.c.27. & 29. & in 1.mai.c.1.& 2.min,circa finem.Nota tamen apud Telesi. quòd calor abscindit de terra,& frigus partes abscissas ad se vertit,& semper sunt in motu. quod minus benè intelligere hic videtur.

Præterea non negare potes, omne ens calidum viuere, nec cadauer esse frigidum,aut erit corpus secundum,aut primum, non primũ, quia non terra,ergò secundum,vt à frigore constitutum. Dicimus, omnia entia,quæ sunt in mundo, viuere aliqua vita, saltem sumpta pro esse. & sictàm calida,quàm frigida viuunt;sed si sumatur vita pro operationibus vitalibus,puta sentire,vegetare, & moueri, competit tantum his, quibus calor ingenerauit spiritus, effinxitq., & formauit in animalia. Verùm tamen tàm frigus,quàm calor sentiunt. sed calor sensu exquisitissimo,& mobilissimo, frigus obscuro,& ignaro. vt Tel. habet 1.maior. cap.6.& 1.min.cap.7.& seq. vnde ex frigore non possunt constitui ani- 36 R.

malis,hoc enim indurat,compingitq. non distinguens, efformansq́ ie organa;& immobilitat. Calor autem præter hoc quòd spiritum ingenerat mobilem,ac tenuissimam efformat molem in animal,dat que motum,& vegetare,& reliqua,quæ pertinent ad animata.Verùm cadauer, ideò non viuit,vt animal, quia spiritus calore constitutus exalauit, qui longè calidus,tenuis,lucidusque,ac mobilis erat, corpusq. sua vi euehere poterat. operabatur per organa, quæ sunt aditus entium cæterorum, actionum, ac specierum ad spiritum, vt cognoscat omnia, fugiat contraria,suscipiatq., & sectetur sui seruatiua. vt dicebat Tel.in 1.min. cap.8.& 1.mai.cap.6.calor verò,qui remansit in cadauere, exilis est, vel non potens ingenerare spiritum,& si potest,non retinetur, quia exitus est factus,tùm quia à materiæ mole superatur,uel corporis temperamēta sunt dissipata,nunquam poterit operationes ædere,nam hæ à frigore contegente illum, & opus caloris contundente, reprimenteq. impediūtur. tamen dicit Tel 1.min.cap.16.multa insecta, quorum spiritus penitùs perijt immersa aquæ,& demortua,calidiore si obtegantur cinere, reuiuiscere,& etiam corpora perfectorum, quorum spiritus inceperat extingui,à calore restaurari posse,si non erant ob alium oblesa modū. patet ergò cur non viuit mortuum animal, & quòd calidum est adhuc, sed non vt possit esse animal.

37 Præterea serpentes intra terræ viscera geniti frigidissimi sunt. igitur est constitutum corpus secundum aliquod à frigore, vel aliquantisper calor obtundet,& retardabat,quòd si eò vsque progredietur,nō oportebit illam distantiam magnam allegare.

R. Dicit Marta, quòd serpentes in terræ visceribus geniti, sunt frigidissimi, falsum prorsus est verbum hoc,& contra Arist. nam,vel sunt geniti ex semine, vel ex putredine, si primo calidi sunt: etenim Arist.2.de gen.an.cap.3.inest, inquit, in omnium semine,quod calor vocatur. si secundo,erunt etiam calidi. Arist. in 3 de gen.an.cap.11.generantur,ait,in terra,humoreq. animalia, spiritus in humore,calor animalis in vniuerso inest, vt quodam modò animæ plena sint omnia,& 4 met.cap.2.putrefactis,dicit,facillimè ingenerantur animalia,quòd excreta caliditas cōstituit, & componit corpora. Prætereà arguo. Verum est, hæc animalia nutriri. sed nutritio fit à calore interno,vt dicit Arist.2.de anima.t.50. habent ergò calorem natiuum,suiq. constitutiuum,ignoranter igitur arguit. Cui respondemus omnia entia,præter terram,quia sunt à calore constituta, calida esse, & sic etiam serpentes; frigus enim talium constitutiua causa esse non potest,vt Tel.in 3.declarat lib. cap.31. calor quippè solis, qui terræ visceribus,& profundioribus partibus inditur,varia ibi,diuersaq. à redeunte Sole,vel sui concentratione fotus,efficit entia; nec vnquam inde elabitur,nisi prius educat tenuitatem aptam,cui insideat,vt Tel.in 1.min. cap.35.& 1.mai.cap.13. vbi etiam materiam quoquo pacto informans

se ipso, producit entia, quæ apparent frigida corpori nostro comparata. etenim opus calori constitutum, à frigore statim intercipitur circunstāte. igitur si quampiam terræ partem in tale ens concinnauerit, vt spiritus includi valeat, fiatq. animal, animal tandem fiet, vt dicit Tel. in 6. lib. cap. 31. & cùm dicit, nos nō posse illam distantiam allegare, ignorat q̄d inferat; ideo sic alloquitur, non considerans, illum calorem esse exilem, qui detinetur partibus imis, vt lædere nequeat, nec vidit Tele. in 4. c. 29. inquientem, non posse Solem multò profundiorē terræ immutare portionem, summaq. agere ratione, & modo, vt moles vniuersi semper sit eadem. & minùs vidit eundem admiratum in eodem lib. ca. 9. & 10. immò passim in tota sua doctrina, summi opificis sapientiam, & prouidentiam in constructione, & gubernatione vniuersi. non tamen distantia solùm nobis allegatur, dùm cur non comburat terram Sol, exponimus; sed alia, quæ infra suo loco dicentur.

Præterea illa contraria, quę ad alia priora reduci possunt, non sunt prima, sed hæc reducuntur ad habitum, & priuationem, cum alterum sit imperfectius. item subiectum existens sub vno contrariorum est priuatum altero, & nomen contrarietatis ostenditur per priuari, & habere. 38

Iam responsum est in solutione 35. ad hoc argumentum. Tel. enim non dissentit ab Arist. si ponatur priuatio vnum contrariorum, tenens locū ignobilioris; semper quidem Telesio ponitur frigus cōtrarium ignobilius. & probat talem sententiam de mente Arist. 12. metaph. t. 12. primo Phy. t. 48. 10 Metaph. t. 15. & 16. primo de Gen. t. 18. & pluribus in locis Phy. & alibi, quæ assumit Tel. pro sui corroboratione 2. min. cap. 3. 4 & seq. & in 3. lib. cap 3. & 4. condemnatq. ponentes priuationem purum non ens, quod dicentes ex argumentis, quæ nos formauimus, nunquā se exoluent. Item Telesi. in p̄dictis libris, cap. 4. vtriusque declarat pro Arist. dictum Arist. in 1. Phy. t. 68. quod obstans dictę sententiæ sic. declaratum est, contraria esse duo, & vnum subiectum, altero verò quodammodo non opus esse: ad faciendum enim mutationem contrariorum alterum, tùm pręsente, tùm absente satis est. dicitq. Tele. id debere intelligi in mutationibus particularibus, cùm priùs locutus fuisset vniuersaliter, ut paret ibi; sufficit enim ad part. vnum contrariorum, vt generet, & constituat compositum cum materia, vt ad generationem hominis sufficit anima, & corpus, & ad hoc ens calor cum hac mole, & nō oportet esse frigus, vt constituat hoc, cùm forma eius sit tantùm calor, qui antea absens erat, & modò præsens. verùm tamen cùm Arist. docet duo esse principia actiua in tot locis, & vnum passiuū, loquitur vniuersaliter; etenim entia omnia diuersa fiunt à duobus contrarijs, mutuò se oppugnantibus, omne enim est, vel opus frigoris, vel caloris. quā expositionem hic non percepit, & nulli vel pauci Perip. Cùm dicit calorē, & frigus debere dici habitum, & priuationem, nil considerat. hęc enim R.

sunt

ſunt nomina intellectus, & nihil in re ponũt, niſi calorem, & frigus. Tel. autem illis appellat nominibus principia, quę naturas immediatè ſignificantia philoſophię maximè congruunt, non autem logicę. Pręſertim verò, quia non alia dantur nobis contraria in natura à calore, & frigore, & ſi qua ſunt ab hac contrarietate dependent. Ariſto. verò plura ponenti prima, vt ſiccum, & humidum magis licuit, tùm quia arguebat contra antiquos, illam, ſcilicet, priuationem non cognoſcentes, vt ipſe fatetur.

39 Præterea, quod inhæret ſubiecto, nõ dando perfectionẽ illi, eſt accidẽs; ſed calor eſt huiuſmodi: etenim ſi ſecùs eſſet, tũc res quantò calidiores ſit, tantò etiam eſſet perfectior, modò calor æſtiuus diſſoluit, & fatigat homines, nec recurrendum eſt ad diuerſitatem calorum, cũ omnis ſit calor à cœlo. Huius rationis minor eſt falſa. ad probationem

R. Not. quòd perfectio duplex alia ſimpliciter, quæ in vnoquoque melior eſt ipſa, quàm non ipſa, vt inquit Anſelmus, & talem non dat calor, intelligentię enim, & homo reſpectu animę infuſę, habent quid melius, & perfectius calore, alia eſt perfectio in genere tranſmutabilium, & hęc poteſt eſſe duplex, vel in reſpectu ad naturam communem, & ſic entia, quę calor conſtituit dando perfectionem ſuam interius, ſunt perfectiora frigidis, & ideò calor ęſtiuus, quandò reſoluit partes animalium, partes reſolutas reddit perfectiores, dùm ſeparat à terreſtribus, & cœleſtibus, ignitisq. adiungit; verùm partes, quę remanent redduntur imperfectiores, dum nobilibus ſpoliantur. alia eſt perfectio in reſpectu ad naturam particularem, puta hominis, & hanc non dat calor, niſi moderatus; etenim hęc particularis natura à moderato conſtituta eſt. corrũpitur autem à calore excellentiori, vel fatigatur imperficiturque, quia non eſt opus talis caloris homo, talibus viribus agentis; ſed perblandi, perblandis, tùm quia, vt homo, conſtituitur ex tali materia craſſa, taliq. calore, qui ingenerauit ſpiritum, & elabi eum facere nequiuit, cùm remiſſus fuerit, calor autem immoderatus adueniens corrumpit, dùm potens eſt, exitum, quo labatur, moderatus facere, ac eius partes intenuens factas, intenuiſsimum facere, ac diuidere à craſſioribus, ad quam diuiſionem ſequitur reſolutio talis entis particularis, & imperfectio fatigatioque. Non eſt ergò putandum, quòd agens corrumpens entia, & ad ſe conuertens ſit imperfectius; etenim proportio requiritur inter agens, & paſſum, Sol quidem eſt perfectiuum viſus, cum ſit obiectum; ſed quia excellens, & improportionatum eſt, corrumpit. Sic ignis fatigat aquam, & reſoluit, & cętera etiam elementa cùm ſit actiuior apud Perip, & tamen non dicitur imperfectum; quin eſt perfectiſsimum elementorum, cùm comparetur eis ſicut forma ad materiam apud Ariſto. 2. de Gen. t. 50. & 5. Phy. dicitur, quòd ignis generatio eſt ſimpliciter reſpectu ſuę perfectionis, ſed non aquę ex igne, niſi ſecundum quid. enti

ergo

ergo particulari dat perfectionem tantus, quantus eum constituit, non quiuis; nec ex his hic homo poterit syllogizare imperfectionem agẽtis; sed passi adhuc perfectibilis in respectu ad communem naturam, sic ẽt non potest argui imperfectio Solis, si oculus noster ab eo non perficitur; sed patitur; sed potentiæ visiuę potius imperfectio, quę non habuit tantam perfectionem, vt recipiat tantum obiectum.

Præterea si concedis, posse recipi à calore perfectionem, ergò omne tale potest recipere; sed aqua non recipit, etenim calefacta redit deinde ad frigus, quo perficiebatur. Sed nihil est hoc: patet enim in via Telec. 40 R.
ea, quæ sunt opera caloris, à quo sunt confecta calore foueri, vt si ab immoderato sunt, ab eo fouentur, si à blando, à blando: quod dicit de aqua, falsum est, & petitur à Tel. qui in 3. lib. cap. 25. probat, aquam perfici à calore, cùm per ipsum fiat magis aqua; nam magis fluida, humida, & mobilis, quæ ad naturam eius attinent etiam per Arist. à frigore verò condensatur, durescit, & immobilitatur, sicq. tandẽ terra, si calor non aduenerit, qui adiuuet. aduertendum est tamen, quòd aqua fouetur à calore remisso, a quo constituta est, non tamen sic ab immoderato; nam partes quędam per eum resoluuntur, tamen quę non resoluũtur, remanent magis aqua: à frigore verò minùs perfectionem suscipit. Redit autem ad pristinam naturam aqua calefacta; quia eius partes non sunt totaliter calefactæ, & tenuefactæ, vt cœlo cùm calore labantur; sed crassitie adhuc detenta in his inferioribus remanet, vbi frigus terræ, quod nunquam deturbandi contrariũ appetitum perdit, cã subit, frigidamq. reddit, calorisq. actiones reprimit, occluditq. vt Telc. in allegatis ait, & in 1. maio. cap. 7. non per se se reducit aqua ad frigus, nam per se generaret contra Aristot. 9. Metaphysi t. 2. nam remissa erat etiam forma substantialis per Auer. 3. cœl. igitur se generaret, vt Niphus probat ibi, q. 1.

Præterea si esset substantia simplex, tunc calori non fieret additio; 41
sed in male digerentibus approximantur stomaco panni calidi. Si valeret ratio, esset etiam contra Perip. qui dicunt calorem esse simplicem qualitatem, & tamen fit additio illi, vt demonstrat Niphus in 8. Metap. q. 8. & 11. non tamen propter hoc dicetur composita; nam non ex materia, & forma, vel ex partibus diuersis additio fit, nec sicut aceruus lapidum; nam vnum fiunt in puncto, & sine diuisionis signo; Petit autem principium, dùm dicit non suscipere magis & minus; nam contrarium probat Tel. 2. mai. c. 27. & infra dicemus. de pannis calidis diximus iam blandum calorem à moderato foueri, & sic sunt calidi panni, vt 1. maio. c. 13. dixit Tele. R.

Prẹterea, quę ab eodem agente fiunt, astruis, esse eiusdem speciei, igitur animæ animalium, dùm per te à calore omnes fiunt, non differunt Mar. 42
specie. Dicendum animalia differre inter se specie logica non physica, R. Th.

quod

quod concederet Aristot. vt boni Perip. volunt, hæc specifica differentia in natura non ponitur nobis; sed omnia, quæ sunt constituta à calore, calida, & eiusdem naturæ ponuntur, differunt verò penes gradus caloris, & vires diuersas, diuersitate item actionum, & materię, & frigoris reagentis, & dispositionis in constitutione, vt elicitur ex Tel. in primo maior. cap. 13. & 16. quæ differentiæ deinde apparent in entibus, & spiritus noster, quia diuersimodè rerũ speciebus mouetur, diuersa hęc diiudicat, diuersisq. donat vocibus, & declarat Tel. in 8. c. 9. & 1. sibiq. effingit genera, & species penes diuersitates, & vnitates, quas in rebus percipit, vt habetur in eodem lib. c. 1. conficitq. sibi scientiam logicalẽ, facilem modum certè indagandi naturas, & operationes rerũ, & super hæc fabricandi sibi nomina, & voces earum.

Mar. 43 Præterea calor, aut est operatio, aut id, è quo ipsa fluit; non primũ, quia esset accidens: non secundum; quia tunc in operando non calefieremus; sed calefimus: ergò idem est operatio, & id à quo ipsa fluit.

R. Th. Sed hoc dictum non magis est contra nos, quàm Perip. ponentes, calorem non esse operationem; sed agentem instrumentariũ, & apud Grecos principalẽ in elementis, nos verò in omnibus. Dicimus ergò, quòd operantes calefimus, quia motus, cùm sit caloris operatio, excitat illum præinexistentem ad agendum, qui operatione propria roboratur, & accenditur; omnia enim entia, etiam Arist. sua operatione oblectantur, & conseruantur, & ita in motu magis accendimur calore, quàm consueuimus, vt Tel. explicat in 1. mai. c. 8. attamen quia calor calefacit efficiẽter, & formaliter, videtur huic homini calor, & agẽs, & operatio; sed malè diiudicauit.

R. quorundam. Marta afferebat responsa quorundam, Telesij sectatorum ad quædã sua argumenta. Qui dicunt terram, ideò non corrumpi, quia Sol continuò circumiens terrã, generat fruges, & plantas, aliaq. in ea entia; quę recedente Sole, conuertuntur à frigore in terram, inque ea, quæ magis sunt terræ similia. Forsan hęc responsio, licet diminuta afferatur, est Telesij in primo minor. cap. 20. & 2. maior. cap. 18 quam etiam à blacteritijs huius scioli tuebimur, licet non satis benè sit allata, pro sui confusione.

Arguit Marta cõtra prædictos primũ argum. Primò ergò Marta arguebat taliter contra prædictam responsionẽ. in hac parte terræ, aut est corruptum frigus, aut non: si sic quandò redit, aut est idem numero, aut idẽ specie, numero, dabitur resurrectio, contra quod sunt physicales rationes, & Aristo. & aliorum, si non; sed in soporem iuit, semetipsum arridet, dùm Arist. deridet. si idem specie, erit frigus adueniens ex terra, ergò genitum ex calore, & cùm omne agens pręsupponat materiam, non poterit esse terra eius materia, quia si sic, tunc fieret calida, dùm fit, & renascitur. nam si omnia fiunt ex calor, & facta sumunt naturam agentis, calida itaque erit, nec illa forma

redit

redit ab eodẽ frigore; quia tnnc idẽ generaret seipsum. Præ. contraria non fierent ad inuicem. Ad hoc dicimus nos, frigus aduenieos idẽ esse specie; non enim possumus imaginari, quomodo idem frigus omninò illud sit, non commixtum cognati frigoris partibus, vel alio pacto diuersificatum; non enim spiritus noster semper ab eisdem frigoris viribus, eodemq. modo in qualibet hyeme, se moueri, sentit. Tamen quia totum frigus occupans totam terram, numero est vnum; consideratur autem à spiritu diuersus secundùm diuersas subiecti partes, quas subit, sicut sanguis Ioannis est vnus numero, tamen sanguis, qui est in eius manu, vel qui ex vena eius nunc effunditur, diuersus dicitur numero; qua propter ex his spiritus logicales differentias effingit, quibus distinguat, & diiudicet. frigus ergò idem numero, quo ad totam terram; sed specie, quoad has partes, quod vi contrarij aufugi jt se amplificando, effundendo, cumq. alijs partibus multiplicando. nõ autem sequitur, Tel. irridere se ipsum, dùm Perip. ridet. nam hoc frigus si corrumpitur, & inde aliud venit, quod non educitur de potentia materię, in qua sopore correptum erat, quod deridet Tel. sed ab alijs partibus, quibus insidebat, & comprimebatur à suo contrario, & modò viribus assumptis in contrarij discessu se se multiplicat hucusque, non se de sopore materię huius educens. falsum etiam putat, frigus oportere à calore generari; non enim ponitur nisi calidorum genitus calor, quæ sunt omnia alia à terra, quorum quædam ab ambientis frigore sunt occupata, & impedita extrinsecè, frigoris autem generans frigus est; vtrunque enim sibi simile generare est potens, & appetens contrarium, & omne genitum generantis sumit naturam. Non etiam est verum, quòd idem se ipsum generare non potest, maximè alterum seipsum specie; etenim quòd hic sit frigus à frigore terræ aduenit certò, quod hic se multiplicauit, generauit, fecitq. in latiori materia; cuilibet enim horum principiorum datum est se generare, dilatareque. Quod ait, contraria non fierent ad inuicem, nihil est; etenim apud Peripate. vnum contrarium per se aliud non generat; sed post se aliud adest se generando, sicut nos dicimus, cũ expellitur, & recedit ab hac mole calor, frigus generatur accidens. R. Th.

Pręterea robur sumitur ex aliquantulo frigore aucto maiori, vel ex toto maiori frigore, modò totum frigus terræ debilitatum est à magna massa caloris, quæ eius maiorem partem corrupit. M. 2 Verùm est, quòd in hac parte est debilitatum frigus, tamen ex altera parte, vbi Sol aberat, est roboratum, multiplicatumque, & incentralibus; sed Sole decedente, statim se diffundit, seque alterum gignit, vt primo min. cap. 31. & 32. Telesius docet. R. Th

Præterea Sol gradiens circundat terram, & nunquam in anno desinit esse per perpendiculariter in media terrę parte, igitur oriens corrumpit mense Augusti, & Aquilonẽ mense Septembris, quòd dum incipit cor- M. 3

rumpere Aquilonem oriens, potest statim recipere vigorem, & per idē frigus vigorari; si esset frigus orientis, quòd ad Aquilonem graderetur, tunc aufugeret, & non corrumperetur. Sed fallitur arguens, licet. n.
R. Th. Sol semper gradiatur perpendiculariter super mediam terræ partem, s. super illam quę veluti media est inter Aequinoctialem, & Tropicos, appellatum Zonam Torridam, eamq. perpendiculariter aspiciat; non tamen graditur super eandem omninò; etenim à puncto verticis parumper renouetur Sol, dùm ab Aequatore ad Tropicum, & èconuersò retrò fertur; & continuo, rapidissimoq. cùm circumuoluatur motu, diuersas continuò terrę partes occupat, vt Tel. explicat, cùmq. hoc Hemisphærium perpendiculariter aspicit prorsus, aliud sequens, si diuidamus in plura Hemisphæria terram, respicit reflexè, leniterque, non tamen negem hanc partem esse magis exustam, exsiccatamq. alijs; nam Telesio, sectus faciens, contradicerem in 4. lib. cap. 3. tantùm verò dicam taliter agere, vt inuerti in aliud, corrupique non possit pars illa; & si hæc pars modò corrumpitur, altera instauratur à frigore. Nec oportet eandem portionem frigoris, quæ erat in Oriente, currere ad Aquilonem, & èconuersò; siquidem ea portio, quæ vicinor erat, ad perimpheriam se se multiplicando elabitur, sique aliam gignit, & caloris opera occupat, eaque, q̄ impressus calor à circũeunte Sole impressus iam constituit, intercipit, vastatque. Nec erit inconueniens, si dicetur frigus aufugere persentiens robustius se contrarium, quo recedente egreditur; vtrunq. enim sensu, & appetitu se multiplicandi gaudet.

M 4 Præterea sit etiam olla aqua plena, semel ebulli ens per digitum deficiet, sumet robur ex sua natura, si ad pristinam redibit frigiditatem, sępius ebulliens à calore semper deficiet, quousque ad nihilum reducatur. Idem de terra dicendum est, si robur sumens ex seipsa oportet deficere aliquantulum ratione præpotentioris agentis, sæpius ipsam corrũ-
R. Th. pentis, ad nihilum ergò reducta sit, uel reducatur citius oportet. Dicendum, quòd secus est de olla, & terra. Aqua enim ollæ ab igne maiori, minoratur, & iuxta posito, nec satis resistitiuam habet naturam, seq. restaurare ex se non potest, cùm sit ens etiam à calore constitutum, illumque radicaliter continens; sed non ambiente extraneo sit robur eius, quo contrarium calorem suo puta excellentem, expugnet, semperq. ignit in easdem partes agit, minùs quæ sunt repugnantes, & tamen oportet magnum temporis interuallum fieri, vt tantula aqua corrumpatur in vapores. quid ergò verendum est, nè terra corrumpatur, cuius contrariũ Sol est tantùm robustioribus viribus donatum; nam aliæ cœli partes multò exilioribus sunt præditæ, quàm terra, est etiam remotissimus Sol, & vires eius, quòd per lucem terram tetigerint, debilitantur, & nunquã in easdem agit partes; sed in hanc modò superficiem, modò in illam, & in aquas, & alia opera à viribus exilibus constituta; sed frigore obtecta?

item si hic modò immutatur, ex altera parte proprio, & non ambientis; sed radicali frigore reficitur? insuper frigidissima existens frigus concentratum obtinet, duritieq; sua, & crassi valdè contrarij actionibus repugnat, magnaq. mole constituta est; vt non dubium cadat vllum, eā posse omninò corrumpi. Tales quippe terminos posuit Deus, ait Tele. tantaq. ea facienda placuit, taliq; ratione, vt nec mutuò vtraque, nec ab altero corrumpatur alterum; sed vtrunque in propria seruari posset natura, & ea, quæ assiduè a Sole è terra fieri videntur entia, fieri possent.

Præterea Sol perpendiculariter in zenit corrumpit terram magis, & generat entia per te; sed tùnc cùm Sol maximè viget, nihil generatur, immò omnia corrumpuntur, & terra nihil producit tunc, aridissima cùm sit facta, nec etiam seminata generantur. Dicendum, quòd Sol generat entia, cæterùm cum agit directè, perq. zenit, præpotentissimus emittitur ad terram calor, & tunc generat entia subtilissima, & tenuissima in q. cœli partes inuertit (ideò enim agit Sol, vt terram in sui conuertat molem) operaque, quæ ipse perblandus, ac frigore impeditus, moderatis viribus effecerat, corrumpit partes minùs renitentes attenuans, educesque ad cœlum, vt patet in tempore æstiuo: etenim tunc robustus aduenit in partibus directè oppositis, & partes absque longiori mora subtiliatas à se, trahit. Ipsa verò terra nocturno frigore à centro se effunden te, vt potest instauratur, deinde pugnans crassitie, & duritie renitur plurimum, nè à contrario pereat. idcircò autem corrumpuntur: etenim opera hęc, quæ iuxta terram calori constituuntur, sunt perblando, exilique calore, & veluti occupato donata, vt herbæ fruges, aquæ, & similia, & à robustiori calore pereunt potente tenuitatem educere cum calore eorum constitutiuo; in vaporemq. actam eleuare, partes grossiores hic relinquendo, & ideò etiam terræ superficies arefit, vt nihil horū, quæ calor conficere solet languidus, producere queat; sed omnia tunc maturescunt à calore frigus comprimente, & partes vaporosas educente, & tandem detecta eorum duritie, dùm spoliantur partibus subtilioribus durescunt. Et in his terræ partibus, quæ magis soli sunt opposite, magis ipsa fiunt, & promptiùs in maritimis, quàm syluestribus, & in montanis, quàm in imis, excipientibus tamen obliquam, & languidiorem lucem; nam in vallibus, planis, & amplioribus, in quibus lux congregatur, tales effectus satis bene cernuntur, vt elici potest ex 4. lib. Tele. cap. 9. & seq. & ideò etiam quę seminantur; quia calor partes tenuiores educens exsiccat illas partes consistentes ineptæ redduntur ad germinandum; opus enim habent calore blando ad hunc effectum. Semper ergò calor gignit, nunc tenuia, nunc crassa, secundùm quod diuersas actiones promit, diuersis viribus agens in partes diuersas, diuersimodè reactus, vt diuersis in cap. explicat Telesius.

M. 5

R. Th.

N 2 Præ-

M.6 Præterea si Sol generaret, tunc cùm terra esset facta frigidissima nihil proferret. cuius videmus oppositum, & homines à natura instructi se-
R.Rh. minant,& quantò plus frigescimus,tantò sunt meliora. Dicimus Solē magis generare nostra entia tempore,quo obliquè terram nostram aspicit,qui perblandus est,& perbellè constituit, siquidem tunc non potest eleuare partes tenuiores; sed intus remanens ipse calefaciens eo concinnat modò:quò in plura concrescant entia impressusque,& inditus,qui fuit calor à præpotente Sole,dùm varia producit ab obliqua luce fouetur,& à seipso paulatim dilatatur. & ideò nos seminamus talibus temporibus fruges,tunc siquidem ab exili calore, qui est in aqua, vel terræ partibus impressus penetrante,ac abditum quærente, emollenteque, & in sui subiectum,vt potest, effingente,veluti tumescunt semina, germinantque, & producunt à calore occluso,spiritum in generante, qui vegetet,nutriatque,& alia opera exerceat plantæ,sic etiam fiunt animalia parua,& multa insecta in aqua,& multi pili,& fila fiunt animalia; calor enim blandus illa emolliens subit, ingeneraturque spiritus ab eo paruulus,qui occlusus concinnatum filum in animal complet,datque vitam, & hoc magis fit in aquis pluuialibus è cœlo calidis magis cadentibus. Sed hæc opera cum fortissimo intercipiuntur frigore, corrumpuntur, & in terram conuertuntur quodammodo semina; vt pluribus contingit annis,quando frigus aquas gelat,arefacit herbas, & plantas, interimitque animalia, etiam magna. Non tamen est verum,quantò plùs frigescimus,tantò meliora esse semina. videtur autem nobis sic, qui calidiores sumus aquis,& plantis,& non sentimus calorem moderatū eorum maximè cùm sit obtectus frigore ambientis : frigus autem gignit hæc entia per accidens, quatenus moderatum calorem reddit, & concentrat in his entibus,quibus inest,qui sic actus facilius gignit, cum elabi non possit : sed si frigus sit forte valdè, tunc corrumpet omninò,
M.7 vt diximus.

Præterea Sol in Cancro corrumpit totam istam superficiem,quomodo frigus corruptum reaget in calorem: si esset frigus alterius terræ partis huc currentis,tunc Sol perpendiculariter in illa,& eius calor corrūperet sine reactione,& sic inueniens terram sine eius natura,illicò id fa-
R.Th. ceret. Dicendum, quòd Sol existens in Cancro,hanc terræ superficiē exurit, ex eoq. quòd fortissimis viribus agit, propellit frigus superficiei, & ad interiora retrudit, retunditque, & debilitat, & ex hoc aquæ scaturientes frigidiores tunc apparent:frigus autem è contra resistit,& terræ crassities,& entia terræ magis cognata,vt ligna, lapides, & similia renituntur, ita quòd tenuiores tantùm partes resoluit, euehitque sursum. Semper ergò reagit,ac resistit frigus, hocque calore abeunte, repentè se diffundit ad superficiem,à qua expulsum modò,deindè reuertitur, reagitque in contrarium, nè ad ima vsque profugum expellatur, ac illuc vsque

vsque penetret calor, ita quòd nunquam inuenit terræ plagas sine contrario, & contrarij dispositionibus renitentibus alterum contrarium. Semper itaque permanent continuis in odijs, exercentq; bella, & imminuuntur, debilitanturq. quò ad vsque rerum motus perdurabit. falsò ergo processit Marta.

Præterea frigus per te est solùm principium patiens, danda itaque erat sibi causa, vnde sumet robur in illa parte terræ calefacta, & corrupta; nam si ab eodem, ergò non solùm patiens, sed agens principiũ erit. Mar. 8
Stolidus pęnè, nec Telęsij verba audire, nè dicam perpendere videtur in hac ratione: Putat enim Telesio non poni principium actiuum frigus: R. Th.
quod falsum, ac erroneum est in via nostra. Semper quippè Telesi. duo principia posuit actiua, sed calorem robustiori vi donauit, vt patet in 1. maio. cap. 1. 2. 3. 4. & 5. & per totum, & totum minorem commentarium, prædicat vtrunque datum facultate agendi, se se multiplicandi, generandique. Sed Marta nil intellexit Tele. vel ignarus, quid dicat, talem propalauit sermonem. Sed agè, quid effutiat, examinemus.

Credit Philosophaster hic, se adducere Telesium defendentẽ in c. 54. primi libri, calorem esse substantiam ab ea ratione. Quia licet videatur, adesse, & abesse præter subiecti corruptionem, tamẽ absens sit diuturnior, & robustior, & si reijcitur calor à robustiore, si nihil immutat, ad quæ accessit, & à quibus recessit, non propterea videatur subire vicem accidentis, sed perpetuò est substantia: qua constituitur ignis etiã ipsi, in quibus verbis, nescit, quid dicat, ne dùm Telesius, sed nec ipsemet, Tele. enim in cap. 54. à Marta citato, non probat, calorem non esse accidens, nec argumento respondet, vt huic videtur. Sed ibi per totum cap. adducit rationes Perip. quibus possent probare, calorem, & frigus non esse substantias, & suas ibi rationes ad probandum contrarium nõ profert, vt hic homo incapax non percępit: deindè verò in sequentibus capitibus probat, etiam de intentione præstantiorum Perip. hæc ęsse substantias, & in remotioribus cap. respondet, satisfacitq. argumentis, positis in 54. idem facit in 2. maio. cap. apponens rationes aduersariorum, & in his, quæ sequuntur, satisfacit. Nec ad primum argumentum. s. calor adest, & abest pręter subiecti corruptionem, ergo est accidens; non hac satisfecit responsione; quam philosophaster, eam, quæ est Telesij non intelligens, commentus est, sed hac, quam accepimus à cap. 56. & à 2. maio. cap. 21. vbi inquit, quòd calorem ad hoc, quòd agat in passum, & destruat, inq. aliud ens inuertens, nouum generet, oportet, esse præ potentiorem passo, & determinato tempore in illud agere, priùs disponendo, & vltimo formam, quę inest propellendo, seque ipso postremò, vt molem informet, propriamque indat naturam & vim; & ideò si calor, & frigus recedunt ab eo, quod subeunt, ente, vtpotè à pollentiori forma inexistẽte, reiecta, vel ab extrinseco remota, aut breuiùs, quàm opus

sit,

sit, operata, non idcircò accidentia sunt diiudicanda; cum substantiæ, & hoc facere, ipsæ appareant. Nam idem Perip. dicendum est, si petatur ab eis qui ponunt, calorem esse substantiam, vel organum quo substantia ag t in passum (altera enim adhuc non versatur sententia inter eos) cur calor, si est substantia, ad quæ accedit, non corrumpit, vel si est instrumentum substantiæ præinexistentē formam non deturbat, & propriam, cuius ipse est organum directum à cognata, non educit de potētia materię (omne enim agens, vt simile gignat, passumq. simile faciat, etiam Arist. agit) respondent, quia in existentem formam robore non exuperauit, vt deturbare possit, vel non tandiù egit, quandiù, vt expellat illam, aliamq. ed cat, agi opus erat. non aliud possunt allegare, ait Tele. & id nos dicimus pro nobis: quòd absit cum subiecti corruptione, patet etiam apud Arist. 4. metaph. dicentem, entia corrumpi, cùm constitutiuus calor internus educitur ab externo, trahēte humidum, cui inerat. Et ideò philosophaster arguens, quòd attulit à Tel. nil dicit, cùm illa nō fuerit intentio eius. & etiam multa falsa assumit; & primùm putat concentrationem esse quamlibet absentiam, tùm quia putat, omnem concentrationem roborare; quod non in cunctis concedit Tele. ipse enim in lib. 5. c. 29. & 8. c. 31. vult, spiritum propria compressione, ac concentratione corrumpi, & extingui. Miror quidem iuditium falsum huius hominis, & parum intueri, inspicereq. entia eum intueor.

Post hæc volens, defendere dictum Ammonij in prædi. volentis, calorem febrilem etiam esse substantiam, quia dùm adest corrumpit, dicit hic homo, non esse de intentione eius, calorem esse accidens, vt Tel. imponit ei, sed distinguendum putat de febri. Alius enim est calor, ait, febrilis, qui non corrumpit, sed tantùm alterat; & hic est accidens. Alius verò corrumpens, & inducens mortem febricitanti, & hic non est accidēns, sed substantiæ mutatio, quę appellatur mors, & interitus, vel corruptio. Falsitas inaudite est hæc, licet videatur Ammonij in cap de accidente, vt vidimus, & sic intellecta talis est, vt nec somniare possimus. Ideò arguamus in eum. magis conuenit calor febrilis corrumpens, cū calore febrili, non corrumpente, cùm sint eiusdem modi febres vtrique, quàm corrumpens cum calore natiuo: sed non differt specie à natiuo; nam, vt habet Arist. 2. de an. t. 41. calor animalis, & ignis differunt penes magis, & minùs, quod apud Perip. non variat speciem, s. penes magis, & minùs moderatum, & immoderatum. Item dicunt medici, & maximè Hyppo. calor febrilis est natiuus, mutatus in igneum, accensus. s. & roboratus plùs satis; ergò multò minùs differet à febre, non corrumpente: quia extremum plùs conuenit medio, quàm suo extremo, sed calor non corrumpens, febril s. s. est medius inter natiuum, & corrumpentem, nō ergò differe it specie hi duo calores, cùm variatio magis, & minùs non variet speciem, quomodo ergò tu ponis, hunc esse accidens, hunc verò substan-

R. M. ad dictum Am.

Tho. arguit contra resp. arg. 1.

substantię mutationem, seu corruptionem. Item corruptio est motus, & calor forma est, quomodo forma potest, esse motus? non enim anima est animatio, nec albedo albificatio; igitur nec calor calefactio, multoque minùs erit corruptio, vt ponis; hæc enim sequitur calefactionē, tanquam eius opus. 2

Præterea arguo ex verbis tuis te, qui supra in vltimo argumento contra Tel. & verè sic est, habes pro inconuenienti, vt idem sit agens, & sua actio, operans, & sua operatio, ergò calor corrumpens, non poterit, esse corruptio, quæ est operatio operationis suæ. s. vehementis calefactionis Possent dicere, quòd motus potest sumi pro fluxu, & hic non est calor, aliter esset operatio, vt probatum est, alio modo pro forma fluente, quæ tendit ad corruptionem. Sed nil valet, etenim, vel apud eum corruptio, & generatio fiunt in instanti, & sic vel non dabitur forma fluēs, nisi prauię dispositiones, quæ sunt accidentia, & sic non differet calor hic ab eo, qui non corrumpit, cùm ambo sint accidentia; vel erit forma substantialis, quam habet subiectum, dùm est in motu, & non quiescit in ea, quam cōmentatus est Suessanus, & hæc neque potest esse, quia stā dum erat in primo, & dicendum, calorem esse substantiam, vt nunc fateris. si dicis, quòd corruptio substantiæ, fit per diminutionem partis, post partem, quia apud te formæ intenduntur, & remittuntur: hoc nō solùm est contra omnes, quasi optimos Perip. sed etiam non potes, velle; tùm quia contrarium sustines inferius contra Tel. circa finem primæ disp. tùm quia operans erit sua operatio, quod supra noluisti. Item, quia motus suscipit speciem à termino; si ergò calor erit corruptio substantię, erit substantia. 3 4

Præterea principaliter magis, & minùs sunt eiusdem generis, vt ęquale etiam, & inæquale, per Auer. 2. de Gen. t. cō. 37. modò calor corrumpens, & non corrumpens differunt penes magis, & minùs intensum; nō ergò sunt ponendi in diuersis generibus, hic in genere qualitatis, & hic substantiæ, si pro forma fluente, vel passionis, actionisve, profluxu, si corruptio qui est motus, vt elicitur ex 3. Phy. c. 4. ab Auer. & Perip. 5

Præterea ad motum non est motus, vt 5. Phy. dicitur, sed ad calorem est per se motus, vt dicitur in 7. Physico. tex. 11. Ergò calor non poterit, dici corruptio, quę est motus. Claudat ergò hic homo os, nam putans pro Peripatetic. pugnare, quæcunque verba profert, contra suos profert. 6

Mouet quæstionem de accidente volens, se logicum demonstrare. Vtrùm omne accidens adsit, absitq. præter subiecti corruptionem, in qua multos sermones se inuicem contradicentes, & falsos propalauit. quos minùs reprobare deberem, cùm non attingant Telesij doctrinam, tamen vt eius inconstantia pateat aperiantur, reprobenturq. Et primò quidem per adesse, & abesse intelligit realem præsentiam, & absentiam,

tiam accidentis, quam nemo fortè Perip. somniauit, videntes mala, quibus excipiuntur ex hac expositione; non enim hoc dixit Auer. nec Gai. nec Suess. in 3. disp. super 7. Met. respondens ad quartum, D. Thom. in opusc. 48. c. 8. Scotus in vniuersalibus quæst. de accidente, & ferè omnes alij. Item non potens saluare mortem, & combustionem esse accidens, cùm corrumpant præsentia subiectum, respondet, subiectum eorum esse materiam primam incorruptibilem apud Aristo. 1. Physic. & huic accidunt mors, & combustio. Sed falsum est; etenim Auer. 2. de an. t. c. 4. vult subiectum accidentis esse corporeum, & ens in actu, vt ibi Suess. ex-
39 plicat, & Zim. in fol. 4. contradic. modò materia prima non est ens in actu, & corpus, nec potest palliari hoc dictum, vt Zim. ibi declarat.

Præterea mors, & combustio accidunt composito, & non materiæ: nihil enim moritur, aut corrumpitur, nisi quod fuit genitum, & factũ, modò omne tale est compositum, hoc enim per se est terminus generationis, vt habetur 7. met. t. 27. deinde se retractat dicens, subiectum esse compositum, aliter omnis forma substantialis esset accidens, cùm adsit, & absit præter materiæ primæ corruptelam. Postremò dubitans, & in solutione videns, non posse sustinere, quod dixerat, more puerorum solutionem dat communem. s. de absentia, & præsentia prædicationis. nec animaduertens, intermiscet reales, quid inferat, ignorans. Nec videns, in aduentu mortis, & combustionis subiectum corrumpi, dixit, quodcunq. adueniat materiale accidens, vel decedat, semper subiectum esse in natura, nec ideò corrumpi. vt non modò hebes ingenio, sed puer videatur.

Pertractans sciolus, vndè causatur accidens, multa dicit, quæ potiùs sunt logicalia, quàm philosophica. Ex hoc transgreditur ad demonstrandum, quomodo causatur calor ex re, seù materia frigida: & dicit, illum educi de potentia materiæ virtute agentis. Res sanè in via Tel. non imaginabilis, non capi potest imaginatione, quomodò in quolibet materiæ puncto sit potentialiter quælibet forma, & maximè contraria, quamq. appetit materia, è sinu suo educere eam, & quomodo priuatio, quæ est non ens, sit causa appetitus alius formæ ab ea, quæ est in materia, & cõsequenter generationis, corruptionisq. (hac enim causa Perip. negant, materiam, & priuationem esse in cœlo); & quo pacto forma, quæ regnat, permittat materiæ talem appetitum, & formam educi, quæ est suæ corruptionis causa; sed de hac re infrà magis dicetur. Sed pro nunc dicimus, tàm formam, quàm ea, quæ formam consequuntur, ab agente se alterum generante, amplificanteque, vt à calore, moli, vbi erat frigus, indi, & contrariam formam, accidentiaq. deturbari; posse verò hoc faciẽdi, negamus, esse in alio, nisi in agente robustiore passo, & molem ipsam omni vi exuimus, & repugnate agenti non ex se, sed respectu contrariæ ipsi adscribimus. ideò tanquàm proximè sentientes, damnamus ponen-

ponentes inchoationes formarum contrariarum simul in materia, vimq. coagendi.

Explicans diffinitionem caloris, positam 2 de gene.t.8 multa dicit, quæ non sunt propria, si qua sunt bona, sed Mazonij; & Archangeli Mercen. in dilucidatione illius diffinitionis, quasi de verbo ad verbum sunt ea, quæ sequuntur. Cæterùm hæc diffinitio non est admittenda in via Tel. cùm dicitur. calor est, qui congregat homogenea, & disgregat ætherogenea. Nam calor congregat, & condensat per accidens, quatenus tenuitatem educit, separatque: quod non est aliud, nisi disgregatio, & hoc manifestum est, tàm in homogeneis, quàm ętherogeneis: semper siquidem calor agit in molem alienam, vt eam suam faciat attenuando, & reliquas, quæ propriç qualitates sunt, imprimendo: attenuatio autem apud omnes est rarefactio, & consequenter congregatio; per accidens tamen congregat. Vbi notandum ex 1.maio.cap.13. quòd calor robustis agens viribus molem, quã occupat, si est benè ęquè disposita, vt non crassa, breui, ac benè eam dissoluit, inq. lentorem, fluerem, & cæteros gradus positos in cap.10. denique in vapores agit citò; quia verò non semper immò raro talis æqua reperitur moles, partes citò cõuertibiles, & minùs crassas statim attenuat satis, cumq. illis ad supera elabitur: & crassitie detegit, dùm subtilioribus partibus eam spoliat, quibus commixta latebat, vt dicitur in 1.mai. cap.7. & Albertus etiam cognouit 2.de gene.tract.1. cap.5. & hac de causa videtur his, condensare, ac congregare calor, quia densam crassitiem detegit, quod cùm sit per accidens, minimè in diffinitione caloris, quæ apud illos non fit, nisi ex his, quæ per se, debebat comprehendi, vel hic homo non debebat, eam diffinitionem appellare. Cùm autem moles à calore remisso occupatur, cùm is multum temporis consumat, vt subiectum proprium illam omninò faciat, perblandè priùs disponit materiam, illam emolliens, in lentorem ducens, fluores, ac viscositatem, cùmq. moles cuiuscunq. rei sit sic concinnata, quodammodò congregatur, vt apparet in cibo cõcocto in ventriculo: quia verò non est tanti vigoris hic calor, vt possit, in vltimum gradum deducere molem, putà in vapores, nisi quasdam minimas partes, & paulatim, vel nihil in his, quæ vniformiter sunt compacta, aut certò insensibiles ex auro, vt habet Tel. in 21.cap 1.maio. & ideò apparet, congregare homogenea iuxtà Peripa. modò res emollitę, fluidęq. factę, at non dùm prorsus superatę, facilè copulantur, & congregantur, & dùm partes subtiliores eleuantur, hęres terræ strificantur, maximè verò cùm à calore blando, non citò eleuante vapores, vniformiter pernotentur, & vniformiter emolliuntur, copiosiore facto non celiter, & plures, uel omnes subtiles eleuando, & quæ priùs in seipsis distanter compressæ erant, fluidę factę, adunantur; hac de causa ergò calor dicitur, vel apparet congregare, maximèq. qui est in nostris entibus, & a:

malium corporibus aptus est, ad hoc faciendum. Quas ob res malefecit hic homo putans, hanc esse caloris diffinitionem, cùm sit proprietas competens ei per accidens potiùs, quàm per se, non enim congregat, vt calor, sed vt moderatus, non vt intendens illam, sed tenuitatem summam, hanc verò secundariò, vt dispositiuam ad illam, & indurat nō per se, sed quatenùs separat, disgregatq. purum subtile à crassa. Frigus autem per se congregat, compingit, & indurat; sed quandoque per accidens disgregat, dùm plures partes, quæ non benè, sed quodammodò sunt vnitę, illas compingendo, disgregat, distareq. facit secundū extrema, vel cùm comprimendo exalat calor, quo cum eleuantur partes, subtiles aliquę & à crassis disgregantur. vt patet in aqua feruenti, fortissimo intercepta frigore.

Distinguit hinc triplicem calorem, quorum quisque ab altero specie differens sibi apparet, alius enim elementaris est, inquit, cuius propriū est, resoluere, sicut instrumentum, & corrumpere. Alius est animalis, qui ab anima viuificus est, alius cœlestis, quē spiritum appellat, in quo sunt huiusmodi calores. Res sanè, quā nullo probat modo, nedùm nobis, sed etiam Perip. incondecens, & dissonans. Omnes quippè calores, cuiuscunque videatur diuersitatis, à Sole emanare videmus, accendit. n. ignem in his inferioribus, ingenerat spiritum in animalibus, & ignis generatur non alienæ naturę ab hoc nostro à Sole, vt cùm lux eius in speculis vel corporibus benè transpicuis conglobatur, vt in phiala plena aqua apparet, ex cuius altera parte opposita, ad quam penetrans cōglobatum lumen dirigitur, si apponas escam, accenditur, nec motu id fieri potest. vt Perip. putarunt, sed lumine naturaq. Solis, vt probat Tele. in 4. lib. cap. 7. & seq. non autem potest semper accendere, vt hic ignis noster semper, Sol, quia remotissimus est, & in eandem partem non semper agit. cur ergò debent, poni alienę naturę? Dicunt cum Auer. in de sub. or. cap. 2 & 12. met. t. c. 18. quia calor ignis est destructiuus, & sine
7. lib. cap. 21. arte agens, cœlestis verò generatiuus similis artifici, sed inquit Telesi. hoc ideò est quia ignis, cùm sit vicinus, vrit, & plurimam tenuitatem, ac spiritum ingenerat, suoq. robore, & præpotentibus viribus, attenuantibus exitum patefacit, elabiq. eum sinit; quod cùm faciat etiam Sol, vt patet in æstate, non est inspiciendum. at ignis, vbi perblandus fit calor eius, ac modificatus per distantiam à re generabili, non minus Sole spiritum ingenerat, & animalia constituit, vt probatur 1. mino. cap. 16. & 2. maior. cap. 25. & 7. cap. 20. vbi patet, animalia plura gigni ab igni, dùm calor eius perblandus redditur, nam spiritum ingenerat, & exitum ei nil patefacit, sicq. animal remanet constitutum, vt patefit in seminibus vermium, sericum conficientium, & in ouis. & multoties videmus in nostro igne formicas genitas, tantùm tamen ab igne distantes, quantùm non possint attingi ab immoderato calore, nonnè in his similis est

arti,

arti, & generat? Et quidam philosophus volebat facere, vt in anno bis fiat sericum, si igni apponantur semina vermium in mense Septembris, sed paulò distantius; vbi calor non minùs artifex est, quàm solaris. Tel. etiam ait, pyraustas gigni in fornacibus cyprijs, vbi præpotens est etiam calor: multaq; insecta in locis benè blandèque calidis, quæ erant demortua, viuificari. infirma ergò ratio est illa Auer. Non certè gignit in his inferioribus Solis calor nostra entia, nisi in locis, quæ perblandè calefacit. non autem si immoderatè, vt in æstate experimur. quando aliquantulò magis appropinquat nobis, sed si vsque ad mediam regionē aeris Sol laberetur, omnia animalia profectò destrueret: quod non inspexerunt Perip. & ideò alterius naturę posuerunt. & Marsicinus super Timæum in cap. 24 & super 2. Enead. Plotini cap. 6. cum reliquis Platonicis magis est incusandus, qui cognoscens cœlum, & Solem igneū esse, quia tamen non vrit posuit, esse alterum ignem à nostro in Sole: non. n. differentia est, nisi quò ad materiam sic, vel sic dispositam inter hos tres calores, non specifica. Calor autem animæ, cùm sit à Sole in via nostra, & ab elemento ignis apud Perip. minimè à Marta alterius speciei ponendus erat. Arist. enim 2. de an. t. 41. dicit, calorem animæ esse igneum ab ea modificatum: siquidem omnium natura constantium terminus, & ratio est magnitudinis, & augmenti, cùm ergò ignis, ait, comburat in infinitum sine termino, ibi nō erit intensus, & agens ex se, sed remissus, & modificatus, agens, vt instrumentum animæ. Hoc idem explicatius vult Auer. in commento, afferens causam, & ferè omnes expositores: cū ergò magis, & minùs moderatum, & minùs immoderatum non variet speciem, ad quid variatio huius Martæ.

Prętcrea calor, qui est in elementatis, non est nisi ab igne apud Peripate. quia hæc ex eo, & alijs elementis constituuntur; ergò etiam calor animalis. Idem vult magnus Alb. in eo lib. tract. 2. cap.

Pręterea ex ignatum nutriuntur, inquit Auer. prædicto com. quę habent ignem, sed animalia sunt huiusmodi. Item 2. met. t. 4. dicitur, quòd ignis est causa vniuersalis caloris in omnibus his inferioribus, & omnia calida sunt ad ipsum reducenda: nec potest dicere, quòd iste calor cęlestis, nam posuit cum Marta alterius speciei, & nunc sic dicens, fateretur cōtrarium eius, quod affirmauit.

Præterea patuit, nulla ratione calorem cœlestem posse, poni alterius speciei, ergò nec animalis ab igne.

Pręterea frustra fit per plura, quod potest per pauciora, si ergò igneus calor, modificatus in corpore animalis, nutrit, & viuificat, ad quid multiplicatio specierum? Sed quòd calor non sit organicum, & instrumentū, sed per se agens, & eiusdem naturæ in omnibus, recurrendum est ad Teleti. & nos infra plura dicemus. Marta volens soluere rationem procedē tem ex Arist. in 2. de an. concedit, esse eiusdem naturæ cum animali ca-

lore calorem ignis,sed non numero,quod quidem nos etiam volumus, nam penes subiecta formę differunt numero,& ipse, qui proposuit de diuersitate specifica,nesciuit,defendere illam. Quod adducit ex Auer. de calore artis diximus supra,esse etiam nostrum,tàm calor enim ignis, quàm Solis similis est artifici in re,ad quam moderatus aduenit. Sed calor cùm magis moderatus adueniat propter distantiam, magis artifici assimilandus est;& ideò dixit Marf.Fic.cap.25.super Timæum. neque negent,cœlum esse calidum,sed potiùs esse vrens.& hoc,vt diximus, nō vrere.f.distantia facit.Et cùm dicit,se posse dicere,calorem, ab arte prouenientem aliqua,esse alienę naturę ab elementari,& solari,consequenter;verùm est; apud enim hos philosophastros omnia,quæ sensui,& veritati repugnant,possunt substineri verbis, sed non sic apud peritos,& interius speculantes,qui rationes audiunt,& perpendunt,& ideò Tele. dicit,omnem calorem esse igneum,& per consequens solarem,& qui fit ab arte per motum,& contritionem,esse preinexistentem veluti excitū, & accensum.Nec propterea igneum non debet, videri cœlum, q.a ignis mouetur recto,& cœlum circulari motu. Cœlum enim cùm sit summè oppositus terræ,quę est summè immobilis, summè per se mobilis est ; & quia non potest,semper moueri in rectum, nam finito termino, qui est proprius motui rectó,quiesceret, ideò oportet, moueri circulariter in opposito situ ad terram,hęc est respōsio Marf.Fic.loco allegato, qui subiungit, motus eius rectus sursum, potius est reditus ad naturam, quàm, secundùm naturam, etenim si hic esset pars cœli, etiam rediret sursum,motus autem eius circularis est secundùm naturam,sicut quies terrę est secundùm naturam ; & motus eius deorsum, si poneretur in aere,esset reditus ad naturam.Ab hac responsione nihil dissentit Telesi. vt alibi dicemus. Nec valet,quod dicunt moueri ignem raptum à cócauo Lunę per circuitum. etenim quod rapitur,vim patitur ét apud Peripat.& illud non est durabile,cuius contrarium videmus in igne, potius enim seruatur,& ipsi fatentur.

Adducit Marta Telesium ratiocinantem hęc principia,Solem,& terram esse ęterna,quia licet mutuò se deturbent, detrudantq. à proprijs subiectis calor,& frigus,tamen ea agunt ratione, vt ad interitum vsque penitùs agantur,& hoc vult,dici in cap.37.quod falsum est, nisi sic error impressoris,quod non credo, nam repetit idem cap. cùm Telesium secundò affert. dicit hęc Tel.& alia in cap.31.nec omnia,quę ab hoc homine adducuntur,ibi,& sic sunt à Tele. probata. Nesciens autem quid impugnet, incusat Tele. quòd appellauerit hęc principia æterna more Aristo. & cùm sit christianus,non declarauit, quomodo intendat hanc æternitatem.Mirum quidem studium huius hominis in contradicẽdo sine consideratione apparet. etenim non longè abest locus,ubi Tel.hoc enuntiat:si enim caput 30.quod hoc immediatè pręcedit,inspexisset,in

fine

fine scriptum perlegisset, cœlum, terramq. in principio constituta esse, effectaq. à Deo Op. Max. & in 2 lib. min. cap. 57. & 59. manifestat Telesi. Deum ex nihilo in principio temporis hęc creasse. idem innuit lib. 1. mai. cap. 1. 5. 9. 10. & 11 & in 4. lib. cap. 28 & 29 probat contra Aristo. mundum de nouo factum, ac de futurū in nouissimo die, eo pacto, quo Ecclesiæ Sacrosanctæ statutum, sancitumq. est. Nota tamen, quòd Tel. vocauit æterna hęc principia, quia semper fuerunt à sui creatione, & erunt taliter, quòd vnum non potest alterum corrumpere prorsus; non autem sumpsit æternitatem propriè, quæ Deo competit modo Theologico, sed similitudinariè: etenim tempus, ait Plato in Timæo, simulacrū est æternitatis, itaque quæ sunt, fuerunt, & durabunt vsque ad diem iudicij possunt, dici similitudinariè ęterna; cùm ergò cœlum, & terra, calor, & frigus permanserunt, & vsque permanebunt, quid mirū, si Telesi. appellat ea ęterna? nonnè ait Salomon. terra autem in æternum stat? & Dauid de his loquendo, inquit. statuit ea in ęternum, & in sęculum sæculi. taceat ergò hic homo, frenetesq. contra Tel. frenet; nihil enim erroris in eo depręhendere, ipse potest.

Non valens, aciem ingenij figere his, quæ Telesius docet, hic homo in varios truditur errores &, vt hinc exordiamur; errat, dùm, quæ Tele. propalauit in seq. cap. 32. dicit, esse dicta in eodem capite, quod supra adduxit; & indè dicta eiusdem nihil perpendens, vult Tele. in eo cap. respondere argumento: & hoc argumentum, cui respondet, nullibi apparet. Maximè verò aberrat, nam non respondet tunc Tele. sed arguit contra Perip. qui asseuerant, formas omnes, quantumuis diuersas, esse in eodem puncto materię in potentia, veluti stertentes, & soporatas, hincque excitari, & expergefieri propter appetitum materiæ obtentum à priuatione, ac diuersa entia successiuè constitui, gigniq. sola enim potentia materiæ sufficit ad hoc, quòd corrumpatur hęc forma, & aliā suscipiat, volunt; & ideò cœlo materiam abnegant talem. & postquàm uariè hanc sententiam incusauit Tel. dicit, nusquam posse, esse tales formas in potentia materiæ: nam forma, quæ molem occupauit, nō patitur quoquo modo, potentiam materię esse causam suæ destructionis, detinendo formam contrariam, quæ sit aduersum eam expergefienda, extinguetque appetitum materiæ, cùm ipsa regnet in ea, & delitescentes formas exitio donat. & ad hoc patefaciendum, exemplificat de calore in illo cap. circa medium. Caliditas enim ait, quæ aquæ, vel terrę frigiditatem vigentem in illa, & actu existentem deturbauit, interemitq. nequaquam in materia, quam penitùs occupauit, & in qua viget ipsa, regnatque, vel potētia, vel alio quouis modo esse volet, vel vllo viuere pacto, nec repugnare potentem, nullas nec subire latebras, in quibus à caliditate omnia penitus permeante, occupanteque non depręhendatur, ac depręhensa non exitio detur. in quibus verbis vult dicere, quòd hic calor, qui occupat

hanc

hanc molis partem, vel aquæ, vel terræ, & proprium penitus subiectum facit, ac inexistentem formam, putà frigiditatem deturbauit, regnatq. in materia occupata, vt in ignem acta, non permittet frigiditatem, & cõtrarium, quod ipse expulsit, esse in materia, quam ipse occupauit, nec potentia, nec alio pacto, vt inchoatiuè, quod nonnulli Peripa. dicunt, maximè autem hoc facere potest, ne illa sit in materia, quia illa.s.frigiditas expulsa, non potest resistere, ac repugnare ei, cùm sit victa, ac superata nè penitùs expellatur quò ad omnes radices: nec potest, se occultare in potentia materiæ, vel in aliqua eius parte, & latebra; nam calor totam permeat materiam, quam conuersit in ignem, latebrasq. subit, deprehendensq. frigus extinguit. hęc Tel. in allegato cap. & addit huic sententiæ in 2. maio. cap. I. at, vt hoc non possit, facere forma exuperans, cù quam certè ipsa à profligata, omniq. agendi vi exuta patietur. i. & vt forma exuperans. s. calor, qui superauit frigus, & occupauit talem molem, non patietur, nec sinet se impediri à forma profligata. s. frigore, qđ tunc superatum, & exutum omni vi agendi, nè faciat hoc. s. permeet totã materiam, ac omninò deturbet frigus, nec permittat, esse in potentia, & appetitu materiæ. & verum quidem est, nam frigus superatum, quo modo calorem ignis in concaua cœli potest impedire, ne faciat ita? Ast horum dictorum nihil penitus intellexit Marta. Nam cùm dicit Telesi. calorem non permittere, frigus esse in materia, quam ipse occupauit, exposuit, quòd frigore reiecto, postquam occupauit molem illius calor, nõ vult, esse ipsé calor in illa mole: & ideò ea, quę sequuntur pessimè percepit. & illud dictum 2. maio. cap. I. at, vt hoc non possit forma exuperans, &c. intelligit, cùm non possit hoc facere forma exuperans: quòd erroneum est valdè, ac veri sensus penitùs contradictorium, cùm dicat Tel. Sed nè possit forma exuperans, facere hoc, s. contrarium expellere penitùs, & omni actu, potentiaq. priuare, non potest. impediri a forma contraria, cùm iam sit spoliata virtute agendi in illud subiectum, à quo eiecta est, & ideò nil inspicere, aut animaduertere videtur re vera, nõ tantùm dictorum Telesij, sed nec Peripate. idcircò malè exponit, & nescit, contra quem insurgit suis friuolis dictis. Sciendum tamen, quòd Tel. in primo mino. cap. 22. ait, calorem, cùm expugnauerit vnam tantulam molis terrę partem, & eam occupauerit, tendere, elabiq. ad cognata corpora, qa non vult, esse in aliena materia. non tamen dicit, quòd illam materiam non euehit, nam attollit cuius est forma ipse factus, vultq. in ea, cũ sit sua facta, permanere, nec relinquit, (vt Marta falsò putauit.) cùm enim propriam effecerit molem, & desperauerit calor, aliam exuperare partẽ, tùm propter contrarium, tùm propter crassitiem eius, cum ea, quam attenuauit, elabitur, & non vult permanere in materia contrarij, quã occupare, & contrario spoliare non potest, timens, nè, quam occupauit molem, à frigore ei auferatur astante, & ipse extinguatur. non ergo mis-

seretur

feretur frigori calor in tali actu, sed sibimet ipsi, veluti assumit arguens, nec relinquit occupatam molem, nolens in ea esse: nam ad quid occupasset? dicitur tamen, nolle, esse in mole terræ quia ibi sentit contrariū, quod præpotentius est hac caloris parte, & ideò hęc pars, vel temens, vel iam nacta subiectum decedit. nullum igitur hominis argumentum cō cludit, dùm dicta Telesij non capiens, retorsit. sed in vno videtur procedere, ideò satisfiat. inquit, cœlum non corrumpitur, quia vires frigoris, eò vsque peruenire non possunt; ergò cùm vires Solis protendantur ad terram vsque, terra tādem dissipabitur. hic malè sentit; etenim apud nos cœlum, ideò non corrumpitur, quia non habet iuxta se contrarium prępotentius, & si hinc extenderentur ad cœlum vires frigoris, non tamen totaliter corrumpent, sed partialiter, cœlum enim se restauraret calore, & resisteret maximè si terra non semper ageret in idem punctum. ideò ergò partes cœli nō corrumpuntur superę, quia illucusque frigus non agit, sed partes terrę dissipantur, quia hucusque descendit aliquantus calor, verùm quia non omnis, & in varias partes agit, & frigus ei resistit, & crassities, & modificatè hucusque vires eius protenduntur, terra nunquam dissipatur, varijs restituta modis, vt alibi aperietur.

Neminem certò latet, hunc Martam non modò Telesio, sed nec cuipiam, qui quantulamuis sophiam attigerit, posse ęquari: & nunc fingit se doctorem esse, qui Telesianos doceat, quomodo intelligatur, & sit materia apud Peripa. sed verba, quę adducit, quia Tel. doctrinam non tangunt, non sunt à nobis reprobanda; illud tamen ignorandum non est, quòd quæcunque affert, explicatq. de nominibus materiæ, sunt translata de verbo ad verbum ex 22. recollecta Gaietani Thien. super 1. physic. & quæcunque dicit de materia deinde, & priuatione, contraria sunt dictis plurium Perip. vt patet versatis in eorum doctrina. Et multa sibi inuicem contrariantur ex illis. Dicit enim in principio, propter priuationem materiam appetere formam, & concedit materiam esse potentiam suam, & aptitudinem ad formas, sed potentia est idem prorsus cum appetitu apud eos maximè prętantiores. Quem sequitur hęc falsitas, scilicet, quòd materia sit materia propter priuationem, nam si appetitus est à priuatione, & materia est potentia, quod idem est appetitui, igitur non ens est entis causa. indè vult, per priuationem intelligi materiam in potentia ad proximam formam, & cùm potentia, & actus sint eiusdem generis per 9. metaph. t. 1. immò idem numerò apud Scotum 2. sen. dist. 16 q. 2. ergò priuatio intelligetur idem genere, & numero cum forma, & cùm ponat deindè, priuationem esse absentiam formæ, vtens ea, vt nō ente; non stant hæc simul. Dat rationem Marta, quare priuatio est principium, & est, quia non stat in aduentu formæ, sed corrumpitur, potentia verò materię, quia stat, non est principium. Sed friuolum valdè est hoc; ratio enim principiandi non ex hoc sumitur, sed ex tribus conditioni-

tionibus, quas adducit Arist. 1. Phy. immò ex hoc contrarium habemus, etenim oportet, principia permanere, inquit Aristo. Item hoc, quod fingit, maximè absurdum est: nam potentia, quam vult remanere, non potest, esse alia, nisi vniuersalis potentia, quam Burlæus vocat receptiuam, de particulari ad hanc formam, quam appellant respectiuam, non potest esse aliter, idem esset in potentia, & actu respectu eiusdem, quod implicat contradictionem, sed sic datur etiam priuatio vniuersalis, & vna, etiam apud Martam, dùm respondet ad primam, & particularis plurificata plurificatione formatū, quæ corrumpitur. nulla ergò maior ratio est hæc. Multa alia affert reprobata apud suos, sed quid ad nos?

Ponit Marta opinionem Arist. & Perip. circa generationem, & corruptionem, ex qua coacti sunt, ponere cœlum alienæ naturæ ab his inferioribus, eiq. abnegare calorem; etenim, inquiunt, esset corruptibile cęlum, quia haberet materiam in potentia ad contrariam formam, quę potentia, & vorax appetitus cum priuatione, quæ huius potentię est causa, sufficit ad destructionem, & sic tandem cęlum destruetur: aliter, arguit Auer. 1. cœli. t. c. 20. & 124. materia esset absq. propria operatione. Hâc rationem cum sua radice Tel irridet, destruitq. in 1. min. c. 32. & seq. & 2. mai. c. 1. affertq. plures rationes contra illam; ex quibus tres adduxit Marta hic, alias non capiens, & has diminutè.

Arg. 1. Tel. Contra radicem illam, ex qua astruunt cœlum nobis corrumpi, dixit Tel. Ponunt omnes formas, quantumuis contrarias, & qualitates contrarias in potentia materię, & in quolibet puncto, quas materia propter suum appetitum educit ad actum, & quamuis eduxerit, aliam etiā appetit educere, quæ tandem educetur, nè appetitus ille sit otiosus, ait Auer. & ideò cœlum corrumperetur, si hanc materiam haberet. Quod quidem in imaginabile est, quòd formæ, quę sunt maturæ agentes, non agant, & cùm contrarię sint, sint etiam vnitæ (quod proximè faciunt potiùs, qui ponunt inchoationes) & quòd materia, res inertissima, & veluti non ens Aristoteli posita, agat, & excitet formas contrarias ei, quam habet actu, & compositum corrumpatur, cui hęc forma dabat esse. Itemque materia propter sui potentiam, quę omnis expers est actionis, ex se fit apta ad hanc formam, quam habet deijciēdam, quę modò princeps actionis erat; & mirum. quomodo hęc dùm regnat, finit, se à potētia materię, & à forma existente in illa potentia, vi agendi exutis, deijci, repellique.

Martæ resp. Quam rationem non intelligens Marta, resoluit non totam, sed quādam eius partem, dicens, quòd naturę agentes non sunt vnitæ, & connexę, quia corrumpitur priuatio particularis, & remanet vniuersalis. In

Replicæ Th. 1 quibus verbis multipliciter peccat; Primò, quia vocat priuationem naturam agentem, quam supra appellauit nihil, & absentiam formę.

2 Secundò, quia ponit priuationem vniuersalem, quam modò negauit, dicens,

cens, priuationem esse materiam in potentia ad formam proximam: & hinc posuit eam principium, & non potentiam, quia potẽtia remanet, sed priuatio corrumpitur: & hæc priuatio particularis, corrumpitur, & vniuersalis remanet, quemadmodum potentia vniuersalis: ergò ratio assignata nec valuit, cùm dixit, priuationem esse principium, quia corrũ pitur, sed non potentia. Item errat, nam credit, Telesi. intellexisse per naturas agentes priuationem, & formam; quod non; nam intellexit for mas contrarias, qualitatesque. Item errauit, quia argumenti partem nullam infregit. Item quia dixit vniuersalem priuationem remanere, & particularem corrumpi: quod non consonat Aristo. dicenti in 1. Perier. vt tollatur vniuersale, sufficit, demi particulare, modò si priuatio part. corrumpitur, igitur, & vniuersalis. non omnis enim homo est grã- maticus, si Marta non est grammaticus. vel illi hoc aperiendum erat. 3 4 5

Secundò, aiebat Tel. si formę educuntur de potentia materiæ, in qua omnes existunt, & ad hoc faciendum sufficit potentia, appetitusq. materiæ cum priuatione, vt concedit Auer. 1. cœl. & in de sub. orbis. & vbique hic etiam Marta, cùm opinionem Aristo. apportat; sequitur ex his, quòd eductio formarum de potentia materiæ, non sit generatio, productioq. sed expergefactio, & quæ erant in materia, excitari, & agendi vi donari ab ea, & quæ corrumpi videntur, non totaliter corrumpi, sed in soporem deijci, & vi agendi exui. Tel. arg. 2

Ad quod respondet Marta, quòd non deijcitur in soporem forma, sed corrumpitur, & alia expergè fit, non eadem numero, sed specie. Sed hoc non est verum omninò; etenim corruptio compositi fit per resolutionem in materiam primam, vt dicitur 1. physic. sed cùm resoluitur, non est dicendum, formam in nihil omninò abijsse, nam si sic, tunc daretur generatio ex nihilo; igitur deiecta est in altissimum soporem; dices quòd præsupponitur materia, ideò euitatur creatio, sed hoc impossibile est, nam vt dicitur ex Auer. 12. met. t. c. 18. creatio est productio alicuius, nulla parte illius præsupposita, inquit Sueff. modò formæ nihil præsupponitur, quod sit eius pars, nisi ponas inchoationes, & alia figmenta, q̃ reprobat Sueff. in 7. met. disp. 11. & Antonius And. & maximè infestantur argumentis Tel. dicet cum Auer. ibidem, quòd forma non generatur per se, nec corrumpitur, ideò effugitur creatio, etenim, ait, compositum, quod per se gignitur, præsupponit partem sui. s. materiã. Sed hoc non est satis tutum; nam generatio est transmutatio de non esse ad esse, vt 5 Phy. dicitur, ergò id magis per se generatur, qđ est magis ens, sed forma, vt dixit Auer. 2. de an. t. 7. est magis ens, ergò per se magis generatur. Item corruptio, & generatio fiunt circa idem, sed corruptio est formæ principaliter, vt dixit Auer. 1. physic. t. c. 68. ergò generatio est formę principaliter, & per se potius quàm compositi. Item propter qđ vnumquodque tale, & illud magis, sed quia forma est, & generatur, com R. Mar. Repl. 1

P posi-

positum est,& generatur,ergò magis generatur forma. Item illud principaliter,& per se generatur,quod extrahitur de potentia ad actum, sed forma extrahitur sola de potentia ad actum, ergò ipsa gignitur, vt dicitur 7.meta.c.31.& 8.com.15. Item composito nullum esse correspõdet, nisi formæ apud Auer.7.metap. nam apud eum idem est forma totius, & partis, nam materia non est pars quidditatis; igitur cùm generatio sit adesse,nulla alia generatio erit,nisi formæ. ex his rationibus coactus fuit Niphus in 12.metap.t.12.quas attulit etiam in 7.disp.9.ad dicendum,quòd forma per se primò generatur,vt per se existens;sed compositum,vt subsistens:cui si hoc concedatur,non effugitur creatio,nam ex nihilo,quod per se generatur aliquo pacto perseitatis,hoc fit,creaturq́. sed Marta soluat has rationes: quibus solutis, nec euitabitur creatio, nisi dicat formam,quę delitescebat in materiæ potentia,expergefieri.

2 Præterea ad principalem arguitur, nam differentia numeralis sumitur à materia:modò in eodem puncto materię calor,qui corruptus est, resolutusq́. vsque ad illam,denuò eodem pacto apparet genitus, non ergò alius expergefit: tùm quia idem appetitus restauratur ad formam, quæ corrupta apparet,recipiendam,eademq́. materia;nec diuersitas debet poni; nam multiplicarentur entia sine necessitate: nec ab agente diuersitas orietur; quia per rationem eorum solus appetitus cum materia sufficit,vt corrumpatur cœlum.

Præterea sequeretur,quòd in quolibet puncto materiæ sit virtus, potentiaq́. infinita, nam infinita sunt indiuidua cuiusque speciei, & cùm species sint pœnè infinitæ,& materia excitet indiuiduas semper distinctas formas,igitur infinities infinita erit potentia, virtusq́. in materia, quod inertissimum ponitur ens apud Perip. etenim omnis potentia est quædam perfectio,quod.n.potest quid agere ad extra,perfectũ est,quãtò magis materia,quæ continet has potentias,& actus in suo posse, potestq́. per quamlibet potentiam formam,quam habet deijcere, & eam, cuius potentia optabat aduentum,receptare.

Tel.arg. 3 Arguebat item Tel.mirum,inquiens,si forma, quę hanc partem materiæ occupauit,interemitq́. contrariam,quæ inerat forma, non penitùs eijciat eam,agnoscensq́. sibi exitio illam futuram,non penitùs,penitùsq́. destruxit,vt nec potentia,nec actu eam inesse permittat, Nisi nihil sit natura materię,nisi formæ,& qualitates in potentia: nam si natura materiæ nihil est,nisi ipse formæ in potentia, sitq́. ipsa pura potentia; nec naturam habet distinctam à formis,quæ sunt potentialiter, sed idẽ sit dicere,materiam,& formas in potentia, sic posset concedi,quòd forma regnans non destruxit à materia formas in potentia, nam destruxisset propriam materiam,quæ est illis idem. Sed tunc nullus erit vsus materiæ ad generationem,sed formarum in potentia,& qualitatum,cũ materia sit idem,quod illæ sic.Sed hoc non placet Arist.ponenti in primo

mo phyſi.& 7.metap. materiam diſtinctam principium omninò à formis,& priuatione,tàm potentialibus,quàm actualibus, nam ſi aliter eſſet apud Ariſt.tunc,cùm in quolibet puncto materiæ ſint infinitæ formæ in potentia,illud punctum eſſet infinitæ materiæ.Quod argumentum nullo pacto percipiens Marta, immò nec verbum vllum reſpondet,dicens, potentiam eſſe materiæ, & non formæ, nihilque aliud dicit,niſi hoc aſſumptum probat. quod quàm longiſſimè abeſt à propoſito intento à Teleſi. Alias Teleſi. rationes cum defenſionibus ſuis aliàs adducemus, quas non allegauit Marta; tùm quia non intellexit ſenſum eorum; tùm etiam quia improbationes indagando,reperire non valuit. R.M.1

Nunc diſcutiendum eſt nobis cum hoc homine. Vtrùm calor,& frigus ſint ſubſtantiæ?Marta adducit rationes Perip.ad probandum partem negatiuam,de verbo ad verbum tranſlatas ex Tele.lib.1.mino.c.54. & 2.maio.cap.20.dicunt. Calor,& frigus ſunt operationes mixtorum, manantq. ab illis more accidentis,igitur non ſunt ſubſtantiæ. Item in mixtis ſunt accidentia,quia illis nihil immutatis adſunt,abſuntque,ſed quod vni eſt accidens,alteri non eſt ſubſtantia. Item hęc ſunt contraria; quod ſubſtantijs non competit. Item ſuſcipiunt magis,& minùs. Item ſenſu perceptibilia ſunt,quod non admittunt ſubſtantiæ. Quę in conuenientia non ex rerum natura ſunt ſumpta, nec decretis naturæ, non conſonant,ſed Ariſt.ideò de facili reſpondemus,negantes, eſſe accidentia in mixtis, vel alibi, & quod abſurdum videtur illis.ſ.eſſe cōtraria intendi,& remitti,ſentiriq. maximè volumus, eſſe condecens, à rerũ naturis edocti. ideò primò nobis diſcutiendum eſt,ſi alia ſubſtantia inſit rebus ab his,& ſi aliqua operatio ſit,quæ non ab his procedat.Secundò,quia dicunt, hæc inſtrumenta eſſe formarum, diſcutiemus illud. Tertiò ſi Ariſt.attulerit, & Perip. potuerint,demonſtrare aliam ab his ſubſtantiam in naturalibus.Quartò ſi ſubſtantiæ ſint contrarię, vt ipſi nolunt. Quintò ſi ſuſcipiunt magis,& minùs.Sextò ſi ſunt ſenſu cognoſcibiles ipſæ ſubſtantiæ.Ita quòd ſex formabimus quęſita.Introducit Marta quaſdam Tel.rationes,quibus probat,calorem,& frigus eſſe principia operationum,& non organa, vel accidentia, operationesve, vt ſumunt Perip.Tel.igitur in 1.min.cap.15.& alibi ait,quod omnis operatio,quæ eſt tam in ſecundis,quàm in primis entibus,eſt à calore, vel frigore, vt conſtitutio,actio,ſenſatio,concoctio,generatio, nutritio,& motus,& hæ operationes variantur,variatis horum viribus,vt patet maximè in animalibus,quæ enim calidiora ſunt animalia, prædita ſunt exquiſitiori ſenſu,& velociori motu,& quæ frigidiora ſunt, vel minùs calida ſtupidiora ſunt,ignauo ſenſu prædita, ac ad motum prompta minùs. hoc idem ſentit Ariſt.in probl.primo.ſect.3.qui addit,ignaui ſunt, quibus multa ineſt,& frigida atra bilis;at perciti,ingenioſique, quibus

Arg.primum per quod nō ſint ſubſtantiæ calor, & frigus.

1 2 3 4 5

Prima diſp.

Ratio Tel.

multa,& calida; & ad omnem excandeſcentiam properiti, cupidineq́.; & lymphatico etiam inſtinctu inſeruefcunt,ex quo Sybillæ efficiuntur, & Bacchę,& qui diuino inſpiraculo inſpirari videntur; quod non morbo,ſed naturali accidit intemperie; Plùs ęquo videlicet calido facto ſpiritu,adeò ſenſus(vult Ariſto.) exacuitur,vt pręceps appareat,furioſuſq. omnia ſentiens, temporis momento omnia luſtrans, & ſe ſe continere impotens;&Gal.etiam inquit, iracundos, furenteſque, quibus caloris ineſt abundantia,ſtupidos,& graues frigiditas;ex quibus, & alijs multis colligit Teleſi.ſenſum, & motum à calore,& frigore fieri; ſed de alijs nec operationibus dubitandum cenſeo, & adducendas authoritates,cũ ſenſu nobis apertiſſimè percipiatur. quis enim tam ſtolidus, qui nõ percipiat,calida tantùm generare,nutriri,calorem concoquere, & conſtituere,& agere,etiam frigus interdum quædam?

Martæ reſp. Marta reſpondet,quòd calor & ſi videatur hęc operari, non tamen, vt principale agens,ſed vt inſtrumentum, & organum hęc vbique vult facere. Sed Tele.ait,tenebatur probare,hos effectus eſſe à calore principaliter.

Th. Mirum quidem,quomodo non perlegit improbationes huius reſponſionis,vbique in doctrina vtriuſque commentarij, ſed(nè excuſationem afferat)pręcipuè in 1.mino.cap.53.& ſeq.& 2.maior.cap.20.

Contra reſp. Mar. Tel. Arg. vbi vult,quòd ſi eſſet calor inſtrumentum ignis, tunc ex ſe non poſſet generare ignem,conſtituere,& immutare entia,niſi regatur ab ignis forma,iuxta cuius operetur ingenium.(inſtrumenta etenim à natura agẽtis recta ad eius operantur ductum.) ſed calor ſolus, abſq. igne exiſtẽs, talia facit,nam,quæ ex contritione maximè calefiunt, vel quolibet alio accidente ſtatim ab illo calore igni reuiſa ſunt, vt rotæ currus tracti ab equis furentibus,velociſsimèq́. currentibus,fractis habenis,viſæ ſunt inflammari,vtriq.; & in aere fiunt fulgura, & accendũtur exalationes ſola agitatione,& antipariſtaſi, qua calor redditur intenſus, & calores, qui ſunt abſque igne in entibus impreſſi, agunt,immutant,conſtituuntq., & tamen in his non eſt ignis forma, quæ corrigat illos.

1 Præterea inſtrumenta per ſe ſunt inertia, & agunt ſolùm quando eis vtuntur cauſę principales; ſed in dictis modo caloribus eſt actio,

R. abſque forma ignis,quod ponunt agens principale. Hęc dicent,agere in virtute ignis.

Arg. 1. Contra reſp. Etenim agens inſtrumentarium non agit, niſi mediatè ſaltem tangatur à principali,vt elicitur ex 8. phyſico. ſed in marmore,vndè excuti-

2 tur ignis,non eſt forma tangens. Item quod habet eſſe in materia omninò,& ab illa dependet,in illa agit,& nõ in extranea niſi ſit virtus ſeparata,ſed forma ignis habet eſſe, & conſeruari à materia, quinimmò eſt taliter imperfecta,vt Auer.mediam diiudicat inter ſubſtantiam,& accidens,& alijs,quos adducit Ammo. ſuper prædicamento ſubſtantię ſcrĩ

3 bens. quomodo ergo poteſt operari vbi non eſt?Item vbi virtus rei, ibi

est natura illius, igitur si virtus ignis in non ignitis est, erit item forma,
quod nolunt inferro. Ex his infero, quòd non est aliter instrumentum 4
ignis calor, nisi eo pacto, quò omne agens est Dei, & sic tollitur omnis
scientia. Et arguo principaliter; calor Solis generat ignem eiusdem spe 3. prin.
ciei, & vis cum hoc inferiori, non ergò calor instrumentum est, nã Sol
esset ignis, quod nolunt. nec recurrant ad causam æquiuocam; nã ignis
à Sole, & ignis à nostro sunt vniuoci effectus, arguunt ergò vniuocas
causas; vel nullo erit modus indagandi naturas causarum. Item nulla 4
forma apparet, iuxta cuius ingenium calor operetur, & si ponunt eam
desidem, ac torpescentem, ad quid deseruiet? etenim non sunt plura ad
mittenda, vbi pauciora sufficiunt, ait Arist. & loquens de plantis, hoc ar
gumento vtitur, etenim ait, quia non apparet alia forma à vegetatiua,
alia non est his danda. Item nulla apparet caloris operatio, quæ nõ sui- 5
met sit amplificatiua, sed alterius. Quòd calor non sit instrumentum
secundorum corporum, probatur. quia si sic, esset maximè animæ: sed
huius non est. Etenim, quæ sunt instrumenta, & maximè cognitionis 6
expertia, cuiusmodi Peripateticis calor apparet, per se inertia sunt, nihil
que operantur, nisi viribus, & imperio eius, cuius sunt instrumenta. Sed
calor non est sic, nam ex se est actiuus, vt ex dictis patuisse potest. Item
in corpore animato non molitur id, quod tantùm animæ placeat, sed
semper, eo modo, quo in non animatis agit, attenuat, subtiliatque, sub-
iectum suum faciens cibum, & partes corporis aliquantulas: multoties
febrem inducit, agens plusquam animali sufficit ad vitam, se seq. ampli
ficans vsquequaque effusis viribus, educens ex corpore tenuitatẽ signi-
ficãs; si posset, totum corpus attenuare vellet, & ad cognata eleuare. Itẽ 7
non, quod placet animæ, vt permaneat apud Perip. concoquit salutaria,
sed quæcũque etiam noxia, & infecta venenis, vt, in se inuertat. ita quòd
anima non apparet, nisi calor, spiritusq. calori constitutus omnia in se
vertente, qui semper agit. Ex his credo, satis patet, calorem non esse con- 8
causam, & instrumentum, vt finxerunt in 2. de an. Item adhuc non de-
monstrarunt, nec possunt, quomodo incorporea anima caloris opera
regat, & calor penitùs, apud eos cognitionis expers, obediat. Item si 9
regit, nobilissima substantia, quæ est in homine, summa prædita cogni-
tione, & virtute admodum animalis, salutem cupiẽs, quod ipsa animat,
quomodo sinit, permittitq. calorem iuxtà proprium operari ingeniũ,
vt modò apertum est? & absurdum est valdè, si nequit corrigere illum,
& valdè premuntur his rationibus qui animam tantùm intellectiuam
ponunt in homine. quæ quomodo regat corpus, egeatq. vt informet
temperatura humorum non posse, inquit se imaginari Galenus. Sed Resp. Arist. 2. de an. t. 41.
Aristo. coactus est ponere calorem animæ ministrum in loco allegato, Diluitur à
quòd calor ignis agit in infinitum, calor verò animalis nõ sic, ergò mo Tel. Resp.
deratus redditur, corrigiturq. ab anima. Sed nulla consideratione pro-

lata

lata eſt hęc ratio. Nam calor ignis, quia eſt in ſummo gradu intenſus, vrere, & agere in infinitum videtur; non autem ſic videtur moderatus, & remiſſus, vt patet in his caloribus, qui ab igne imprimuntur corporibus non ignitis; & ſic eſt calor animalis, qui eſt remiſſum. quin hic etiã agit in infinitum remiſsè in propria menſura. ſi non intensè, vt ignis calor, ſemper enim ſubtiliat cibum, & ea quæ apponuntur, emollitque, & alia opera ignis exercet, quia tamen non eſt intenſus, vt in tenuitatem omninò agat corpus, agit moderatè, nec totaliter euolare poteſt à corpore detentus. omnes ergò calores agunt in infinitum, ſed remiſſi, remiſsè, intenſi, intensè. modò animal blando calore eſt conſtitutũ. tunc enim fit animal, cùm calor moli ſpiritum ingenerat, & quia remiſſus eſt, eum elabi facere nequit, concinnatq. taliter materiam, vt in ſenſuũ organa, corporisq. membra conficiantur ab ipſomet, vt Tele. inquit in 6. lib. cap. 21. & alibi pluries, etiam de Ariſt. mente retinetur itaque ſpiritus calidus nè elabatur, exitum facere impotens, quod non tantum à calore Solis, ſed ignis, & ſeminis fieri videmus, ſed moderato (cũ ſint omnes hi apud nos eiuſdem naturæ) quemadmodum ab illo quouis immoderatò fieri nequit; non enim generat iuxtà ſe immediatè formicas ignis, ſed ibi, quò calor eius moderatè pertingit calefaciendo, nec Solis in æſtate gignit herbas, niſi quandoque in locis vbi exiliter lux recipi apparet, nec calor ſeminis, vterive ſi ſit multus animal gignet; vt edoctus à natura Tel. aperuit in 6. cap. 20. Nulla igitur ratione calor organum, miniſterve apparet, poniq. poteſt. Sed omnia opera corporis, & omne membrum, artusque, ac corporis portiuncula, etiam ſpiritus ad ipſius caloris arbitrium agi, agereq. videntur. vita, morſq. ſpiritus animalis ab eo conſtituti, in eius ſunt poſſe; non autem caloris in poſſe animę. Hęc & alia inſpicienti, quę dicemus, non defendendi Ariſt. cupido, ſed veritatem ſectandi ſtudioſo veritas huius rei ſtatim eluceſcet abſque hoc; quòd alia Tel. dicta perlegat de mente Ariſt. id oſtendentis. Nulla ergò neceſſitas eſt entia formalia multiplicandi, nec diuerſas caloris ſpecies ponendi, cùm idem diuerſis viribus in diuerſas partes agens oẽs poſſit operari mutationes, actioneſq. omnes edere.

Pertractans de concoctione Marta, & digeſtione, harumq. ſpeciebus multipliciter deficit. in primis quidem quia non omnes poſuit minùſq. benè declarauit, vt patet ex Alb. in 4. met. primo tract. cap. 13. Item dicit Ariſto. in 4. met. non conſideraſſe de concoctionibus, quę fiunt in animatis, ſed tantùm in mixtis inanimis. cuius contrarium omnes Perip. probant, & præcipuè magnus Albertus in loco allegato: qui omnes concoctiones manifeſtat in animatis, ac ipſo in homine loquens veraciter de mente Ariſt. confirmanſq. teſtimonio Gal. & Auic. ſic etiam Auer. in primo cap. & Ariſto. paſſim exemplificant in animalibus de huiuſmodi concoctionibus. & ipſe in primis Marta cogitur hoc velle, concedit. n.

fieri

fieri ab anima, vt à principe in animatis, ergò sequitur à calore, quando quidem anima, vt infra dicetur de mēte Arist. non est aliud nisi spiritus constitutus à calore. distinctionem, quam dedit de triplici calore, supra improbauimus, & infra dicemus. illud tamen sciendum, quòd Arist. in 2. de an. calorem ignis tantùm attulit ad concoctionem, & nutritionē, putans frustrà tot dandos calores, & hic alios adunat. Arguit igitur, vt illud probet contra Teles. Calor elementaris, Solaris, & animalis per se sunt eiusdem naturę: exponatur homo mortuus Soli plenus cibo, quia nunquam coquetur: ergò concoctio fit ab anima. Sed patuit supra ꝙ in concoctionibus anima non potest vti calore, potiùs verò calor agit per se: tamen ex principijs Tele. facilè est hoc soluere. Nam omnis digestio in nostris entibus apud nos fit à calore blando constitutiuo spiritus animalis, congregato super materiam, quę est concoquenda. Dicimus enim quòd calor inclusus in corpore animalis, vel plantæ, est remissus, vt labi sua vi non possit, fuit enim taliter dispositus adiutus vi ambientis vteri, vel loci ad modum vteri à Sole, igneve, qui eius etiam effectus est, vt possit animal membris diuersum, partibusq́. taliter efformare, ac constituere; continuoq́. aduenientem materiam in illud inuertere, augereque, non animalis primò intendens efformationem, sed propriam conficere molem, quæ erat aliena. & quia ex partibus subtilioribus ingenerauit spiritum, eiusq́. forma est factus, impotens materiam amplius attenuare, euehereq́. sursum: non desperans tamen illud facere continuò agit in animalis corpore, cibumque, quem sibi comparauit spiritus. substentandi se gratia, dum in illo se constituat, calor in eandē naturam animalis, quam ipse efformauit, & effinxit, eodem quasi pacto agens, conuertit in materiam, cui residet, carnem. s. & sanguinem, partesq́. in singulas, non tamen satis transgreditur vim, quam adhibuit in constitutione illius, nam si sic immoderatus esset inducens mortem. agit igitur emolliendo, subtiliandoq́. eo pacto, quo egit constituendo, & generando, ideò nutritio generatio quædam est etiam Aristo. & quia non omnes cibi partes sunt benè conuertibiles, expellit quasdam grossiores congregatus ad ventriculum, & alia excrementa in diuersa vasa reponit, quasdam puriores conuertit in substantiam concoquendo, qđ fecit etiam dum generauit calor, incorporatq́. toti ducens ad perimpheriam, extremaque, & tantò magis hoc facit, quantò magis frigescit animal moderato frigore: nam tali frigore calor cogitur ad ima corporis super nutrimentum. quando autem ab ambiente calefit perblandè, maximè in loco concoctionis, vt stomacho, tunc iuuatur calor inclusus à suo cognato, sed si immoderatè, tunc iuuatur, vt resoluat corpus, & in tenuius, quod magis proprium subiectum est, agat, cūq́. subtilioribus omninò partibus euolet. & licet cum partibus satis subtiliatis partes caloris ad cœlum volent, tamen se generauit, & effusit in pluri materia. s.

Arg. Mar.

Th.

adue-

aduenientis alimenti, vt nunquam totus per maximum calorem elabatur, & cùm elabitur, remanent aliquantæ partes in opere, quod formauerunt, & totaliter superare volunt Omnes ergò digestiones, & concoctiones, quæ fiunt in corpore, ab vno fiunt calore diuersimodè, diuersificatisq. viribus in diuersas partes agente, vt declarat etiam Alber. in loco præscripto, referens ex Aristo. Gal. & Auic. & secundum diuersitates actionis diuersę apparent concoctiones, diuersis nominibus ab Aristo. donatæ.

R. ad arg. Argumento verò rescribimus, quòd concoctio, conuersioq. in substantiam nutriti nutrimenti in animali fit à calore tantùm intrinseco, & ibi detento spiritu suam conseruationem appetente. Calor autem Solis non poterit esse earundem virium in homine mortuo, eiusdemq. conditionis inclusus in omnibus membris, qui possit talia agere; non. n. ipse omninò constituerat hominem ibi se abdendo: sed benè cōcoquit illum extra partes tenuiores educendo, attenuandoque, cum his vt elabatur victis. & si vehementer vrit, fiet assatio in cibo illo, si blandè elixatio, & aliæ species concoctionis, secundùm tamen materię magnitudinem. Non certò curat calor de mortui viuificatione, sed de sui amplificatione curam gerit: spiritus autem curat, qui illic est inclusus, nè extinguatur. At si Solis calor, qui homini cibum illum in eius subiectum nō parabat, includeretur in mole, spiritumq. ingeneraret, & exitum parare non valeat, animalia ex putredine illius hominis gignet, & nutriet.

2. Arg. 3 Ex his etiam soluuntur alia argumenta, cùm dicit, quòd per appositionem lapidis frigidi in stomaco fit digestio, & de aqua frigida, quæ si bibatur adiuuat digestionem (teste Gal.) igitur non solū a calore fit digestio.

R. Verum est quidem hoc, nam calor sentiens frigus concentratur, & fortius operatur, robustiorq. factus ex vnione promptius digerit, sed frigus per accidens est huius causa, eo pacto, quo vitę est etiam per accidens causa, vt dixit Alb. 4. met. 1. tract. cap. 8. & Auer. cap. 1. calor verò per se. quandoque etiam adiuuatur digestio à calore ambientis blandè fouente, vt dictum est supra de pannis calefactis. Idem dicimus ab aqua per antiparistasim adiuuari calorem digerentem. Vel quia alimentum aqua perfusum emollitur, & ad aquæ naturam quodammodo trahitur, magisque fluidum, & ęquiùs penetrabile redditur. quod facilius calor permeat, resoluitq. subtile, & vapores agit, & tunc partes cibi ab aqua adęquatæ in qualitate materię, & sparsę facilius concrescunt in nutrimentum gradatim in chimum, & cęteros gradus ęqualiter, partesque impurę disgregantur commodius: nam quantò mollior res, tantò facilior dihungitur, mollitiem verò aqua pręstat, & fluxibilitatem. & ideò dicebat Gal. quòd ingens calor non potest concoquere, quia resoluit citò partes minùs repugnantes, siccasq. relinquit, quæ remanent tenues dum educit. Aqua verò non est satis superabilis, vt resoluatur à calore

intrinseco

intrinseco sui constitutiuo, cùm sit moderatus nimis, sed remanet in tali mollitie ab eo non impotente ad alios gradus igni proximiores, quos antè memorauimus, perducere; itaque permixta cibo statim suo blando calore, & ab eo quem recipit à corpore animalis emollit paulatim partes alimenti duri, aptasq; reddit ad concoctionem his vnum facta, inde passim resoluta concrescit cum cibo in nutrimentum, & semper cōtinuò resoluitur cum alijs excrementis. Concoctio ergò non fit ab aqua ratione frigoris, nisi per accidēs ab eo, qui est impressus aquę ab ambiente; quando verò fit per se, est ratione caloris blandi emollientis cibum, & fouentis, moderantisvè vires intrinseci natiui. & sic cessant rationes Martæ. in omnibus tamen his agens principale calorem. Sed ne grauemur circa hoc, quæ suppetunt, dicere. adiuuatur ēt digestio ab aqua frigida, quia spiritus distractus à ventriculo sentiens ibi contrariū vniuersus pęnè eò conuolat, vt se adiuuet à contrario, & ideò studium & exercitia alia, quibus spiritus interesse valdè oportet, impediunt digestionem, tunc enim spiritus tēdit ad cerebrum, vt percipientem iuuet, & etiam multa aqua in hora incompetenti retardat digestionem, & spiritus nequit resoluere; & motus blandus iuuat. omnia tamen sunt adiumenta caloris, vel impedimenta, sed calor princeps est, quod volumus, sic in plantis intelligi pōt de his concoctionibus fiunt. n. calore constitutiuo eodem agente pacto ferè, qui etiam retardatur ab aqua, vt patet in fructibus aquosis in locis aquosis nascentibus. & iuuatur ab extraneo magis, si est blandus, etenim non habēt plantæ locum digestionis, vt animal. quæ, quia patent, & in nostro commentario dicemus, omittamus, sed age videamus, examinemus que quid vult de generatione.

Aperiens quomodo fiant à calore generationes, vt instrumento, in varios truditur errores etiam in via Perip. opinatur etenim in spermate esse calorem, qui est forma, & hæc forma non est anima in actu, sed potentia, & iste calor est in potentia spiritus, qui incipiens pullulare causat veram animam, & calor est instrumentum, quod deindè anima educta conseruat pro actionibus corporeis suis. hoc de anima humana. Sed anima, ait, bruti, & plantæ sunt in semine non in potētia materiali, sed agentis, agens instrumentarium est calor, qui agit virtute triplici, scilicet ignis, qua subtiliata attrahit animationi, virtute cœli, qua ponit esse formæ, & speciei, & animę secundùm quod recipit vim informatiuam, & generatiuam à patre. Sunt ergò sensibilis, & vegetabilis anima, ait, in semine, vt in effectiuo. Sed hæc sunt verba cęci tāgentis parietes: etenim Perip. priùs ponunt formam in materia, deinde instrumenta; non ergò calor est in semine, vt futuræ animæ organum; dicunt est instrumentū animę generantis, quod quidem satis supra reiectum est, & paulò inferius magis destruemus, nunc sic dictum, quòd virtus, quæ est in patre non potest agere in semine, nisi sicut causa in effectu. causans extra se. i

Mar.

Th.

ſed ſic non eſt inſtrumentum, nam filius Sortes Plato ſic non agit, niſi vi Sortes, qui eum generauit, & tamen per ſe agens dicitur. Item non eſt verum apud Perip. quòd calor ſit forma, & poſteà organum, nec quòd ſpiritus cauſet animam in homine, vt ipſe vult, etenim ſpiritus eſt anima, nec aliam inuenere ipſi, nam intellectiua aduenit ab extra apud eos, quæ tamen non cauſatur à ſpiritu. Item falſum eſt in via eorum maximè præſtantiorum, quòd calor idem ſit educens animã, & deinde deſeruiat, vt organum, nam apud hos, quos etiam aliquando ſequi profitetur ipſe Marta alia à calore præineſt forma, vt dixerunt hi, & Sueſſ. in 7. met. diſp. 12. cap. 4. quæ cum ipſo calore in inſtanti introductionis intellectiuæ, abijcitur corrumpiturq́. & alius calor conſequens formam generatur, etenim qui inducebatur pro fieri calor, non pro facto eſſe, vt dixit Niphus 2. de an. ad Ioannem abſq. proprio termino alterat, & diſponit. Item quod ait in hominis generatione educi de poſſe materiæ, falſum magis eſt, & in brutis, & in plantis eſſe in potentia agentis animam. omnis enim anima de potentia materiæ educitur à calore, vt ait Ariſt. in 15. de animalibus. Solus autem intellectus de foris accedit, & Auer. in 12. met. t. c. 18. omnes formas eſſe in potentia vult materię, & in actu virtuali in primo motore. Apparuit etiam falſum, quod dicit de triplici calore, & triplici virtute, vnde agit calor ſeminis propter illos tres actus. etenim calor idem omnes illos actus edere poteſt. Nam Solis calor poteſt ſubtiliare, & ſubtiliata attrahere ad animationem, animare, dare eſſe ſpeciei, organizare, informare, & digeſtiones facere, vt patet ex Ariſt. in ſponte ortis, & plantis. idem facit calor ignis, cùm gignit formicas, & pyrauſtas, vt patuit. idemq́. calor efficit ſeminalis, ſpirituſq́. ingenitus. & ideò ſi calor patris iuuatur ab igne, vel Sole, nihil tamẽ ab his recipit, niſi calorem blandum, quo adiuuatur; quia q̃n recipit immoderatum exalat cum partibus reſolutis, animalq́. minùs generat. nõ ergò fit generatio, niſi à calore vno diuerſimodè agente. Exponens quo

Mar. modo intelligenda ſit propoſitio, frigus non ingreditur opus naturæ, gloſat. i. opus animę. Sed hoc vel intelligitur inſtrumentaliter, & ſic etiã

Th. opus animę ingreditur apud Perip. ipſi enim in corpore animaliũ ponunt frigus, & maximè Marta poſuit ſerpentes frigidos, arguens contra Tel. nec poteſt dici, illud ſumpſiſſe à Tel. vt diximus ibi: ergò de propria officina. vel illud argumentum nihil erat, quod demonſtrauimus. Item medici ponunt epotam, & humores frigidos in corporibus noſtris, & Ariſt. quatuor elementa, quorum duo ſunt frigida, & hæc omnia regũtur à forma ſubſtantiali, quæ eſt anima. vel intelligitur formaliter, & principaliter, & ſic nullius entis præter terram, eſt prorſus conſtitutiuũ frigus apud Tel. licet non ſic apud Perip. omnes. Nota tamen, q́d Ariſt. dicit, generationem eſſe tranſmutationem factam à qualitatibus actiuis in materia 4. met. c. 1. inter qualitates autem actiuas actiuiſſimus eſt ca-

lor;

lor; quod probat Alb.per nouem causas 4.met.1.tract.cap.2.igitur omne opus debet esse calori constitutum: vbi enim viget vnum contrariorum robustius altero,alterum corrumpitur, vt etiam assumpsit Marta contra Tel.calor ergò corrumpet frigus,& ipse constituet,& generabit. Item dicit Auer.in paraphrasi super 4.met. quòd proprium frigoris per se est corrumpere calorem,sed secundariò,& per accidens adiuuat generationem,quatenus continet humidum,ne exalet, & calorem deducit intrò,idem dicere videtur Alb.eiusdem tract.cap.3.& 4.igitur vi coacti Perip.veritatis nostrę positioni adhæserunt. Alb. item in cap.4. omnibus præbet calorem constitutiuum. format,ait,organizat,complet,terminat,efformatq. inquantum naturalis. Item ait in 2.cap. calorem dare speciem,& formam omnibus entibus, etiam his, quę frigida videntur, vt metallis. & vbique prædicat,frigus coadiuuare,non autem informare. optimè hic homo naturam caloris inspexit. sed vt cæteri obligatus Arist,quandoque visus est dicere illum esse instrumentum. Sic igitur dicendum in via nostra,frigus non ingredi, vt informans operibus alijs à terra,ipsius naturæ. Sed audiamus Martam,dicentem per se, sed vt organum calorem nón generare. Ait. Calor non generat,quia proprium eius est alterare in infinitum; igitur anima. responsum est supra etiam in infinitum pro sui mensura, & posse alterare calorem seminis, agens semper in diuersas partes aduenientis nutrimenti,nō tamen vrere,quia moderatus est,remissusq. alteratq. continuò corpus viuificando, resoluendoq. exiliter,& alias incorporando, eo pacto, quo agit in constitutione; sed si intendatur satis, igneusq. fiat aduret, & resoluet humidū radicale in quo blandè seruabatur, vt fit in febricitantibus: etenim calor,vt naturalis,ait Alb.animali, cui naturalis est, inquantum est blandus,habet generare,efformare,digerere,concoquere alterando in infinitū pro tali mensura:quæ si transcendatur,exalat cum partibus subtiliatis,euolatq. relinquens animal sine vita, motu, & sensu. Arg. Mar. primum. R.Th.

Præterea, ait Marta, calor non inducit formam substantialem principaliter,sed semen,vt dicam infra. igitur calor est instrumentum. 2.arg.

Cùm probabit hoc assumptum,reprobabimus, quod dicet, sed pro nunc demonstremus ei errores suos. Et primò contradicit, sibi,qui dixit supra,calorem educere formā de potentia materię. idem tenuit Alb. locis allegatis,& Suess.in 7.met.disp.12.de mente Auer. & Aristo. Item Arist.ait 4 met.t.13 caliditas excreta constituit corpora ex putri semine. idem vult in perfectis animalibus.2.de gener.anim.cap.3. vt mox dicemus. P. Th. 1.arg. 2

Præterea semen,quod imperfectum corpus est, vt dicit Anton.And. 7.met.quomodo potest generare animam,quod nobile est ens,item semen est causa ęquiuoca respectu animalis. Item agens vniforme,vt semen est,non potest agere effectum difformē, quod est animal, & mul- 3 4

6 id minus animam, quod ens est spirituale apud eum. Item in semine non est nisi calor,& materia sic cōcinnata, vt ipse etiam fatus est supra, sed materia non agit,cùm sit tantùm recipiens,ergò forma, quæ est ca-
7 lor agit,educitq. formam . dicet,calorem agere, vt instrumentū formæ substantialis seminis.Sed contra:ergò non vt semen, sed vt calidum,igi-
8 tur calor educit animam,si esset verum de posse materiæ educi. Itē nullum agens operatur suum instrumentum ad sui destructionem, ergo forma seminis non educit calore, vt instrumento formam aliam.s.animam,aliter propriam procuraret dissipationem. cessat.n.forma seminis adueniente anima,& corrumpitur.calor ergò est per se agens, qui partibus ex tenuissimis spiritum generat,qui est anima, & informat, effingitq.animal.non alia forma,quæ sit in semine,cùm nullibi altera apparuerit.Sed videamus, quid dicat aduersarius; nā de his inferiùs, & alibi ratiocinabimur.

Probat Mar. motum non esse effectum caloris.

Vult modò Marta destruere alteram partem argumenti Tele.s.motus est effectus caloris; ideò arguit Marta. Si sic tunc idem esset causa, & effectus,nam motus quandoque gignit calorem,non ergo calor motum Nos autem dicimus eum delirare,& pro Arist. dum pugnat, Arist. impugnare.Ipse enim in 2.de cœl.t.41. vult à motu generari calorem, & in lib. de causa motus animalium attribuit motum cordi,qui motus editur mediante calore; & alibi calori attribuit motum pulsus,patuit ēt hoc in argumento Tel.ex Arist.& Gal.authoritate. ideò dicendū, quòd idem specie potest esse causa,& effectus apud Perip.modò calor, qui gignit motum dicerent sui, non gignitur ab eodem genito motu, sed ab alio fieri potuit. Item dicerent, causæ sibi inuicem sunt causę in diuerso genere cau sæ per 5. met.t.3. ideò motus est causa instrumentalis caloris,calor verò principalis est motus efficiens.sic Perip. verùm Telesi. dicit motum non generare nouum calorem, sed præinexistentem excitare,& fouere,cùm sit eius conseruatiua operatio, vt diximus de mente Tel.in 1.mai.cap 8.Cęterùm sciendum de mente omnium Philosophorum,calorem esse causam motus. tàm in elementis,quàm elementatis in elementis,ait Plato in Timęo, inter cætera igni attributa competere velocitatem motus,inquantum calidus est,& huius contrarium dat frigori.& Marsilius ibi in 13.cap.ignis,ait,est subtilis,acutus,mobilis.Item Arist.dans formam,ait,dat consequentia,cùm ergò omnia fiant, à calore ignis,qui est agens,ipse etiam dabit motum . .

Præterea sensu comprehendimus ignem mobilissimum elementorū ex suo calore,& quantò aliqua sunt ei proximiora , tantò promptiora sunt ad motum. in secundis entibus patet manifestè ; apud eos omnes enim cordis calori,vel musculorum dant motuum operationem; vt D. Th.& Alb.& Ioan.Gram.multiq. medici dant spiritibus, qui tamē sunt benè calidi.Auer.in 8 phy.c.35.motum edi vult à calore naturali, & in

37. & in de somno, & vig. ait, causam tarditatis motus esse frigus, igitur velocitatis calor. Alb. Mag. in 4. met. tracta. 1. cap. 2. inquit, calor mouet per se localiter, quia eleuat omnia sursum attenuando prius, suumque subiectum constituendo, sed frigus mouet per accidens, quatenus infrigidata ducit ad centrum, qui non est motus, sed priuatio motus. Itē ait, calor est causa vigiliæ, & motus, frigus somni, & immobilitatis. & paulò post omnia, inquit, occupata à frigore videmus priuari motu, & ideò Auic. ait, frigus paraliticat res, sed quæ occupat calor, mobilia fiunt, & ideò multi antiqui dixerunt animam esse calorem. frigus mortem inducere. Sed quid immemor? sensu manifestum est istuc, & satis à Tel. declaratum. hic homo ergò nescit si in suos argumentum debet retorqueri, idcircò arguebat secundò. Plura per motum frigescunt, vt in olla feruente patet, cui indimus frigus motu flabelli, & in aqua, & vino moto inter aquam. cui diximus supra, hoc per accidens fieri; aqua. n. vel vinum nō totaliter vas implens ipso motu rarefiunt, & quia sunt propè terram frigidam, statim frigus ea subit. si verò vinum vas explet dicimus, fieri concentratione frigidum sentiens. n. contrarium motum adunatur frigus. vel quia dum mouetur vas, continuò circundatur diuersis partibus aquę frigidis, & frigus cùm sit spirituale variatum, continuò penetrat illud, & si stat, non sic citò intrat, quia minor copia sic circundat, sed idē semper. in aqua verò ferventi non inditur statim frigus, semel si cōmouebimus eam flabello, vel paucis ictibus, sed oportet pluries, vt ambiens aer frigidus accidentaliter, seu ab extrinseco terræ frigore, vt Telesianè loquar, congregatus flabello continuò alter, & alter diù agens calorem expellat, & dum aqua mouetur feruens, partes eius magis subtiliatę faciliores reddantur, vt exalent, elabanturq. cum calore. & ideò aqua calefacta facilius congelatur, quia eam rarefactam promptiùs frigus ingreditur, caloremq. detrudit. Sed si in loco penitus frigore remoto poneretur aqua calida, credo seruabitur in illo calore, & magis si mouebitur ibi. non semper ergò motus generat calorem, vt hic putauit. sed quid opus sit, vt illum gignat Tel. in 4. explicat.

Idem dixit Marsi. Fic. super Timæum

2

R.

Præterea tunc primus vreret cæteros, si motus ageret calorem. Respōdet Telc. in his, quibus calor latet, motus excitat calorem, sed in calidis conseruat, dum sint omninò calida, ab his enim motus procedit, vt patet in 4. cap. 20. & seq. & ideò non vrit, nam cęteri apud eum sunt ęquè ignei, qui omnes se ipsis in esse seruantur, propriam edentes operationē, .i. motum. & ideò Marf. Fic. super Timęum. c. 25. ait, quo minùs alienæ miscetur materię ignis minus vrit. & verum est; nam ignis nō vrit ignē, sed id quod vult in ignem agere, quod videtur nosse Aristo. loquens de accensionibus, quæ fiunt propè ignem. & alienam materiam calor quātò robustior, tantò magis vrit, maximè si habet partes renitentes, sed si languidior, rarò vrit, vt habet Tele. in primo maio. cap. 13. examinemus, 3

modò

modò,quid dicit de cauſa ſenſus.

Non reſpondens argumento Marta,probat contrariũ eius, ſed apud
Arg. 1. Ariſt.1.Poſt.deducere ad inconueniens,non eſt ſoluere. ideò vult pro-
Mar.R. bare modò,quod calor non ſit cauſa ſenſus. Nam poſito calore in ani
mali non omnes ſenſus ponuntur ſemper.cui dicam,quòd ſufficit,vt po
natur vnus,vt tactus,quem omnes participant,vt Ariſt.placet & Tele.&
ſi alij ex aliquo impedimento, vel naturę materiæ opere impediantur.
2 Item ait tunc homo haberet ſenſus infinitos.Sed neſcit quid dicat.nũ-
quid homo habet calores infinitos,& ſpiritus infinitos diſtinctos?ſuffi-
R. cit ergò,vt per totum ſentiat vbi eſt calor incluſus. Nota tamen, quòd
Th.not. etiam Ariſt.ſenſus fit à calore,vt adduxit Tel. inſuper principium ſentiẽ
di pònit in corde in lib.de ſenſu. quia calidiſſimum eſt.Item 2.de anim.
t.130 nihil,ait,ſentitur ſine calore. Auerr. etiam ibidem,& in de ſenſu
ſubiectum animę ſentientis dicit,eſſe calorem. & in de ſomno,& vig.ait
vigilia eſt ſenſus in actu,ſed apud eum ibi, vigilia eſt opus caloris. con-
trarium dicit de frigore. & in abbreuiatione 4. met. ait inueniuntur in
corpore calor ſenſitiuus,mordicatiuus,& alij.Alb. & omnes Perip.idẽ
ſentiunt. Gal. autem & medici præſtantiores attribuunt ſpiritui calido
ſenſum. & Marta vi coactus concedit ſenſationem fieri à calore, quem
oportet concedere,& ſenſum,quæ enim calore carent, & ad terram ten
dunt nih ſentiunt. Ariſt. ideo aufert ſenſum primo de anim. t.79. ab
oſſibus, [illegible] s,& neruis. relinquo rationes Tel. quas hic homo nunquam
ſoluet.& Platonem in Timæo cum ſuis, ponentem, ignem non vrentẽ,
ſed moderatum cauſam ſenſus, & Democritum, & Leucippum ignem
ponentes ſenſitiuum. nam alibi.

Diſcutiendum eſt modò ſecundum,quòd propoſuimus, vtrum ca-
lor organum ſit alterius,aut ex ſe agat? ſed hoc aliqualiter ſupra proba-
uimus,& ſufficienter aduerſus hunc hominem. Sed quia ipſe adducit
quaſdam Teleſij rationes hoc probantes; nos eas adducemus illis tan-
Arg.1 Tel. tùm contenti,& ſolutiones ſuas deſtruemus.Dixit itaque Tel.nulla ſub
ſtantia rebus eſt indenda apud Ariſt.niſi illa cuius operatio apparet;
operatio enim facit cognoſcere formas 12.metap.t.14.ſed nulla opera-
tio entibus apparet,quin illa non ſit caloris, vel frigoris, vt in elementis
patet,& quę ab his fiunt; in igne enim nulla apparet operatio, quę nõ
ſit caloris,vndè ſi formam aliam ponunt, illa erit ocioſa, cùm non agat,
nec calorem inſtruat,ſemper enim calor eodem agit pacto tàm cõiun-
ctus igni,quàm alteri,licet ſit,vel eſſe poſſit variatio quòad fortè,vel im-
2 becillè agere.Item omne,quod generatur,vel à perfectiori, vel æquè per
fecto generatur.Sed ignis à calore fit ergò, ſi ignis forma non eſt calor,
tunc deterius,quod perfectum eſt faciet. idem faciet motus. Item ſi ca-
lor eſt organum animæ, quęritur,quo pacto anima eo vtitur,mittit ad
extrema quò opus eſt, reuocatque, & quomodo actiones eius intendit.

dum

dum opus est, vt contraria expellat, & remittit? itemq. calor cũ sit stupidus nil cognoscens apud Perip. quomodo obedit animę, & percipit qualiter vult ipsa, vt agat, quaue mensura? quod cum non fecerint Perip. vt declarent, & calor ex se operari apparet, per se agens est ponendus. Item 2
cùm omnes formę, & animæ sint longè inter se diuersę apud Perip. quo pacto omnes vtuntur calore, vt proprio organo, & tàm calori connexę sunt, vt sine eo operari, & esse non possint; quę quidem explicari nequeunt. Hæ sunt rationes, quas Marta adduxit ex Tel. reliquas prętermisit, & ideò nos has tantùm curabimus tueri ad huius hominis confusionẽ; nam aliàs de his dicemus, si cæptis fauerit Deus. sed videamus Martę responsa, & destruamus. Ait ad primum grauitatem, & leuitatem esse R.M. ad 1.
formas substantiales elementorum in propria natura, & ab his educuntur operationes: vndè leuitas est causa caloris. Item ait non quiuis calor potest facere, quę potest ignis, ideò non est substantia ignis, calor enim ignis vrit, sed naturalis digerit. Item, ait, ignis semper mouetur in propria sphera, ergò imperfectus, quia vt acquirat perfectionem. si dicis, quia calidus, tibi repugnas dicenti calorem esse motus effectum, nec idem potest esse causa, & effectus. Sed cõtra primum dictũ ex dictis Perip. Aris. Arg. Tho.
enim in 5. met. tex. 18. & 19. ponit graue, & leue in prædicamento quantitatis, & qualitatis, diuersa tamen ratione, vt ibi explicat Niphus. Item R.M.
2. de gener. 8. ait, graue, & leue non esse constitutiua principia elementorum, quia non agunt, nec patiuntur. Item ad substantiam nõ est per se alteratio, sed grauis, & leuis est alteratio, maior patet 5. physi. minor in 7. t. 11. vbi Auer. hęc vocat etiam qualitates. dicent, quòd possunt sumi graue, & leue pro actu primo, scilicet pro forma, vel pro secundo pro operationibus, quę sunt grauitare, & leuitare. Sed contra: nam Aristo. ponit in eodem genere graue, & leue non sunt principia, quia nõ agũt: 4
sed tàm pro actu primo, quàm secundo sunt huiusmodi. Item in 7. phy. alterationem in his ponit, sed non potest intelligi pro actu secundo, quia hic est motus, & consequenter ad motũ esset motus, quod noluit Arist. in 5. phy. igitur pro primo, non ergò primus est substantia. Item formæ 5
non sunt contrarię per se, sed graue, & leue sunt contraria. Item suscipiunt magis, & minùs, cùm sit in eis alteratio, vt probauimus, & ignis est magis leuis aere, vt dicitur primo cœli, & terra grauior est aqua, qđ declarat Arist. in 3. cœl. t. 9. item sensu percipiuntur, vt dicitur 2. de gen. 6
t. 8. & Auer. in 2. de anim. t. c. 108. & in 7. Phy. apponit cum Aristo. inter tangibilia, sed tu infra defendis, forma non sentiri. Itẽ formę sunt principia agendi, sed graue, & leue non agunt, sed sunt principia passiua, vt defendunt Thomistæ de mente D. Th. 2. physi. lect. 1. nec vales adducere ad hoc probandum authoritatem Auer. 2. de anim. & 4. cœl. nam circumloquitur differentias substantiales per hæc Auer. vt declarat Zim, & Suess. aliter sibi contradiceret in alijs locis. Item quod vni est accidẽs,

9 alteri non est substantia arguens contra Alex. dixit Auer. 5. phy. t.c.10. sed graue, & leue accidentia sunt in mixtis, vt patet. ergò in elementis. aliud dictum. s. leuitas est causa caloris, magis erroneum est, & ideò ar-
10 guo. dans formam dat consequentia, vt dicitur 8. physi. t.32. sed ignis generat ignem per calorem, qui est agens principium, vt dicitur 2. de ge
11 ner. igitur calor est causa leuitatis. Item graue, & leue sequuntur rarum, & densum, vt dixit Alex. Aphr. vt de gen. 2. lib. affert Auer. & vult Aristo. 3. cœl. t.9. sed rarum, & densum sunt effectus caloris, & frigoris, vt patet 4. met. & 2. de gen. item Auer. in 4. de cœl. c. 39. inquit, aer est magis graius, quàm leuis, quia causa grauis est humiditas, & leuis caliditas. Item,
12 vt dicitur 8. physi. non est alia actio grauis, & leuis, nisi vbi ciri sursū, & deorsum, & hæc passio est apud Thomistas, igitur non est leue causa
13 caloris. sed quid immoror? sensu patet omnia, quæ corripiuntur à frigore non commixto grauitati, etiam fieri grauia, vt in aquis, quę fiunt in aere à frigore per Perip. & non ibi frigus est in subiecto leui, & quę exuperat calor existens in subiecto graui etiam fiunt leuia, vt in ignib^9 nostris experimur. nec aliquis Perip. hoc somniauit, nec Platonicorum, ut patet in Timæo, nec alter Philosophus, & minus Achillinus, qui hoc debebat dicere cum ponat graue, & leue substantias, illud dixit. relinquo rationes Tele. nam proprijs benè conuictus est. Ad aliud dictū eius respondemus, quod calor ignis: ideò vrit, quia immoderatus cū sit statim attenuat, & crassam molem spolians subtili adustam relinquit, non enim agit paulatim, vt calor languidus, qui priùs in lentorem, mollitiem, viscositatem, & hanc in fluorem, sed è conuersò agit, ducens fluorem in viscositatem hanc in mollitiem, & hanc in lentorem, quem postremò agit in duram crassitiem propter suam uehementiam, vt ait Tel. 1. maio. cap. 21. & priùs quam agat interius partes externæ concalesc̄ūt, & spoliantur mollitie, sicq. durescunt valdè, & in crustam aguntur, quę actio vstio est. sed languidus calor, qui est in animali alio ordine agit priùs omnia penetrans, & partem hac mollitam non educit, sed alijs miscet opusq. suum perficit; sed ex hoc diuersitas non debet syllogizari, nisi magis, & minùs, vt Arist. fecit 2. de an. & cum eo Tele. etenim calor ignis blandus idem facit, quod naturalis, vt supra patuit. Aliud dictum eius nil est diximus enim omnia moueri per se à calore, & sic primus orbis. motus autem eius non est causa sui caloris, sed effectus, & operatio, qua calor gaudet, & seruatur. ita quod constitutiua non est causa, vt hic patet, sed quo pacto quandoque sit causa paulò antè explicauimus. hic autem homo non est audiendus. non enim valuit discernere inter motum, qui est secundùm naturam, & qui est regressus ad natu-

Ad 1. resp. Mar. ram. Ad secundum Tel. argumentum nesciens quo pacto respondeat ait illi: Dicis nobilius posse fieri ab ignobiliori, nec obstat quod agens exuperat dignitatem rei factę hoc est contra te ponentem facta agentis

naturam

naturam sumere,& tunc nobilis res ignobilis naturam assumet. Item ait,factibilis res antequam fiat,est imperfecta respectu ad formam sumēdam.Item ignobile nō habet dominium supra nobile, substantia igitur fit à substantia,vt causa principali,non proxima. in quibus verbis temere sine ratione prolatis ignorat propriam vocem; etenim Tel. ait nobilius non fieri ab ignobiliori apud Perip. arguens contra illos, etenim agens assimilat sibi passum,& causa effectum. Sed calor generat ignem,ergò calor est substantia,& agens principale,nè deteriùs faciat meliùs. & hic Marta idem probat,non intelligens Telesium. apud nos enim effectus causę est similis,& calor vt substantia omnia gignens ponitur, omniaq. entia,cum ab eo sint effecta,calida ponimus, præter terram opus frigoris.Sed de hoc diximus.verùm non possunt dicere,calorē,vt instrumentum ignem generare,& motus,vt instrumentum lapidis.lapis.n.nō est virtualiter ignis,apud illos,& calor absque igne existens generat.Sed dicebat Marta, quòd in animatis anima est agens principale,potentia operatiua instrumentum coniunctum magis,& calor coniunctum minùs. indè ait,instrumentum non opus esse, vt moueatur ab agente, sed illud operari concurrente principali causa. Et ex hoc vult solui tertium argumentum: anima enim operatur per calorem,sed non mouet illum. Sed hoc est contra Arist.in 8.phy.t.35.dicentem instrumentum mouere,quia motum est.& Auer.ibi tex.c.43. exemplificat de calore naturali,dicens illum mouere,quatenus mouetur ab anima,musculus,inquit, est motus tantùm à calore, calor mouet musculum,& mouetur ab anima,anima autem à nullo mouetur,sed mouet calorem. Item declarandum est illi,quomodo calor sit instrumentum animæ,& operatur anima per illum absque hoc,quòd moueat, & quomodo hoc fiat, vt dixit Tele in argume.t. :h c homo verò nihil respondet,quod Arist. i ō offendat.argumentum verò Tele.nihil resolutionis ab hoc recepit. Ad vltimum Tel.non respondet,quod erat,quo pacto tot animæ diuersę vtantur calore omnes vt organo vno,& illis sunt vnum facta, vt casum eorum,& ortum insequantur. dicit tantùm diuersas edi actiones, secundùm diuersitatem materię. & alia non digna recitatione,nihil ad propositum. ipse enim non percepit argumenta,nec respondet. Sed examinemus quid afferat Aristo.præter calorem. Hoc enim est tertium quæsitum,quod proposuimus.ex hoc elucescet Arist. aliud ab his principijs non inuenisse.

Th.

Mar.

Ad 3.

Telesius passim in suis scriptis adducit testem Arist. ex his principijs omnia fieri asserentem,& hoc præcipuè suadet in 1.min.c.56.& 2.mai.c.24.& seq.aliosq. testatur præstantiores ad horū,qui contrarium iniuste detinēt confusionē.& primùm Arist.in 2.de gen.t.6.& seq.indagans differentias elementorum,ac principia,ea esse, inquit, q̄ tangibilia sunt: quęrimus,ait,corporis tangibilis principia, quæ tāgibilia esse oportet.

hæc autem ſunt materia,& prima contraria calidum, frigidum, humi-
dum,& ſiccū,& ex his conſtituit prima corpora,vocata elementa.igitur
ſi ſubſtinebat aliam ab his ſubſtantiam ineſſe elementis,nobis ignotam,
debebat illam demonſtrare, & qua ex operatione cognoſcitur aperire,
vt in alijs fecit,& cùm ille ſit proprius locus, in quo de his Ariſto.per-
tractat,ſaltem admonere nos debebat, quòd altera ineſt his forma. ſed
ipſe contrarium nunquam propalauit à nobis,quinimmò paſſim appel
lat illas ſpecies,& principia,quod ſonat ſubſtantias, apud Ariſtote. nec
poſſibile eſt, quòd indagans principia ſubſtantiarum naturalium pri-
marum,eas non ſubſtantias poſuerit,neq. ibi,aut alibi, tanquam iners,
ignaruſq. neſcierit illas videre. Similiter in eodem lib.t.48.appellat ca-
lorem, & frigus ſpecies,differentiaſq. elementorum, & in 2.de part.ani.
cap. 1. vires elementorum eas dixit, ex quibus ſimilares partes compo-
nit,& nunquam meminit ſubſtantiæ alterius,quæ his imperet,vt hi vo-
lunt,nec monuit,quibus ex operationibus eſſet aſſequenda. Itē ibi quæ-
rit principia generationis,& corruptionis ſubſtantiarum,non aūt alte-
2 rationis,quæ oportet eſſe ſubſtantias,vt dicitur 12.met.t.13.& Aphro
diſæus Perip.princeps in 12.met.c.12 & in de ſenſu,& ſenſato,c.4.ſub-
ſtantias elementorum poſuit calorem,quo conſtituitur ignis,& frigus,
3 quo terra.Item Ammon.alter princeps Perip.calorem etiam febrilē ſub
ſtantiam poſuit in prædicab.& omnes quaſi Græci, qui melius Latinis
4 Ariſt.interpretati ſunt. Item Ariſt.non incuſat,vnquam Parmenidem,
quia dixit calorem,& frigus principia rerum omnium, ex hoc quòd sūt
accidentia,ſed vel quia non adduxerit vniuerſaliſſimam cōtrarietatem ,
vel quia non eſt venatus aliam cauſam efficientem,quæ horū cohibeat
vim. item nulla apparet operatio in entibus,tàm primis, quàm ſecūdis ,
quæ calori,vel frigori attribui non poſſit,& alij ſic.ſed omnia ab his cō-
ſtitui,perq; hæc operari ſpectantur. demonſtrent itaque Perip.aliā for-
mam nobiliorem ex quauis operatione,vel qualitate, & credemus illis.
5 atqui Alex.Aphro.in 2.de an.cap.31.& in lib.1. nat. quæſtionum qua-
6 litates formas ſubſtantiales elementorum præconizat.& Ioan.Gram.in
7 de ortu,& interitu,& 2.de gen.huic opinioni aſſentitur. idē hēt Olim-
8 piodorus 4.met.in princ.Hyp.in lib.de carnibus mirabilia de calore di-
9 cit,ipſū ſuaus eſſe ſubſtantiam.Galen.item in 1.de elem. cap.9.elementa
docet eſſe ſola materia,& calore,& frigore,alijſq. qualitatibus conſtitu-
10 ta.& addo Auer in paraphraſi.4 met. docentem ex his viribus elementa
componi,& in 12.met.t.c.18.inquit, declaratum eſt in lib. Perigeneſios,
quod alia virtus non ineſt igni, niſi calor. quiuis etiam Perip. elementa
componens alia ab his principia non affert, & ſi affert non demonſtrat
illa,nec quo pacto appareant,docet, niſi graue, & leue ponant, quod
11 ex Ariſt.mente,& Perip.reprobauimus.

Præterea Ariſt. ſecunda corpora conſtruens aliam ab his ſubſtantiā
non

non attulit.etenim 2.de gen.t.22.& 24.seq.docet ex elementis refractis imminutisq., & adæquatis in contrarietatibus mixta componi vult, & in 4.met.cap.1.docens horum generationem dicit,fieri ex calido, & frigido in materia,vbi saltem admonuisset si alteram afferri posse substantiam existimasset. Item animata perfecta constituens in 2.de gener.an. cap.3.inest,inquit,in omnium semine,quod calor vocatur.Item sponte nascentium principium animamq.calorem ponit:vndè in 3.de gen.an. cap.11.Generantur,inquit,in terra humoreq. animalia, quoniã humor in terra,spiritus in humore,& calor animalis in vniuerso inest, vt quodammodo omnia animæ sint plena.& in 4.met.t.13.dicit,putrefactis facillimè ingenerantur animalia,quòd excreta caliditas componit corpora,modò ei anima corpus componit,& 10.probl.sect.24.calor,inquit, è concretis humorem generat,& ex humore spiritum creat,ex quo elicitur animam à calore gigni,cũ spiritus in omnibus sit. Si igitur Perip. Arist. decretorum sint memores,aliam non indant rebus substantiam oportet,tùm quia nec apparet alia ex quapiam operatione.vndè Aristo. loquens de plantis nullam his dat formam,nisi vegetatiuam hac vsus ratione:quia.s.alterius operatio non apparet.Item caloris naturalis extinctio est putrefactio substantiæ 4.met.t.6.

13 (beside "Item animata perfecta…")
14 (beside "nascentium principium…")
15 (beside "dammodo omnia animæ…")
16 (beside "oportet,tùm quia…")

R. Mar. Ad primas authoritates rationes probatas inducentes Marta nõ aliter respondet,sed tantùm dicit calorem,& frigus esse qualitates,& principia elementorum,inquantum sunt actiua,& passiua, sed non vt substantiæ. & ideò ad generationes mixtorum construendas elementa cõsiderauit,quæ vt sic sunt actiua,passiuaque, & per contrarietates has diffiniuit ipsa. de elementis autem, quatenus sunt substantiæ pertractare pertinet ad metaphysicum.substãtia enim,& accidens sunt entis differentiæ,& sic appellauit Alex.calorem,& frigus substantias, ait, non aũt simpliciter. etenim elementa,inquantum substantiæ,non sunt contraria; ignis ait Arist.non agit inquantum ignis,inde sensu. sicq. vult intelligi etiam dictum Auer.4.Met. aliter transmutatio in calore esset substantialis,quod cum in mixtis negetur negabitur in elementis.Sed hęc

Th. verba Telesi. argumenta non soluunt,nam hæc homo accepit à Zim.in sol.vltimæ contradic.super 4.cœli,& Arcan.Mer.in suis dilucidationib. horum Theorematum.& nesciuit ad solutiones proprias accommodare; immò nec possunt cum sint pura figmenta: nam eiusdem scientiæ

Arg. 1 est considerare de passionibus, & de his cuius sunt passiones, vt dicitur 4.met.t.3.igitur si naturalis considerat de his qualitatibus,ergò de substantijs quarum sunt passiones. Item qui aliquod subiectum cõsiderat,

2 oportet pertractare de partibus,passionibus,& principijs, vt in illo lib. 4.dixit Arist.ergò ad philosophum pertinet tractare de materia,& formа elementorum, sed alia forma à calore, & frigore non est allata,nec innuit eam esse, igitur non est,nisi hæc contrarietas,quæ forma,& spe-

cies elementi Aristoteli appellatur. Item in 6. met. t. 1. Aris. dicit, natura lem considerare de substantia mobili, & in tex. 3. inquit, si non esset alia substantia à sensibili, & naturali, tunc physicus, qui eam considerat esset primus philosophus. Ecce, quòd Aris. vult, physicum considerare de
1 substantia, vt mobilis saltem, igitur considerat de elementis, vt substantiæ sunt, & non tantùm, vt agunt, & patiuntur, vel si non poterat mani-
4 festari illa substantia debebat Aris. dicere, quòd est. Item multi sunt Perip. vt Thien. in 1. physi. & Ant. Tromb. 6. met. q. 2. ponentes obiectum physici esse substantiam sensibilem, mobilemque, & alij concedunt saltem esse obiectum secundarium; ad quid ergò non est physici de substãtia considerare? nonnè Auer. in prologo physicorum cum his sentit?
5 item mos est Aris. vbi principaliter de aliqua re tractat, ponere materiã eius, & formam, passiones, & principia; igitur considerans de elementis, in 2. de gen. principaliter, & in tota philosophia, cur non meminit alte-
6 rius substantiæ? Item sequeretur, quòd philosophia naturalis tantopere Perip. præconizata consideraret tantùm de accidentibus rerum, & nõ
7 de substantijs, si de his attinet ad met. Item actio competit per se primò agenti principali, & instrumento secundariò, igitur elementa sunt actiua, & passiua per formas substantiales primò, & per instrumenta, q̃ sunt contrarietates illorum secundariò; igitur si Aris. considerat de elementis, vt agunt, & patiuntur, cõsiderat de formis substantialibus, à quibus actio, passioq. prouenit, quęq. his instrumentis vtuntur, quod non fecit, si hanc positionem tuentur, igitur doctrina eius nulla, cùm considerret tantùm de accidentibus, & actionibus à secundis causis, & per accidens prouenientibus, & ad substantias conficiendas, primaq. corpora accidentia afferat; & ad alterationem incurrit, putans de generatione pertractare; quod cùm, absit, dicant Perip. absit debent dicere, nè substã
8 tiæ sint calor, & frigus Aristoteli. Item Auer. 12. met. t. c 24. ait, effectus non assimilatur instrumento, sed agenti principali, sed omnes effectus sunt calori, & frigori similes alteri nulli, igitur hęc non sunt instrumenta. Ex his etiam patet, quòd ad met. non pertinet considerare de omni-
9 bus rebus, & de elementis, vt substantiæ sunt, nam cęterę scientiæ superfluerẽt, vel de accidentibus, & operationibus rerum considerarent, nec de his, nam substantia, & accidens etiam sunt entis differentiæ. tùm etiam, quia Aristo. 4. metaph. tex. 1. 2. & sequen. ait, primum philosophũ de omnibus rebus considerare, vt sunt entia, idem ibi dixit Aphrod. & omnes Perípa. vnde S iess. in primo tex. ait, de igne considerare meta-
10 physicum, vt ens. Item sic dicentes inculant Aristotel. inertiæ, inscitiæque, cùm in metaph. de substantijs elementorum, primorumque corporum, de quibus maximè opus erat, non pertractauit, & stolidũ efficiunt, dum, monendos nos esse de hac re, non considerauit, nec in physica, aut metaph. vel timore propulsum, quia ignorabat, illam manifestare,

ex

ex quibus operationibus assequenda foret, calamo perpecisse, insinuãt, diminutumq́ue maximè, cùm effectibus propriam causam, cui similes videri debent, nullibi assignauerit; non aliam ergò potuit afferre substãtiam, aut principia, prçter calorem, & frigus Aristo. nec vllus Perip. quin Albertus, qui doctorem Aristo. supplementum facere videtur, alias substantias manifestare, non valuit; quamuis quandoque eas esse enuntiauerit, passimque sibi contrarius videtur; & ideò Auer. in 12. metap. conuictus, igni aliam virtutem à calore non ferri ab Arist. dixit. illud, quod dicit de Alex falsissimum est, semper enim calorem, & frigus substantias elementorum ponit, rationibusq. probat, quas soluit Auer. tàm in allegatis locis, quàm in 8. met. t. 5. Insuper illud, quod dixit Arist. in de sensu, & sensato, scilicet ignis non agit inquantum ignis; inquit Alex. hoc ideò est, quia ignis, inquantum ignis, integratur ex materia, & forma, quę est calor, modò ignis non agit per materiam, quia hęc expers est actionis, sed tantummodò per formam; igitur nõ agit, vt ignis totaliter: ecce quomodo Alex. ponit calorem substantiam. quod dixit Gandaue. Alex. loqui conditionaliter in de sensu, est erroneum, nam qui perleget Alex. cathegoricè loqui, intuebitur: & magis errat Zim. inquiens, esse in vocibus contrarium Alex. Auerroi, non in mente; Auer. enim ex professò arguit contra eum in 5. phy. t. 10. & in metaph. pluries. item, inquit Niphus in 8. met. t. c. 5. Temistius. Simpl. Philop. vt Auer. meliùs Gandauensi, cui addo, Zimarra, & Marta, legerunt, & intellexerunt dicta Alex. & tamen omnes illi hanc adscribunt sententiam. nec rationibus illã probasset Alex. Aphrod. si menti horum non dissonaret. Solutio ad dubium de aqua calefacta, quomodo frigefiat, quę est, q̃ a se ipsa, falsa etiam est; nam ex frigore ambientis reducitur, quia sic rarefacta, citiùs occupatur, quia in corpore densiore rarefacto magis frigus imbibitur, ideò frigidior ambiente fit aqua calida. & fortassis, si poneretur in calido ambiente, & non frigido, non fieret frigida. nec opinio eius est à Perip. probata; inquit. n. Aris. 9. met. t. 2. nihil potest generare seipsum, sed aqua remissa in frigiditate, remittitur etiam in substantia, vt dixit Auer. 3. cęl. t. 67. & cum eo alij multi, igitur si reduceret se ad frigiditatem aqua, se reduceret ẽt ad substantiam. & consequenter se generaret. & dictum Auer. etiam tu Marta inferiùs concedis. Ad dictum Ammo. respondet, vt priùs, sed satis est reiecta illa respõsio, tùm quia in 5. phy. t. 5. dicitur, albedo non est albificatio, ergò calor corrumpens non erit corruptio, tùm quia, si sit corruptio, vt volunt, & ad eum est motus per 7. phy. t. ij. tunc mutationis esset, mutatio contra Aris. 5. phy. t. 10. aliasq. rõnes adduximus, quas lector vide. ad aliud, quòd Aristo. non inculauerit Parmenidem, dicit Marta, quòd hoc suppositum est in philosophia, accidens non esse causam substantię, & non quæsitum, vt probatur per multas authoritates; & ideò Aristotel. non curauit reprehendere illum.

Margin notes (right): 11 (beside "gatis locis, quàm in 8. met. t. 5."); 12 (beside "in vocibus contrarium Alex."); 13 (beside "fessò arguit contra eum"); 14 (beside "te, & non frigido"); R.M. ad dic. Amm. Th. (beside "Ad dictum Ammo. respondet"); R.M. Tho. 1. (beside "menidem, dicit Marta").

Sed

Sed hoc dictum est purus error. etenim Aristo. contra negantes sua principia.& supposita, in omni principio doctrinæ arguit contra illos, indutus habitum metaphysicalem, vt aiunt expositores; vt patet 1.phy. 1.de an.de gen.met.de cœlo,in metaph. & ēt in paruis naturalibus, igitur si hoc esset suppositum,negatū à Parme. Aris. damnasset illum,seq. 3 tutatus fuisset. Item supposita,tunc non probantur, cùm ab aduersario conceduntur,sed cum negantur à primo philosopho, vel dialectico probantur,vt elicitur ex 1.phy.t.8,& 8.t.c.22. 3.cœl.c.4. igitur Aris. saltem in met. contrarium huius probasset,præsertim verò, quia leuiori de causa incusat Parmenidem,& alios antiquos, vt vbique reconciliat Simpl. & Suess.qui insuper in 7.met.disp.11. postquam Anaxagoram Aris.conciliauit,inquit,veteres benè interpretati non sic tumulenter loquūtur, vt ignari audiunt,& nos quandoq. demonstrabimus,iniustè ab Aris.dānari,qui ēt propter modum loquendi eos reprehendit, quantò magis ergò Parmen.lacerasset,quia dixit accidens principium substantiæ, inq. re tàm graui attendisset. sed ipse sępè vtitur his principijs, nec alia adduxit,nec potest quis inuenire; difficile est enim commentari falsa. Idem dicit de generatione,quòd fit ab his principijs, tanquam ab instrumento,sed nos reprobauimus istud ; nulli enim obediūt calor, & frigus,nec eorum alteri effectus sunt similes. Ad authoritates Aris.ponentes,à calore animata constrùi,inquit,cùm anima omnis, pręter intellectiuā, sit immersa materię,non potest perficere actionem suam sine organo corporeo,ipsa aūt est in semine in potentia, semen quippè habet virtutem animatam,quę figurat,organizatq. corpus, & hic calor animalis,& calor relatus ad Solem constituunt corpora, generantq.: vndè calor seminis est efficiens generationis principium,non igneus,ac impotens est ad generandum absque Solis calore,& Stellarum. Inde dicit Aris.velle,in semine esse partem aeream formatiuam,quæ spiritus appellatur,hęcque subintrans menstruum,quo cum miscetur, causans ebullitionē, tumorem,& ampullas,priùs efficit cor,deinde efformat cętera membra,perfectaq. tota formatione membrorum,ac generatione,elabitur spiritus ille flatuosus,& corrumpitur. Post hęc vult, vt duplex sit calor in semine .s.concretiuus, qui est ipsum semen calidum, quod est instrumētum,vt producatur alter calor,qui spiritus est, proportione respondens elemēto stellarum,quo educta anima,concurrit in triplici genere s.efficientis, formalis,& finalis. hinc,ait,calor non est actus,nec actuat, cùm nō sit substantia. Pro quo notat ex Nipho, quòd potentia actiua dupliciter sumitur,vno modo pro proximo principio effectiuo operationis,vt qđ & sic calor actuat,non tamen est propriè potentia effectiua, quia non perfectè,sed potiùs dicetur principium effectiuum; nam illud cōsequitur actum. alio modo sumitur pro principio effectiuo proximo, vt quo habente statum potentię, & tunc completè rationem habet potentię

R. Th.

R. Mar.

actiuæ: potentia enim actiua duo includit.f.rationem causandi,& conditionem, quoad primũ dicit actum,vt actus est,quoad secundũ dicit potentiam,vt potentia est,& ideò in actu tantùm potentiæ admixto reperitur potentia actiua propriè. Et si illi obijciatur per illud 12.met.oẽ factum est ab vniuoco,cuiusmodi non est calor cœlestis. Respondet,ꝙ non est opus, vt forma agentis sit in eadem materia cũ patiente,vt patet de domo in mente artificis,ideò calor cęlestis animalis gignitur à calore cœlesti alterius materiæ,& quod ipsum generat,est virtus separata, cùm agat absq. instrumento corporeo,& hoc declaratum est esse intellectum.Hęc Marta producit ex dictis Auer. vbi multos errores cõmittit, minimèq. ea capere posse videtur. Et primò non potest esse verum, ꝙ Th.
anima inexistens in potentia, tàm primum adijciens, quàm secundum 1
actum apud Aris.2.de gen.an.cap.1.vtatur organo.f.calore,quo agat;&
quomodo agens,non tangens,nec existens ibi,vtatur organo, & orga- 2
num cognitionis expers,exequatur id,quod anima,non ens, nisi potentia,vel ens absens,vt in patre,vel cœlo,imperauit? res sanè non imagine comprehendenda. siq. velit,potentiam formatiuam,& generatiuam vti organo,error est in eorum via; Auer.n.in 7.met.c.31.ait,hanc virtutem
quodammodo diuinam.similem intellectui, non vtentem organo cor- 3
poreo:quæ vt probat Suess. contra Auer. super illo tex. non est aliud, nisi calor seminal s de mente Aris.& Alber.in 7.met.trac.1. cap.13.ait,
eundem calorem seminalem esse,qui agit virtute cœlesti, & complexio- 4
nali corporis,vndè semen est decisum,& virtute animæ formatiua, cuius fuit semen,qui vocatur quandoque ab Aris.intellectiua virtus,quia mirabili arte ac certitudine agere videtur:& ex hoc apparet falsum esse, quod dixit Marta,ab extrinseco prouenire hanc virtutem,& esse immaterialem;nec potest ostendere Marta,quo pacto illa virtus tot,tantaque exerceat opera.Sed dicit Aris.ꝙ semen,seù pater indens illi virtutẽ,principium sit generatiuum, mestruũ in animal efformans:quod falsum esse ex eo patet,quia cum agens non contingit organum,quo agit,minus
eo vti potest,nec illud obedire.quomodo ergò pater per virtutem, quã 5
semini dedit,agere potest in vtero?ait Aris.in 2.de gene.an.cap.1.pater
menstruum mouet sanguinem per motum,quem semini indidit.falsum 6
magis est hoc,siquidè virtus mota in semine, quæ alia non est visa Aris. nisi calor seminis,vel spiritus,qui est tenuissima pars illius à calore constituta,iuxtà Gal.& illa virtus carens est cognitione,imperfectusq. motus est inditus ei ab agente; quomodo perfectissimum ipsa indet patiẽti? quinimmò imperfectissimum indere videtur,ita quòd nunquam similem patri generabit effectum.

Præterea si pater mouens in generatione perfectissimo motu, aptissimoq. non potuit,educere animam,ac simile sibi procreare, lõgè minùs poterit virtus in semine, ac semen ipsum calidum lãguidiùs agens exi-

tens,

stens,ac diuersæ naturæ, alienaq. agens vi, nesciumq. imitari principa-
8 le,& agens in materiam repugnantem.s in menstruum, quam reiecit a-
nima nutritiua fęmellæ,desperans illam innutribilis substantiam inuer
tere. Item quomodo debilissimum agens semen in respectu ad animam
9 poterit conuertere in ossa,sanguinem, & neruos menstruum illud; qđ
non fuit possibile à potiori agente in rem magis sibi cognatam.i.ab ani-
ma in actu fęminę in sanguinem purum inuerti? Item quomodo semi-
10 nis virtus in sui destructionem agit,dum conficit fętum,cuius adueniē-
te forma,ipsa cessabit,& extinguetur,aut ex se, vel ex obedientia, quam,
ignara existens,etiam seruat agenti? Euidentiùs malum est id, qđ aiunt,
11 cor esse primum,quod generatur in animali; aliud enim per anathomiā
experiuntur medici,in ouis gallinarum parùm concalefactis,& in abor
tis,vbi priùs secernunt neruos,& arteriolas, partesq. exangues, deinde
verò sanguineas,vt epatem,& cor;quod benè probant medici, & opti-
12 mè Tel.in 6.lib.quorum dicta euertere hunc hominem oportebat,si ra-
tam esse velit sententiam suam. quod ait,calorem non actuare, erroneū
est; videtur enim substantia esse,ac iuxta proprium ingenium agere,spi
ritumq. efficere: nec alia potuit Aristoteli, vel Galeno, & cuiuis alij in
generationibus afferri,vt probat Tel.in 6.& vbique. Item distinctio de
duplici calore apparet ex Tel.esse falsa,& nos supra meminimus. & si.n.
Sol videatur agere in fętum,agit,vt fouens cognatum sibi calorem,si est
blandus Sol ibi,constituentem illud opus: & hoc manifestum est ex eo,
quia quandoque immoderatus Solis calor fętum corrumpit,& idcircò
ait Suess. 12.met.t.c.18.de mente Auer.ibi, & astrologorum, quòd So-
lis calor à cęteris astris recipitur, & modificatur eius excellentia ad di-
uersos effectus. Nec etiam non debet videri igneus calor seminis ex hoc,
quòd viuificat,vt arguit Auer. visus cùm sit ignis, etiam viuificare, gi-
gnereque. omnes igitur calores nō sunt alij à Solis calore, omnes eos-
dem effectus agere visi in quantitate eadem, & diuersos in diuersa mate
ria,& vi,& resistentia: cuius contrarium Perip. nusquam probare vale-
bunt. Illud etiam dictum de agente vniuoco, allatum à Marta, nullum
13 est,calor enim non cognoscit apud Perip. ideoque non habet ideam rei
faciendæ,vt artifex. quapropter non possunt adducere, quid sit agens
ęquiuocum;nam dicam,omne agens sibi simile virtualiter facere, & si
è contrariò dicunt,quòd non possunt, tunc omne agens erit vniuocū,
etiam semen,cùm agat simile virtualiter,non formaliter,visum cùm sit,
instrumentum non esse generantis ex parte sui caloris; veluti etiam erra
14 tum est,quod adducit de principio operatiuo,& potentia, est enim di-
ctum voluntariè.quod enim est operans, potens est operari, & ideò est
potentia operatiua;& potentia operantia est ēt principiū operās.sed nos
non disputamus de vocibus.nullum igitur figmentum Perip.potest sua-
dere,calorem non esse actiuum principium ex se,principaliterque.

Telesius in 1. min. cap. 57. & 2. maio. cap. 26. destruit illam maximam Perip. s. substantiæ nihil est contrarium: vndè procedunt, ergò calor, & frigus non sunt substantiæ. & hoc est quartum, quod discussuri sumus. huius contrarium; itaque Tel. probat non solùm ex eò, quòd patet ad sensum, sed ex ipso Aris. qui vi veritatis coactus, hoc enunciauerit sæpè sępiùs. inquit Teles. contraria sunt ea apud Aris. quę apta nata sunt fieri circa idem successiuè, at simul esse nequeunt, vno quippè adueniente, expellitur reliquum; sed formę substantiales sunt huiuscemodi: valet consequentia per locum à diffinitione positum in Top. probat min. namq. ideò fit generatio, & correptio entium, immutatioq. tàm in elementis, quàm elementatis apud Perip. quia substantiæ omnes, existentes in potentia materiæ, appetunt idem subiectum, & contrarijs gaudent operationibus, & dispositionibus; & cùm substantialis forma vna, vnam partem materiæ occupauerit, altera expellitur, dumq. viget, non finit, se ab altera expelli; igitur si nolint, simul esse formæ, taliaque faciunt, sunt contrarię. Dicunt, quòd qualitates agunt contraria, & hæ sunt contrariæ. Sed falluntur. nam, quæ vtuntur organis contrarijs, sunt cõtraria, & operibus contrarijs gaudent. Item principaliter actio procedit à forma principali, & ab agente principali, effectusq. principali causæ assimilatur, vt paulò antè diximus de mente Perip. igitur si contrariæ operationes sunt, multò magis erunt formę contrarię, quàm instrumenta. Item propter quod vnumquodque tale, & illud magis per primum est. Sed instrumenta sunt contraria propter illa, quorum sunt instrumenta, propterq. quæ operantur contraria opera, igitur illa sunt magis contraria, & hæ sunt formæ substantiales, quas ponunt principales agẽtes; à quibus (si sunt, vt volunt) dependent instrumenta inesse, & conseruari, & consequenter inagere: & mirum est, quomodo actio non attribuitur apud illos principali agenti? cui si non attribuunt, illud non datur; operatio enim facit cognoscere formam; & si attribuunt, & magis illi, quàm organo, & contrarietas operationum est, ergò, & agentium principalium, aliter nulla esset via venandi rerum naturas. & si contendant hoc figmentum contra propria decreta, vt nunc nos patefecimus; sequetur, quòd Tel. irridet, quòd forma, quę natura est, sit iners, insciaq. eò, quòd effecerit sibi instrumentum, contrarium alteri formæ, cui ipsa nõ est contraria, & consequenter sibimet contrarium, quę illud instrumentum operatur; item sequetur, vt comparauerit sibi organum, quod sibi non obtemperat, sed ipsa illi; quod est deterius; nam videmus omnia elementa, & elementata, vocata à Perip. agere iuxta ingenium caloris, & frigoris, illisq. parere, sed non è contrariò, vt supra substinuimus. Item quæcunq. generantur, à simili generantur, & quæ corrumpuntur, à contrario corrumpuntur, & corruptio vnius, alterius semper est generatio, inquit Aris. 2. de gen. igitur si formę substantiales, quibus per se primò competit, agere simile sibi, & omnes edere actiones per Aris. non sunt

Arg. Tel. 1.

2

3

4

5

6

7

contrariç, tunc non erit perpetua, nec aliquo tempore generatio, quod
8 non vult Arif.1.de gen.&alibi. Dicunt, quòd generatio, & corruptio fiunt
à qualitatibus contrarijs. Sed contra est Arif. uolens, generans per formam
substantialem, sibi simile efficere in 3.phyfi. igitur cum generans
9 corrumpat, & forma semper est mouens (vt dicitur ibidem) ergò non
sunt qualitates, nisi secundariò; quod si nolint, contradicunt Arif. omne,
10 quod fit, ab vniuoco sibi fieri 7.met.t.28. Dicunt, quòd qualitates
agunt virtute formarum substantialium, sed error hoc est; nam ait Arif.
2.de gen.t.56. contrariorum contrariç sunt causæ, igitur qualitates contrariç
emanant à substantijs, quas oportet, esse contrarias; quod negare
non possunt, cùm qualitates illç oriantur à principijs formalibus, & essentialibus.
Sed capti præstigijs Arif. Perip. inquiunt: quæ nam est con-
11 trarietas inter formam hominis, & equi, quibus Tel. contradicunt hi, inquit,
Arif. qui in 2.de ani. t.26. incusat pythagoricos, animam quamlibet,
cuilibet corpori indentes, vndè si forma equi non potest educi, nec
fieri in materia, vbi apta nata est fieri forma hominis, nec simul possunt
inesse, contrariasq. operationes edere visæ, & contrarijs gaudere, contrarias
esse eas oportet. vt enim dicitur 10. met. t.12. repugnantia forma-
12 rum est omnis oppositio. Item Arif.1. phyfi. ponit principia actiua formalia
valdè contraria tex.42. & in 48. inquit, manifestum est, agentia,
formaliaq. principia contraria oportere, poni; omnes etiam antiqui veritate
13 coacti, contraria fecere. Item in 2. de gen.t.6. inquirens principia
primorum corporum contraria; nec sapit verum, vt demonstrauimus,
quòd Arif. ibi non inquirat principia substantialia, sed accidentalia, generans
substantias primas; tum quia non nominasset ibi materiam primam
ipse, & Auer. nec generationem, nec principia prima, & species,
differentiaq. elementorum, sed subiectum, alterationem, principia secun-
14 daria, & qualitates. Item paulò post, ait, aer maximè terrç cõtrarius est,
& aquç ignis, & ideò hoc, quia formç substantiales sunt contrariç, alitèr
si de qualitatibus locutus fuisset, enuntiasset, horum qualitates esse con-
15 trarias illis illius, & his huius. Item Arif.1.cœl. probat, substantiam cœli
non corrumpi quia non habet contrarium, & hoc ex operatione indagatur
in t.24. Item Arif.2.de gen. substantiam dicit, substantiç con-
16 trariari. Idem in 10 metap. Nota tamen, quòd hæc argumenta procedunt
contra Arif. ex dictis Arif. nè assumas, vt arguas contra nos, quòd
seruari volumus in omnibus argumentis nostris, & Tel. Deinde Telefi.
ait, his argumentis, credo, motos Perip. qui dixerunt substantiam, quæ
est composita, non esse contrariam cõpositæ, sed benè contrariam simplicem
simplici, vt ignis aquç, quç opinio est Aphrodisçi, quam impugnat
Tel. quia si simplices sunt contrariæ, contrarias oportebit esse cõpositas,
cùm ab his fiant, licet refractis; & hanc consequentiam probari
volumus ex his, quæ diximus, nec potentia formas simul esse cõtrarias,

& ex his, quæ dicit Tel. in 3. lib. cap. 31. & 40. & seq. rationibus et D. Th. & Aegidij probantibus, nec intensa, nec remissa contraria simul esse. Affert aliorum opinionum, magis consonam veritati, sed non Aris. quæ dicit, substantiam substantiæ non esse contrariam, quoad materiam, & subiectum, secus enim non reciperet contraria, sed quoad formam, nihil obstat, esse contrariam. quæ sententia videtur esse Auer. 1. physi. tex. cap. 52. à qua nos nil deuiamus. Marta autem non intelligens, qua de causa induxerit has rationes Tel. dicit sic. Telesius volebat, quòd si Aris. voluerit calorem, & frigus esse substantias, nunc ostendat, quomodo si sunt substantiæ possunt habere contrarium. in quibus verbis erroneus est, nesciensq. quid dicat. Tel. enim soluens ibi argumentum, vt exposuimus, contrarium eius, quod assumebatur, probat. Posthæc Marta reprobat illas expositiones, quas attulit Telesi. nesciens cuius sunt Perip. quas Tel. laudat, & vnam approbat veritati quadrantem, licet non Aris. & ideò impugnatio Martæ est nulla ex Aris. decretis oriens. vndè Auer. dixit 5. phy. t. c. 10. nullum inconueniens sequitur in natura, si ponatur contrarietas in substantijs, sed tantùm destruetur iuditium Aristo. Ad rationes Telesi. & nostras modò recitatas non respondet Marta, nisi ad quasdam tantum; & primò ad illam de principijs contrarijs positis ab Aris. in 1. physi. respondet cum Ioanne de Gandauo, quem non nominat, quòd duplex est contrarietas. s. propria, quæ est repugnantia duarũ formarum, positiuarum in eodem genere prędicabili existentium, & sibi inuicem succedentium in eodem, & hæc est perfecta, quando est extremorum, imperfecta, quando mediorum; altera est impropria. s. habitus, & priuationis; quę secundùm excessum, & defectum dicitur. Tunc dicit, quòd cùm Aris. dixit principia esse contraria intellexit contrarietate propria, sed imperfecta; vel impropria, quæ est habitus, & priuationis. Sed contra. Nam ibi est contrarietas imperfecta per Martam, vbi medium repugnat extremo, vel medium medio, sed vbi est dare media, ibi est dare extrema finitis in entibus, vt etiam 2 metaph. dicitur, ergò, si in substantia est contrarietas imperfecta, quę est inter media, erit etiam perfecta, quę est inter extrema, vt si est imperfecta contrarietas inter mixta, vt inter lapidem, & lignum, perfecta erit inter ignem, & terram. Item vbi est dare media, & extrema, danda est intensio, & remissio, cũ ab vno ad alterum tenditur extremum per medium; igitur si sic (vt ais) tũc substantię suscipient magis, & minùs, cuius contrarium substentas mox inferiùs. Sic etiam si ponatur contrarietas impropria sequetur nostra sententia, quòd sit contrarietas formarum; nam priuatio est forma abijciẽda, vt probat Tele. in 3. lib. cap. 4. de mente Aris. habitus verò est forma generanda, & vtraque contrarijs gaudet proprietatibus, igitur sunt cõtrarię: dicetur, quòd priuatio tenet locum ignobilis contrarij, sed non est verum, nam quandoque forma abijcienda est nobilior generanda,

Mar.

Th.

R. Mar.

Th. Arg. 1.

2

3

vt cùm ex homine fit cadauer; tùm quia si sic, non erit alia hæc contrarietas substantiæ à contrarietate propriè dicta; etenim inter calorem, & frigus apud Perip. est contrarietas propriè sumpta, & tamen Aristo. 12. metaph. tex. 22. calor, ait, habitus est, frigus priuatio. dicent forsan,
4 priuationem esse non ens; hoc contradicit Aris. in dicto loco, & alibi, vt probat Tel. & superiùs diximus nos; non enim potest defendi, nō ens esse principium entis in via Aris. Sed fingebat Alb. in 5. phy. tract. 1. c. 4.
R. Alb.
5 quatuor requiri ad veram contrarietatem: Primum, vt sint actiua, & passiua per se contraria, vt calor, & frigus; vel per priora, vt mediæ qualitates; secundum, quod formę non sint simpliciter simplices; tertium, vt habeant medias; quartum, vt mutuò se expellant: quæ substantialibus formis non competunt. Sed prętcrquàm hęc dicta non conceduntur à suis, etiam errat; etenim substantijs hæc congruunt. Primùm quidem, quia ignis, & aqua sunt per se contraria apud Aristotel. vt allegauimus modò; sed dicit, hæc elementa esse contraria per posteriores qualitates. errat; namq. formæ causę contrariarum, sunt magis contrarię;
6 mag's enim simul sunt fuscum, & pallidum, quàm album, & nigrū, quę horū sunt causę; igitur magis contrarię sunt formę substantiales ignis, & aquæ quàm calor, & frigus, quæ sunt harum passiones, & effectus, vt idem Alb. in dicto loco vult. Similiter secunda conditio elementis competit; non enim habent formas substantiales simpliciter simplices, sed intensibiles, & remissibiles, vt tenet Auer. 3. cœl. tex. com. 67. à quo non dissentit Alb. in eodem lib. tract. 2. cap. 8. & hinc sequitur tertia cōditio, quòd habēt medias; & quarta patet; etenim ipsis oculis intuemur nos, & non minùs Aris. elementorum formas mutuò se expellere ab eodem. Sed sciendum, quòd in hac re Perip. quasi omnes veritatem perceperūt, tamen iureiurando dictis Arist. in prędic. obstricti, varias propalarunt sententias. vndè Ganda. in 5. phy. q. 3. vult, substantias esse quodammodo contrarias, & ex Auer. elicit Aris. locutum fuisse dictis aliorum famosis, non proprijs. verum tamen volens Aris. saluare, ait substantias non esse contrarias saltem verissima contrarietate: quod ideò est, ait, q̄a non immediatè agunt ininuicem, sed mediātibus qualitatibus: sed hoc
Ioan. Gan.
7 reprobauimus; etenim qualitates fluunt ab essentialibus principijs, & substantijs. vt dixit Alb. 1. de gen. tract. 6. cap. 5. & Perip. omnes subscribunt, suntq. instrumenta immediata, & vires passionesq. earum calor. s. ignis, & frigus terræ, & magis quàm risibilitas à rationalitate; nam rationalitas nōn agit opera sua per risibilitatem; igitur formæ substantiales à quibus hæc fluunt, sunt magis contrariæ. Marta volebat respondere argumento Tel. quod erat ex eo, quòd differentiæ diuisiuæ generis substantiæ, sunt contrariæ. Sed hoc non explicauit Telesi. tamen impotens hic Sciolus, vt alia soluat, huic dicto satisfacit dicens, quòd in his est cōtrarietas impropriè, & metaphoricè, quatenus vna differentia, quæ im-
R. Mar.
Ad aliud.

per

perfectior est, tenet locum priuationis, & quæ perfecta, locum habitus: & hoc patet, quia simul, vel successiuè non possunt informare idē subiectum. sed nulla est responsio: apparuit enim, quòd si hoc esset verū, nulla daretur propria contrarietas, semper enim vnum contrariorum est nobilius altero. sufficit autem nobis, quòd contraria sint incompossibilia, mutuoq. se expellant, quod in differentijs generum verificatur, etiā testimonio Aris. inquientis in 2. de an. t. 26. quamlibet animam cuilibet corpori non esse inducendam, nec quispiam Perip. concederat, posse simul stare animam equi, & hominis. Dicebat Marta, ideò differentias nō esse contrarias, quia successiuè non possunt occupare idem subiectum. dicimus ex hoc magis esse contraria; nam contraria differentia, formaque à qua hæc sumitur, taliter indispositum subiectum reddit, quæ ibi benè radicata erat, ineptumque efficit ad aliam contrariam suscipiendam, educendam ve de illius potentia apud Perip. loquendo, vt nequeat illam, nisi pluribus mutationibus mediantibus, recipere, quibus aptum ad eā fiat, item cùm aliquid non potest, aliud consequi immediatè, illiq. est incōpossibile, contrarium est ei magis, quàm quod potest sequi, licet sit incōpossibile illi, vt patet inductiuè, & si quod præerat post inesse post illud immediatè, quod sequebatur, multò minùs erunt contraria illa duo, q̄ cùm eo, quod non potest, si præerat suo contrario, succedere; sed sic est de formis; nam subiectum ab hac occupatum non potest immediatè occupari ab illa, & cùm occupatum fuerit ab illa, hæc succedere nequit, sed non sic in accidentibus, cùm mutuò semper sibi succedant; ergò nulla fuit respon. & ideò etiam Aris. in 10. metaph. t. 13. verè, inquit, contraria esse in eodem genere maximè differentia; propter quid ergò nō erūt contrariæ differentiæ primæ, quarum contrarietas ibidem ponitur vltima completaque? Marta verò concedens in differentijs contrarietatē, dicit, non sequi ex hoc contrarietatem esse in substantijs dictis à substādo, à quibus contrarium remouet Aris. differentiæ enim sunt substantię à supersubstando. Sed contra est id, quod differentiæ sumuntur à formis, sed formæ substant, nam supra posuit hic Sciolus accidentia in animabus, vt etiam D. Thom. & alij concedunt. Item si formæ sunt contrarię & composita erunt contraria, quæ substant, cùm quidquid habent, sit à formis per Aris. Item vbi reperitur magis, & minùs, ibi est contrarietas, vt dicimus 5. phys. t. 22. & alibi, sed in formis substantialibus hoc experimur, vt dicemus in seq. discussione; & Aris. in de hyst. an. magis propinquam homini simiam ponit, quàm aliud animal. Item si concedis dari contrarium in substantijs, dictis à superstando, vt sunt formæ, & non à substando, vt sunt composita, sequetur opinio Alexan. recitata à Tel. quàm tu non improbasti, vel saltem iniusta fuit improbatio, & iniqua. Ad illud, quod dixit Tele. elementa ab Aris. esse donata contrarijs formis, respondet Marta, quòd substantia non est per se contraria sub-stan-

Tho. 1.
2
a
3

R. Mar. Ad aliud Tele.

Mar.
Th.
1
2
3

ſtantię, nam vt habetur in conúiuio Platonis, & Marſi. Fic. in explanatione tertiæ orationis, cap. 4. ignis non fugit, ait, aquam odio aquæ, ſed ſui amore, nè à frigore extinguatur, & ignis non conſumit aquam odioſè, ſed ſui amplificandi deſiderio, dum illam in ſe inuertit. ita quòd, inquit Marta, ignis corrumpit aquam non ex odio, ſed appetitu, quem habet ex qualitatibus contrarijs; ignis enim non inquantum ignis, ſed quatenus calidus agit. Hæc reſponſio eſt fictio in via Ariſ. nam ſi ſic, non erit

Th. 1. contrarietas, nec in accidẽtibus, & qualitatibus: in quibus maximè vult eſſe Ariſ. 5. phyſi. diceretur enim frigus non corrumpere calorem ꝑpter

2 contrarietatem, & odium, ſed amore ſui amplificandi. Item Ariſ. 1. de gen. t. 46. & 48. vult paſſionem, & actionem prouenire merita contrarietatis, ſimile enim ait non patitur à ſimili, idem Auer. 1. cœli. c. 20. No-

Not. tandum eſt tamen quòd Plato, & Tele. vult res agere in inuicem, quia ſe ſe amplificare ſtudent, appetuntque, hoc autem non poſſunt facere, niſi id, quòd eſt alienę naturæ corrumpant, & deſtruant; clarum eſt autem, quòd ideò deſtruunt, quia contraria, ſi enim eſſent eiuſdem naturę, eſſent in illis amplificatæ, & non oporteret agere. & hoc idem vult Ariſ. in loco allegato, vbi etiam dicit, maiorem calorem minorem corrumpere, quia quoquo pacto eſt illi contrarius; & Tele. inquit, calorem non tantùm opera frigoris corrumpere, ſed etiam caloris exilis. quapropter Plato non negauit, contraria eſſe; nam in Timæo ſibi contradiceret, vbi ponit ignem, & terram contraria. Sed quod priùs intendit contrarium, dũ agit, eſt ſui amplificatio, quod ſecundariò eſt aliena deſtructio. à qua, ſi interiùs ſpeculemur, audemus dicere, apparere dependere amplificationis cupiditatem; niſi enim contrarium eſſet in natura, omnia eſſent idẽ, nec conſequenter per alterius in ſe inuerſionem, cùm nõ ſit alterum diuerſum, amplificationis caderet cupido, hęc pro nunc dicta ſint, accepta licentia, aliter dicendi, ſi in maturiori ætate aliter dicendum occurrerit. adhuc enim decimum nonum annum ago. Cauendum eſt etiam ab opinione huius hominis, appetitum igni extinguendi aquam eſſe ex qua

3 litate ſua, nam ſummopere ſuis diſplicet, nè tantum nobis: omnis enim appetitus præter materialem prouenit à forma ſubſtantiali apud Perip. modò ſi dant illam aliam à qualitatibus, ab ea proueniet appetitus.

4 Præterea non ſapit veritatem, quòd forma ſubſtantialis, quę dat eſſe, & cognitione eſt prædita, vt in animalibus, non appetat ex ſe amplificationem ſui eſſe, ſed propter qualitates, quę nullũ dant eſſe, cognitioneq. ſemper apud Perip. carent.

5 Præterea, quod eſt cauſa cauſæ, eſt cauſa cauſati; ſed à formis fluunt

6 illę qualitates, vt volunt, ergò, & appetitus. Inſuper quomodo conſonũ eſt rationi, vt qualitas ignis ſit appetens, ignem amplificare, & non ipſe ignis? niſi dicant ſicut nos, igni non ineſſe alteram ſubſtantiã pręter calorem; & ex hoc roboramus paulò antè ſcripta argumenta. ſi ignis agit

iuxta appetitum caloris, quem ponis qualitatem eius, tunc calor nō erit instrumentum agendi, cùm non regatur ab alia substantia, sed regat, deq. appetitum; potiùs ergò erit principalis substantia, iuxta cuius ingenium, & appetitum ignis agit, & hoc cogeris nunc velle, & priùs noluisti. Respondens ad id, quod diximus; contrarietas effectuum arguit contrarietatem causarum, ergò substantiæ elementorum sunt contrariæ; R. M. Ad aliud. ait, non oportere esse tantam contrarietatem in causis, quanta est in effectibus, sed sufficit ea, quæ est penes excessum, & defectum; caliditas.n. eadem mollificat, & indurat. Item; ait, in causis æquiuocis, cuiusmodi sunt substantiæ respectu accidentium, non assimilantur omninò effectus causis. Sed nullum horum dictorum est verum: primum quidē nō: quantò enim magis aliquis effectus distat à sua causa, tantò debiliùs participat eius vires, sed calor, & frigus habent vires magis contrarias, cùm sunt in elementis, quam elementatis, ergò contrarietas magis, est respectu causarum, quàm sui, & in causis potior est contrarietas, cùm ab his vires magis repugnantes sortiantur. Item contra vtrunque dictum; effectus proportionatus causæ, nec ab ea seiunctus, & sine quo causa existere non potest, indicat maximè illius esse, sed calor, & frigus in elementis sunt huiusmodi. ergò, &c. Th. 1 2

Preterea nulla erit via venandi rationes, & vires causarum, si dicta responsa essent vera. Itē mirum, quomodo propria passio sit effectus semper in causa, non seiunctas, velut altera essentia, non indicat quidditatē causæ, & sit æquiuocus. cùm ex hujus indagine res naturales inuestigentur apud Arist. quare putandum est, si in accidentibus elementorum est contrarietas, multò maiorem esse in elementis. sed si contendant, tantū contrarietatem appellare eam, quæ est inter accidentia falluntur, dum in substantia sit maior, magis destructiua, vt probauimus etiam ex Arist. oppositionem completam appellante, quę est inter formas. veritate igitur cogi apparent Perip. omnes cum Aphrod. ad confitendum in substātijs contrarietatem, & calorem, & frigus substātias esse existimare. quòd si contradicunt, non à natura edocti, sed à decretis Arist. passim sibi contrarijs, contradicunt, vt fatetur Auer. Marta verò cæteras rationes Tel. soluere nequiuit; & quæ in harum solutione dixit, falsa sunt, vt apparuit. & in commentarijs (si cœptis fauerit Deus) confirmabimus illa magis. in his dictis partim ex Arist. decretis processimus cōtra illum, partim ex veritate Telesij, & proprio iuditio, idcircò qui insurget in nos, non ex his authoritates capiat, sed ex notandis solutionibus, & doctrina, quam apportauimus ex Telesio. 3 4

Quintum, quod examinandum proposuimus erat, si substantia suscipit magis, & minùs, vt dici nolunt Perip. vt ex hoc inferant, ergò calor, & frigus non sunt substantię. cuius contrarium asserentem Telesiū nō piguit, probare etiam ex dictis Arist. etenim contrarię cùm sint substan-

tię,& mutuò in seipsas agant, intendantur oportet, & remittantur, & Aris.id dicere maximè oportet, qui agentia rerum principia formalia, q́ substantię sint, opus est, duo esse contendit: quæ cū plurima, & diuersissima efficiant entia plurima, ac diuersissima fient, quod non possunt fie-
2 ri, nisi intensione, & remissione. insuper prima corpora contraria ponit actiuaq́ue, & passiua. 2 de gen. t. 7. negatq́ graue, & leue esse principia, quia non agunt, itaq. quot genera entium constituunt elemēta, tot mo-
3 dis in viribus intendi, remittiq́. ea necesse est. Item mixta omnia è quatuor simplicibus corporibus, ubi ipsis penitus immixtis, & singulorum substantia nequaquam abolita, sed remissa, refractaq. cōponi decernit, non.n.gutta aquę decies millenis vini apposita, mixtionem facit, quia eius substantia corrumpitur omninò, sed oportet esse in tanta quantitate, vt coagat, & mutua actione contraria remittantur, & adæquentur, sic in 1. de gen. t. 88. & seq.

4 Præterea, q́ sunt sub eodem genere, locantur, & ab vna, eademq́. cōstituta sunt natura, vt omnia calida ab igne differunt inter se viribus summoperè, igitur & naturam, à qua constituta sunt, viribus summoperè diuersificari per intensionem, ac remissionem oportet, actiones, n. cēs. esse formarum, nemo non Perip. asserit. sed dicunt, non proprijs agere viribus formas substantiales, sed suarum qualitatum: hoc nihil obstat;
5 nam si sic, à qualitatibus constituentur, expergescent de potentia materiæ, & cum his morientur, vt dixit Auer. respondens Alex. igitur oportebit, cū his ēt intendi, & remitti, quia ipsæ qualitates remittuntur, & intenduntur, sine quibus viuere nequeunt. quod intuens Auer. in 3. cœl. t. c. 67. arguit Auic. debilitata qualitate propria posse integram remanere elementi formam; si.n.hoc esset verum, ait, tunc posset ignis forma sine calore remanere totaliter, idem. n. iuditium est, ait, eademq́. ratio de hac parte qualitatis, & de tota, & si sine hac, ergò sine omni. & huic sententię se subscribunt Alb. Zim. Gand. Burl. & omnes Auerrois assecłę, rationibusq́. substinent. & Niphus 11. metap. disp. 4. quin plerique, & optimi dant gradus intensionis, & remissionis formarum, etiam perfectarum, vt Auer. 8. metap. c. 10. & Ant. And. cum turba Scotistarum in eod. lib. q. 5. ad hoc videtur declinare. vndè si omnia fiunt ex elementis, ex his fieri oportet, secundùm varias susceptiones magis, & minùs tot varia entia fieri. Item quantitas est mensura substantię, sed quantitas suscipit magis, nam augetur homo, ergò & substantia, & quomodo fit po-
6 tentior, nisi intendatur? Item diuersarum specierum, & ēt eiusdē speciei formæ intendi, & remitti apparent, languentes quędam, aliæ verò robustę idem opus diuersissimè conficiunt, hæ promptè magis, hæ tardè, & imbecilliter, ex quo diuerso robore apparent prędite, quod ex intensione, & remissione, exq́. participatione magis, & minùs euenire oportet; etenim operatio naturam, & vim formæ facit coguoscere Aristote-

li. nec possunt dicere, hoc aduenire ab organo.s.corpore. Ipsi.n.nolunt, animam vti corpore, vt organo, secundum quòd dicebat Plato, sed vt ū illi factam putant, vt formam, actumq. eius: tùm, quia plures formę aptissimo, pulcroq. corpori inditæ stupidæ, languentesq. videntur, vt minùs bellè opus suum explerè valeant. dicent hoc aduenire ex malignitate materię. Etenim hoc ideò est, quia forma languens, remissaq; te facta fuit ab inexistenti forma, & reluctante, reagenteque, nè possit materiam penitus occupare, sibiq. omninò aptare; & necesse est sic dicere; nā materia apud Perip. ēt nullius operationis est actrix, quare non potuit aduenientem formam debilitare, aut quoquo pacto impedire, nisi per formam, quæ illi inerat introducendę contraria.

Præterea formę, quę tendunt ad occasum, remissæ, & languidissimè operantes videntur, & vix subiectum renitentes; quę verò ad ortum tendunt, intendi apparent, semper gradatim fortiùs operari visæ, ac subiectum magis, ac magis occupare. Hęc elicimus ex Tel. in 1. min. cap. 58. & 2. mai. cap. 27. vbi notandū m, nihil nobis obstare hæc argumenta, dicentibus eandem substantiam occupare subiectum modò diminutam, carentemq. aliqua vi, modò roboratam, & vigentem; sicq. calorem diuersa entia facere diuersis viribus asserimus: & ponimus spatium latitudinis formæ specificę, intra quod spiritus noster diiudicat semper vnam naturam specificam, & licet varietur in illa latitudine ipsa forma, dùm tamen non excedit puncta, & terminos illiùs spatij, semper eandem rationem ei intellectus attribuit; quæ ratio consistit in indiuisibili apud Perip. & nos, & ideò quia nomen vnum, & terminus quiuis significans formam, latitudinem formæ illius significat, in communi abstrahens à subiecto in quo fit; & alius terminus significat aliam formam, si ei non cōuertitur, quapropter si addatur variatur significatio, & species: & hac de causa diffinitiones sunt sicut numeri, ait Aris. Aduersarius autem volebat probare contrarium eius, quod nos cum Tel. probauimus, sic albedò non est magis albedo altera albedine; ergò substantia multò minùs suscipiet magis, & minùs. Item adhoc quòd quid suscipiat magis, & minùs, requiritur, quòd sit res determinabilis per latitudinē illam, & hoc est subiectum, & res determinata receptibilis. Sed non est sic in specie substantiali, nam non recipitur in subiecto, nisi in suo indiuiduo, quod non ponit rem, & naturam alicuius subiecti aliam à re, & natura illius. Not. M. Arg. 1. 2

Præterea sequeretur, quòd informatum forma suscipiente magis, & minùs, diceretur magis, & minùs tale: quod est falsum; non.n. magis est homo Plato senex se puero, vel altero. Insuper afferebat Marta argumentum sui magistri. Forma non suscipit magis, & minùs quo ad essentiā, quia tunc illa quantumuis variata variaretur diffinitio, q̄ est expressiuus sermo illius: nec quo ad esse, nam formæ, de quibus loquimur, dant esse 3 4

specificum; in quo non est variatio, nam variatâ specie non erit comparatio, vt dicatur magis, & minùs secundum eandem formam specificam. verùm hæ rationes nullæ sunt, & prima est contra Aris. ponentem magis, & minùs in prædicamento qualitatis. respõdet autem dominus Niphus in 11. metap. dispu. 4. cap. 4. quòd albedo non est magis albedo quoad essentiales partes alterius rationis, & dissimilares, quæ sunt genus, & differentia, non. n. vt notauimus diffinitio variatur; sed suscipit magis, & minùs, quò ad partes similares eiusdem rationis, q̃ sunt albedinis partes graduales: intenditur. n. & remittitur in subiecto albedo, diffinitio verò abstrahit à subiecto; & hoc nos acceptamus. ad secundã patet solutio, nam forma specifica in abstracto non intenditur, nec remittitur, sed benè in subiecto, & indiuiduis; in quibus licet nõ dicat maiorem essentiam, & aliam, tamen maiorem dicit intensionem, & remissionem eiusdem formæ specificę. vnde Niphus in 8. metap. disp. 5. cap. 5. inquit, formam quò ad esse formale non suscipere magis, & minùs, sed benè quò ad esse causale; quia est causa, sit magis, & minùs tale, & magis minusq́. denominetur; quod non competit formę in abstracto, & cum prędicatur de ea pars essentialis de eius ratione. Ad aliam dicimus, q̃d denominatio sumitur ab esse formali metaphysico, vel logico, quod cũ abstrahat à subiecto, non facit prędicationem cum magis, & minùs; hæc enim prædicatio exercetur in partibus essentialibus alterius rationis. s. in genere, & differentia, & in his q̃ horum locum, aut similitudinem gerunt, ab eis ve deriuantur, & hoc innuebat Niphus in eod. lib. dispu. 6. ad secundum respondens, & in cap. 4. & in 11. cap. eodem. ex quo elicimus benè dixisse illos, qui in expositione prędicamentorum dixerunt substãtiam non prædicari cum magis, & minùs; sed posse intendi, & remitti. ex his elucescit responsio ad argumentum sui magistri. nam respectu esse, & essentiæ metaphysicalis. penes quæ attenditur diffinitio, non est susceptiua magis, & minùs forma substantialis: benè autem secundum physicalem qui fit penes actualem inhęrentiam, & radicationem in subiecto, vt videtur dicere Auer. in octauo metaph. c. 10. & Niphus magnus Peripat. videtur sciuisse. Marta deinde volebat pugnare pro Perip. occurrensq́. rationibus Tel. se, ipsosq́. præcipites dedit. Respondens enim ad illud, quod opposuit Tele. quòd elementa cum veniunt ad mixtionem remittuntur in substantia, inquit ipse, quòd formæ accidentales remittuntur, non autem substantiales, quæ sunt graue, & leue. Sed hoc reprobum est apud omnes D. Th. & Auer. asseclas; quinimmò apud oẽs Perip. probantes non posse remanere in proprio esse formam substantialem elementi, si propria qualitas refrangatur. Et primò ignis manere posset sine calore, vt probat Auer. 3. cœl. c. 67. contra Auic. Item elementa nec essent in mixto, quia illis competit sua qualitas in summo, vt dicitur 4. metap. c. 13. quatenus sunt elementa. Item ex pluribus entibus in actu

Margin notes (in order): Tho. R. ad arg. 1. Martæ. — ad 2. — ad 3. — ad 4 — R. Mar. ad 1. Tel. — Th. — Arg. 1. — 2 — 3

non

non poteſt fieri vnum per ſe, vt dicitur 8. metap. t. 16. ſed forma ſubſtantialis dat actum. Item terminus motus à quo, & ad quem non poſſunt ſimul eſſe, vt habetur 1. phy. t. 59. ſed elementa ſunt termini à quo in generatione mixti, & forma mixtionis ad quem. quomodo ergò poteſt eſſe nè refragantur? relinquo rationes infinitas ferè id improbantes: nam alij Perip. abundè hoc confutant. ſed hic homo admodum errat putans graue, & leue ſubſtantias eſſe elementorum, quod improbum eſt apud Ariſ. & ſuos optimos. vt ſatis ſuperq. ſuperiùs diximus. quod vide nè fiat inutilis repetitio. Nota tamen, quòd hic homo ſibi contradicit, dùm inferiùs concedit cum Auer. formas ſubſtantiales elementorum intendi, & remitti; & hoc cùm reſpondet ad tertium Teleſij.

Ad argumentum de robore, & languore operationum formarum; vnde ſyllogizamus remiſſionem, & intenſionem formarum, Marta reſpondet, quòd ſubſtantiæ non ſuſcipiunt magis, & minùs eiuſdem prędicamenti, ſed benè alterius, vel tranſcendentis, vt vna ſubſtãtia dicitur magis ens, magis bona, vna, & magis perfecta, quàm altera, ſed non magis ſubſtantia; nec eſt magis anima hęc, quàm illa; licet exerceat operationes ſuas ſpirituales perfectiùs, exquiſitiq. vel propter malam inclinationem, quæ eſt in illa, vel parum exercitij, vel decorem vniuerſi, aut quia aſſueta fuit in alijs, vel propter imaginationem parentum; doctus n. parens in actu generandi cogitat quandoque de rebus altioribus, & ſic nõ emittit cum ſemine ſpiritus ſufficienter; cùm applicati cogitationibus reſtiterint in phantaſia; & ſic filij ſtupidi naſcuntur. Idiota verò alteri rei non affigens animum, elegantioris ingenij filios gignit. diuerſitas, ait deinde, operationum corporalium, nec arguit intendi, & remitti formas, ſed attribuenda eſt materię abundantiæ, defectuique, vel qualitatibus, aut ambienti, item alijs organis, vel planetis agentibus benè, maligneve in corpus. Sed omnes hę dictæ cauſę confirmant, quod nos cum Tele. concedimus, etenim diximus ſubſtantias non prędicari cum magis, & minùs, nec etiam alia prædicamenta in ſeipſis, ſecundum eſſe ſpecificum, & abſtractum, attamen non ſequitur, ergò hæc forma non eſt intenſior illa in hac materia; diffinitio ſiquidem ſumitur ab ipſis formis, & conſiſtit in indiuiſibili, vt declarauimus, non obſtante quouis pacto formę latitudine. Itaque prædicatum eſſentiale ſignificat formam metaphyſico modo abſtrahendo illam, vt in hac materia taliter radicatur, non tamen propter hoc non habent intendi, & remitti formæ. aliter idem poſſendici de albedine, quę apud Ariſ. recipit magis, & minus, & tñ non prædicatur cum magis, & minùs in ſua cathegorią. Quapropter cũ concedis formam altera eſſe magis ens, & perfectiorem, quęro: hæc perfectio, vndè eſt non valet, ex vniuerſi ordine, hæc enim eſt cauſa vniuerſalis: ſecus enim ſemper recurreremus ad Dei velle; & ſic periret ſcientia naturalis: nec exercitium poteſt afferri; nam illud valet tantùm in his, q̃

R. Mar. Ad aliud.

sunt eiusdem naturæ, & complexionis omninò. dicis ex inclinatione. Sed omnis inclinatio prouenit à forma; & illa ab actione elementorũ, vndè si inclinatio suscipit magis,& minùs,forma etiam magis,& minùs materiæ dominabitur,quod volunt Peip.& in primis Alber. sed forma magis dominans materię est magis intẽsa,& remissa, vt diximus arguendo.Item bonitas ingenij indagatur à Perip.secundo de anima. à complexione elementari,quam sortita est forma ab his agentibus,ergô quę melius operatur magis intensa fuit in subiecto adęquatis elementis benè, nec repugnantibus. insuper disputantes supra de mente Arif. calori,& frigori bonitatẽ ingenij,& stoliditatem attribuimus, & horum variationibus in dominio.Sed dicebat etiam Marta,hoc aduenire ex magnitudine,vel paruitate spirituum transmissorum à parente. Sed vel spiritus est anima apud Perip.& sic suscipiet magis,& minùs, cùm emittatur cum magis,& minùs iuxta hanc sententiam, vel est educens animam, vt instrumentum; clarum est modo,quòd non eadem anima educitur à robustiori, & imbecilliori instrumento; sed ab hoc intensior, quia intensius occupauit materiam,expulitq; contrarium;ab hoc languidior, remissiorve,quia non pręualuit. Nec possunt euadere: nam calores sunt organa,vt aiunt,quæ quandoque sunt fortiora, quandoque remissiora, cùm calores illi secundùm magis,& minùs, vt volunt, possint variari. Ampliùs illud,quod dixit de operibus corporis Marta, infirmatum est supra, cùm enim materia nihil agat, attribuenda est diuersitas illa formæ,quę non potuit validiùs intendi in materia,eò quòd remittebatur à forma inexistente, reagenteque; & formę adscribatur robustioribus viribus formam contrariam expellenti,nec permittenti illam sibi pacto quopiam obstare. itaque defectus,& abundantia magnitudinis adscribenda est etiam agentibus,vt calori resoluenti, educentique formas apud Perip.& frigori adunanti; similiter instrumenta, cùm dependeant à principalibus agentibus in operari,si robustè agũt, formas robustas, intensasque; si imbecilliter,imbecilles,remissasque nuntiant. Illud,quod dicunt de astris,est pro nobis; etenim illa agunt in hæc inferiora per lumen,aut motum apud eos, ex quibus calor tantummodò aduenit, intensus,aut remissus,vt declarat Auer.2,cœl.c.42.circa finem, sed calor agit intendendo,& remittendo; ergò his,quod volumus nos,magis sylR.Mar. Ad aliud. logizari potest. Reddens Marta rationem ad id,quòd apparent formæ orientes,& occidentes intendi,& remitti,concedit hoc in formis elemẽtorum tantùm,motus authoritate Auerro. 3.cœl. quod supra negauit Th. Marta;& quia Auer.idem tenet in formis elementorum in 8. metaph. vt diximus,ait,intendi,& remitti competere formis, non per se,sed vt recipiuntur in materia. Sed hoc nos volumus,& prædicamus,non enim intenduntur,& remittuntur in se ipsis formę in abstracto, aut in rationibus,quæ sunt Aris.sicut numeri,vt aperuimus, sed in materia physicali

cali. deinde Marta cum Aris. & Auicen. dicit, magis, & minùs prouenire à complexione elementari, non à forma substantiali. Sed hoc est contra illud, quod modo concessit; nam formę elementatorũ variantur cũ variatione elementorum, & qualitatum ab his deriuatarum, vt patuit. Et ideò pessimè sentit, cùm dicit formas, tendentes ad occasum, non remitti, nisi quoad qualitates, & orientes intendi in qualitatibus tantũ. Contra, quod valet argumentum Auer. nam forma substantialis posset esse in subiecto sine proprijs qualitatibus; idem est (inquit Auer.) iuditium totius, & partis; vndè si forma non remittitur, dùm pars qualitatis proprię abijcitur, nec mutatur, sed permanet in proprio esse, in quo erat ante, sic etiam poterit permanere, cùm omnes passiones, & qualitates, potentiæque, quę accidentia sunt, totaliter abscindantur, & alijs innumeris, sic dicens, premitur malis in via Perip. non tantum nostra, idcircoque, quod vltimò infert, nisi sit ad sensum nostrum, est falsum; & si poterit esse sine qualitatibus substantialis, eius corruptio erit separatio, & priuatio organorum, apparebitq. tantùm, corrumpi. qđ supra noluisti. accedamus ad sextum.

Telesius, non relinquens locum vllum dictis eorum, probat in primo minor. cap. 59. & 2. maior. cap. 28. substantias sensu comprehendi, ex hoc enim argumentati sunt Perip. calorem, & frigus non esse substãtias; quia sensibilia sunt, quod absit substantijs. Inquit Telesi. inquirens 1
Aris. in 2. de gener. t. 7. principia elementorum (ait) tangibilis corporis principia, & species oportet esse contraria, & tangibilia, actiuaque, & passiua. Item cuius actio sensu percipitur, percipitur & substantialis for 2
ma, & natura, sed actiones rerum propriè solùm sentiuntur, & hę apud Aris. manant à formis, igitur solę formę sensibiles sunt. Item sentimus 3
odores, sapores, & differentias tangibiles: quæ identificantur substantijs, à quibus immediatè fluunt. Item addimus nos; Arist. in 3. metaph. 4
quærit si sint aliæ substantiæ ab his, quæ sensibiles sunt; sed sensibile sensu sentitur. dicunt, quòd mediante accidente, sed sufficit mihi, quòd per proprias actiones, & accidentia sentiantur: actio. n. alteratio patientis in agens, & assimilatio quædam est. Item in 7. metap. t. 4. habetur, quòd 5
substantia præcedit accidens tempore, diffinitione, & cognitione. respõdent. quòd ibi intelligitur de cognitione intellectiua: sed nihil est in intellectu quin priùs fuerit in sensu, & certiori modo: intellectus enim certificatur à sensu in dubitationibus suis, & si quandoque corrigat sensum, hoc est per alium sensum, vel per ea, quę aliàs à sensu percepit, & retinuit, & hoc in via Perip. nam aliam proferemus sententiam aliqualiter de mente Tel. in alijs scriptis. Hinc potes procul fugere dictum An- 6
tonij Andreæ in 7. metaph. volentis substantiam non cognosci à nobis in hoc sęculo quauis potentia, sed in alio. Aris. enim dicit, intellectum esse omnia fieri, & in secretis missis ad Alexandrum magnum, ait. Scias,

quòd

quòd Deus non creauit creaturam sapientiorem homine. Item Auerr.
7 1. de gen. t. c. 19. vult, intellectum nostrum nihil latere, & mirum quidē si Deus hominem creauit, (vt Trism. & Theologi, & Ant. asserunt) quò eius effectus admiraretur, ipsumq. laudaret ab his, quę narrant gloriam Dei, nec rerum substantias, vndè id maximè dependet aperuerit, inscius huiusmodi dependentię. & qualis artifex est, qui recta arte facta celet?
8 Item res sensibiles, & ipsa sensibilis substantia est, quod cognoscit physicus via sensus, aliter physica consideraret de accidentibus tantùm, de quibus nulla est scientia per Arist. vel imperfecta satis esset scientia naturalis; quod non vult Arist. aut Auer. Sed aiunt, quòd cognoscitur sub-
9 stantia per speciem accidentis: sed falsum est hoc, aliter enim nō erit perfectior cognitio substantiæ, vt vult Aristo. Sed respondet Niphus, in 7. metaph. disp. 4. & Gai. super de ente, & ess. q. 3. quòd substantia agit per speciem accidentis propria virtute, accidentis autem species agens in intellectum virtute substantiæ, illam repræsentat; sed hoc nil obstat, etenim agens promptiùs agit in propinquum, quàm remotum, & in id, quod
10 est magis passibile: igitur magis agit in sensum per speciem accidentis substantia, cui hæc competunt, tùm etiam, quia talia accidentia sunt propria sensuum obiecta, & quousque perueniat ad intellectum species ac-
11 cidentis, actio eius debilitatur. Item omnis scientia fit à sensu, & à singularibus, ab hoc tantùm cognoscibilibus, vt habetur in 2 post. in fine, & 1. metap. in prologo; sed scientię sunt de substantijs, vt plurimùm. Item
12 Auer. in paraphrasi de sensu, & sensato, circa finem, inquit, homo cognoscit per sensum (nam de his ibi loquitur) in re sensata intentationes re-
13 rum, sicut medullam de fructu, bruta autem quasi cortices. Insuper Bruta cognoscunt substantiam, aliter nisi accidentium cognitionem haberent; cuius contrarium experimur, & tamen caret intellectu apud Aris.
Mar. nam secus dicemus nos. Marta verò volebat contrarium probare his verbis: si sensibilis est substantia, quomodo, ait, non sentitur? & si senti-
Tho. tur, quare aliam à calore, & frigore non demonstras? item corporea moles quo sensu sentitur, non declaras. Sed hęc sunt verba, non rationes. Nos enim non omnes substantias per se primò sensibiles ponimus; intelligentiæ, namq. non sentiuntur, sed calor, & frigus; & quia omnia entia ab his constituta sunt, nil obstat si per hęc sentiri sensu tactus dicimus, & per consequentia eorum alijs sensibbus, quo pacto verò moles corporea sentiatur explanauimus, respondentes ad 12. argumentum in
R. M. ad 1. principio. Deinde Marta respondet ad primum argumentum Telesi. quòd Arist. in 2. de gen. considerat de elementis, vt sunt actiua, & passiua; qui-
Tho. bus, vt sic, formę sunt qualitates, quæ sensibiles sunt. Sed quàm alienus sit à veritate supra ostendimus; etenim si sic, Aristo. innuisset esse aliam substantiam in elementis, quod nullibi fecit, sed illa species principiaq. vocat substantiarum, quod accidentibus non competit, cùm per se non

agant,

agant, nisi virtute substantię, ad cuius nutum minimè, sed iuxta proprium ingenium hęc agere dixit Arist. vel nos sensu cognoscimus, ut antè aperuimus. Sed Marta hanc positionem non potest substentare. nam graue, & leue elementorum substantias ponit; quæ etiam à brutis sentiuntur, sentit quippè asinus grauitatem aquę. & Aristo. 2. de genera. & Auer. 2. de anim. & 7. phy. inter sensibilia per tactum annumerauit: etsi pro actu primo hęc accipit, etiam per se sentiuntur, nam sentiuntur per grauitate, & leuitate, quæ sunt eorum operationes, non secus ac accidens sentitur per operationes suas. Item Auer, 2. de an. ait, actus secundus est forma operans, igitur si operatio sentitur, & forma etiam, quæ non operans appellatur actus primus, sensu percipietur. Concludamus ergò cum Telesio, quòd nulla Peripat. ratio impedimento esse videtur, quin caliditatem, & frigiditatem prima rerum principia, & rerum formas liceat ponere: quales, & solas esse Telesio, & nobis manifestauit sensus, solas omnia constituentes, & immutantes intuentibus omnia, omniaque operantes solas in omnibus. postquàm à iureiurando, quo obnoxij eramus Aristoteli, absoluti fuimus.

DISPVTATIO SECVNDA,

DE PRINCIPIIS GENERATIONIS fœtus, tàm efficientibus, quàm materialibus aduerſus Peripateticos.

EDITA A FRATRE THOMA CAMPANELLA Stylenſe Ordinis Prædicatorum.

SATIS, ſuperq. dubitarunt Priſci Philoſophi, concertaruntq. inter ſe, quænam ſit virtus in vtero, quę in tot membra, oſſa, carthilagines, neruos, venas, arterias, & hũmores ſemen efformet, vt de ea re Gal. dixerit in libello de formatione fœtus, nunquã ſe poſſe veritatem in tãto negotio aſſequi, poſtquam multos philoſophos cùm Platonicos, tùm Peripateticos, & denique cunctarum ſectarum perquiſierit; quorum dicta nulli demonſtrationi innixa ſunt viſa: vndè, inquit, in tantam ambiguitatem venio, vt putem me ne probabili quidem commentatione, nèdum certa cognitione aliquid de artifice, qui nos finxit, percepiſſe. Sed paſſim in ſuis ſcriptis calori hanc attribuit eminentiam, cùm aliud prorſus agens non appareat. Hunc Teleſius noſter ſubtiliſſimus naturæ rimator prodiens calori vteri ſumma cognitione prædito, arteque, hoc onus imponit; quod Gal. in 14. de vſu part. cap. 7, & in lib. de ſemine, & Hyp. in opuſculo de natura infantis facere videntur. Cùm enim ſemen viri in vterum immiſſum fuerit, complicatumq. ſemini muliebri, quod non extramittitur, ſed vbi opus eſt, in vtero nempè coniectum fuiſſe natura prouiſum eſt, tunc ex his conſtituuntur partes albæ exangueſque diuerſæ, ſecundùm quòd diuerſimodè à calore vteri immutãtur, vt Tel. in 6. lib. cap. 1. 3. & 10. & Gal. in 1. de ſem. cap. 5. ex ſanguine verò, qui attrahitur à ſpiritu ex venis deſcendentibus in vterum partes ſanguineę conſtituuntur, vt iecur, cor, & alia, eo pacto, quo Tel. explanat. cap. 4. & per totum, & Gal. in 1. de ſem. cap. 11. & ex his patuit cauſa efficiens generationis, eſt enim calor vteri, & ſpiritus calidus exiſtens in ſemine, tàm viri, quàm mulieris, verum in hoc abundanter, in hoc exiliter. apparuit

etiam,

etiam, vtrunque semen cum sanguine concurrere materialiter. verùm si totius fœtus cõstitutionem quoad singulas partes scribere hîc vellem, esset translatare lib. 14. Gal. de vsu par. & 15. & eum, quem de semine, & de fœtum formatione conscripsit, & Hypp. de natura fœtus, totumque sextum Telesij. aliud enim ab his, qui omnibus anteire reuera videntur in occultis naturę speculandis, dicere nemo potest, nisi fingat. Notandum ex Tel. in 6. cap. 2. quòd vterus sui natura non est valdè calidus, est enim è neruosa substantia confectus, neruis autem calor non competit validus; at quia venarum, arteriarumq. portionibus multis est inter textus totus, plurimo. s. calidissimoque, quin vbi pręsertim vteri ostiolum occluditur (quod fit quando mulier concipit) & frigori externo nullũ permittit aditum; is ei insit calor, à quo illapsum semen, effususq́ sanguis liquescat primùm, mox inexistente tenuitate assiduè à calore educta viscosum fiat, & compingatur, & durescat, ambigi non potest; quod & videtur voluisse Gal. in 14. de vsu partium, dum calorem dat vtero ex venis prouenientem, maximè autem dextræ parti, in qua vt plurimum fiunt mares propter calorem descendentem ab epate. omnes itemq. me dici profitentes anathomiam. Fernellius verò in 7. lib. sui operis inquit, est vteri actio, qua seminis suscepti potestas exsuscitatur, & insitum sola munus re ipsa obit, & exequitur; quemadmodum terra ferax, & fœcunda exceptum semen suo calore fouet, deinde excitat, & ad parturiendum impellit, sic vterus fœcundus ingenita virtute, quæ alteri parti non est concessa, soporatam seminis vitam, & delitescentem in eo potestatem excitat, & ad agendum stimulat: & ex hoc, ait, nil dixit Auic. exagitatione, quæ fit in actu veneris semen exciti, sed vteri vi: & sicut ventriculi concoctio, sic vteri conceptio, est propria actio. pro quo notabis ex Tel. quòd semen viri non potest ex se ipso suoq́ calore, & ingenito spiritu in tot partes inuerti, & ideò fœtus opifex est calor vteri, qui in neruosum genus semen constituit, & sanguinem in viscera agit, qui & spiritus inexistentis in semine substantiam perficit, & copiam summoperè adauget, & dum partes aliquas in vapores agit, in neruos resistentem compingit, & ossa. Not.

Ex his discendum erit, quare quandoque procreatur mas, quandoq. fœmina (oportet enim ex veritatis cognitione omnes quæstiones contingentes soluere.) Stratonicus physicus, vt refert Gal. tunc dicebat fieri masculum, cùm masculi semen pręualet super semen fœmellæ; & cùm fœminę semen est robustius, pręualensq. fœminam constituit; quod Galeno non placet, in de sem. cap. 2. ea ratione; quia plures fęminæ similes oriuntur patri, & masculi matri: igitur semen si prævalet alterius, sexum illius p tens producere, & similitudinem item faciet. & ex hoc apparet error N: phi, qui in 8. metap. disp. 2. hanc opinionem attribuit Gal. Item, ait Gal. nec potest assignari particulari præeminentię

p. ...ris,& consequenter dominiiq,quod in genitalibus existit;etenim nõ in his tantùm differunt mas,& fœmina, sed in totius corporis ferè figu ra:animal bus quippè masculis distributim in sunt barba,cristæ,calca-ria,dentes exerti,& cornua grandiora,quæ non insunt fœminis. Item mares sunt hirsutiores,fœminę leuiores,his duri, his molles pili, his pe-ctora latiora sunt,f.maribus, his clunes latiores. reliquum est ergò, vt concurramus ad alia principia. itaque tunc efficitur mas,cùm tempera tura seminum fuerit satis,eoq. pacto calida,vt sua vi genitales partes fo-ras possit propellere;eędem enim genitales, idemq. corpus omninò, ve-næ,nerui,arteriæ,eodemq. situ sunt composita in mare, & fœmina, vt probat Gal.in 2.de sem.cap.5.& 14.de vsu par.cap.6.itemq. Telesi. in 6. cap.36.hoc vno tantùm differunt,quòd vis caloris in masculi constitu-tione abundauit,protulitq. tandem foras genitalia,sed in fœminis, q.a parum caloris inerat,nequiuit foras producere, antequam calcitrantes ex vulua exitum appetentes exierunt, sicut oculos constitutos in talpis à natura intus formatos,ac lineatos virtus nequiuit foras proferre.ma nifestum est: ergò quòd masculus abundantiori præditus est calore, tũ quia citiùs efformatur in vtero,ac nutritur,vt dixit Hyp. quàm fęmina; fœmina verò remissiori à calore, ac frigida natura in respectu ad mascu lum est constituta:ideoq. tot accidere homini propter suum calorẽ ap parent,foras educentem,quæ non fœminæ,vt barba, pili duri,in suibus masculis dentes exerti,in auibus cristæ, & calcaria, in ceruis longiora cornua, hæc enim,vel soli masculo,vel citiùs,quàm fœminæ enascũtur, & robustiora fiunt his propter calorem,qui poros aperuit,& citiùs nu trimentum ad hæc transmisit,in fęminis poros frigus externum obstru xit,hoc opus caloris non permittens,quia remissus extitit: & ideò Gale. dixit in dextra parte matricis, vt plurimum gigni marem, in 14. de vsu par.cap.7.& fœminam in sinixtra; in illa quidem caliditas est maior de-scendens à venis,& epate,in hac minor. potest tamen versa vice fieri, vt cùm quis affectus dextræ parti, aut imperfectio in principio constitu-tionis contigerit;tunc est robustior sinixtra,quàm dextra, vt etiam dici tur de dextro testiculo,& sinixtro; item quando satis calida matrix exti-terit ex caloris abundantia in sinixtra parte procreabitur mas, & sic de testibus.Similitudo autem aliundè prouenit.f.ex prædominio seminũ; cùm enim pręualet semen patris, semper patri debet assimilari, tamen, inquit Gal.1.de sem.cap.2.fœminea genitura, quę ad robur etiam, & firmitatem confert,vim,& facultatem menstrui sibi adiungit, quæ no-uem mensium spatio assidens tantò inualescit, & superat magis, quan-tò in congressu à maris semine superabatur, quippè cùm consentaneũ sit,vt suam substantiam, & facultatem fœmineo semini, potiùs, quàm maris augeat, & confirmet. pertractans deinde in 5. cap. eiusdem libri Gal.qualiter partim matri,partim patri fœtus assimilatur,inquit, Quã-

nis similare sit virile semen, ac cum fœmineo in vtero permisceatur, nihil obstat, quin in fœtuum formatione alterum alteri præualere possit in diuersis tamen partibus: fieri etiam potest, vt semen, quamuis similarem naturam habeat, eiusmodi tamen sit, vt omnia ex omnibus eius partibus animalis membra fabricari queant; in eo tantùm differētia est, quòd illa seminis pars, quę prior excidit, est crassior, quę secunda, vel tertia eiaculatione emittitur, tenuior. & frigidior, & imbecillior est, substātiæq. insiti caloris minùs particeps, quemadmodum, quę primo exijt, viribus, calore, & spiritu longè præcellit; cui. s. contrarijs qualitatibus esse præditum conuenit, quod secunda, vel quarta emissione profunditur; atque ita fit, vt in commixtione in quibusdam partibus maris, in quibusdam verò fœminę semen prędominat; & in qua p-ęualuerit, ea pars fętus ei, cuius semen præualuit, similis euadat; quippè cùm in omni materiæ particula opifex pars insit; non separatum, quod mouet, & qđ mouetur, sed idem quod mouet, fingit, augetq. attrahendo alimentū à venis prægnantis. itaq. hac de causa proles vtrisq. parētibus in diuersis partibus similis efficitur. sed afferamus opinionem Aris. nam ex reprobatione illius veritas nostrę apparebit, & quę recitationi nostræ deficiunt, ex solutione argumentorum Marię complebuntur.

Arist. in 1. de gen. an. cap. 19. & in 2. c. 13. & 4. vt colligimus, & Auer. in eisdem, & 2. coll get cap. 10. voluerunt, semen viri pręberé virtutē actiuam, efformareq. fœtum ex sanguine mēstruo mulieris, ipsumq. postea ex vtero excerni, vel inflatum conuerti, & exalare; fœminam verò concurrere merè passiuè ad generationem, quatenus menstruum sanguinē subministrat, aliudq. semen ab ea non afferri, & illud, quod apparet excrementum, dicunt, esse vteri, non semen. Semen ergò patris, mouet, aiunt, menstruum eo motu, qui sibi à patre impressus est, & in ipso nolunt animam inesse aliquam primo actu, necq. secundo. pro hac sententia plurimæ sunt rationes, quas adducemus cum illis Marię, & simul reprobabimus. sed insurgamus contra dicta eorum.

Quòd non excernatur conuersum inflatum arguit Galen. 1. de sem. cap. 4. quia si sic in primo actu conceptionis tumesceret vulua, ac inflaretur, non secus, ac ventriculus, & intestina propter ventositatem, & quispiam fluxus sentiretur in vulua. etenim totum per Aris. resoluitur, nihilq. in materiam concepti cedit, vel magna pars eius, vt dixit Auerr. quia partes crassas secerni dixit; à quo nimirum plurimum flatum fieri oportet: ex parua enim aquę, vel terræ mole venti fiunt ingentes, ita ex semine illo ventus fiet, qui hunc causaret effectum; & crepitum aliquē in ceruice vuluæ inferret, vt ipso in ventre fieri consueuit; & valet ratio per locum à simili prorsus; modò nullum signum, ac vestigium horum apparet, ex quo saltem quid probabile posset conuinci pro Aristo. Item quęritur, an in vteri concauitate menstruum continetur, collectumque 1

2

occurrens semen id pellit, motioniq́; indito principio per uulue collū secernitur? aut cùm fęmina cùm mare coit peruas eo pertingentia semini obuium fit, dum vim ab illo suscipere concupiscit? sed vtrunq. est absurdum. Primùm quidem, nam menstruum, quod in concauitate iā diù collectum continebatur, non est sanguis, sed mutatus in id, quod Latini concretum sanguinem dicunt, & Tele. in grumum, inquit, abijt, nec modus probabilis inueniri potest, quo menstruum taliter concinnatum à semine constituatur in animal; & si coierint, & complicata fuerint, quomodo hoc remanet, illud excernatur. Si verò semini occurrere sanguinem dicamus, necesse erit, occursum illum fieri in receptaculorū orificijs; tunc vtrùm dispertitum in tot partes, quot sunt vasorum orificia, an continuum sibi ipsi semen cum menstruo counitur; non dispertitum, quia oportebit, ibi esse virtutem dispertientem, & traducentē ad singulorum orificia, quæ virtus nullibi apparet, solus enim ex se vterus, cùm qualitatem seminis affectet, obuiam totus sese offert, atque occurrit ad os vuluę, suoq. collo tanquam manu vtitur, qua semen intrò compellat, sicut ventriculus, qui cibos appetit, fundo recurrit, ac retrahitur ad gulam vtens illa quasi manu: vterus enim ait Plato in Timæo circa finem, animal quasi quoddam est procreationis appetens, qua de causa semen complecti, continereq́. vult, Hypp ēt in allegato opere, & Galen. in 3. de nat. facul. cap. 3. Tel. in 6. Auer. in 2. colliget ex authoritate Auenclad is, vterum habere virtutem attractricem, & contentricem volunt: & hac de causa Arist. fœminam appetere, vult masculum; quomodo ergo semen attractum, ac dispertitum excernat, cùm ex rationibus Hyppo. & Gal. in dictis locis semen intus permanere conuincatur? si dicunt, ait Gal. semen in orificijs vasorum cum sanguine misceri, & inde euanescere per resolutionem instantum: quærendum est, quòd sit impregnationis initium, inuenienda est item causa, qua ex venis ad vuluam cadat sanguis, qui in venarum ostijs commiscetur semini, deinde quid est, quod corpus illud in vnum congreget? & quid est, quod totum illum sanguinem membrana cooperiat, cōficiatq́. tunicam illam tàm citò ex sanguine mestruo. hoc enim proprijs oculis expertus est Hyp. in semine, quod excerni effecit ex vtero puellæ Psaltriæ, vt ipse ait, vbi membrana vtrunq. semen obtectum vidit, foramenque, quod vmbilicus erat, per quod sanguis nutriens subministrabatur, & Gal. etiam intuitus est in dissectionibus animalium ferentium vterum. Hæc enim virtus non potest ab Aris. attribui fœmellæ vtero, quam passiuè merè vult concurrere, & tantùm locum conseruatiuum vi rationis adductus concessit Auer. Item natu-

3 rali sensu compertum est partes albas, & exangues ex seminis substantia oriri, vt nerui, venę, arteriæ: nam ex sanguine fieri nequeunt, veluti carnes. sanguis enim non est albus, lentus, crassus, viscosusque, vt intendatur ad modum, quo hæc sunt compacta, & fistulæ in modum perforetur,

tur, vt possit in sua cõtinuitate absq. ruptionis periculo in sua cõtinuitate perseuerare, vt in his natura opus habet, sed manifestè talis est natura seminis, igitur, &c. dicunt sanguinem sicà natura immutari. Sed hoc est erroneum; nunquam enim natura è rubro in album, è tenui in crassum, è liquido in lentum viscosumq. tàm citò permutabit, & quod est idoneum permutatumq. excernet, ait nanque Aris. natura nihil agit frustra, nec superfluum admittit, nec diminutum, nisi casualiter, corruptoue aliquo principio, per rarò; quomodo ergo natura sui oblita in tam maximo opere secus agit, vt quod maximè est idoneum ad suum opus explendum, repulset, & aliud ineptissimum, vt aptum, idoneumq. fiat, laboret: & semen, quod debilissimum est agens, vt ex menstruo id efficiat, non apparet: etenim vel sanguis menstruus ex semet semini similis redditur, vt partes albas constituat, & hoc non, nam semen superflueret; posset q. sine semine fieri generatio: vel hæc vis immutatiua, & effectiua talium est à semine; quo pacto vis illa menstrui ministerio vtetur ad partes exangues conficiendas, quod est natura extranea, & minùs conuertibilis, & semen ipsum expellet, quod eiusdem est naturæ, aptumque, vt partes tales ex illo posuit constitui? igitur si à semine est vis, & materia seminis est benè accõmodata ad tale opus, ad quid aliud accõmodandum est. magno labore à natura. nam si natura vult partes exangues, ex quibus neruos, venas, & arterias constituat, hæ sunt in semine maris, si crassam materiam, hanc quoque magis in semine, quàm in sanguine comperiet, si talem, quæ extendi, & perforari sine periculo ruptionis valeat, quid hac adhoc lenta, ac tenaci substantia, quæ est in semine, excogitari aptius potest? item Aris. virtutem spiritualem semini attribuit, vt nil aptiùs natura sibi comparare potuerit, quomodo ergò quod valet, eligit, & aliud laborat conficiendum, quod ab alio aptitudinem capiat? Iterùm quomodo natura menstruum, quod singulis mensibus excernit, tanquàm improprium, & ineptum, vt ex eo quid conficiatur; nunc tanquàm proprium assumit, & nobilissimum ex eo opus efficit, & quod maximè est aptum adhoc, stoliditate affecta, repulset? quemadmodum enim ventriculus per virtutem expultricem in propria, ac crassa ineptaq expellit, vt declarat Gal. in de nat. facul. Sic vterus expellit menstruum, postquàm non potuit illud nutritiua inuertere in substantiam nutriti, ventriculus quippè segregat grossa, & terrestria ex eodem cibo, & pura transmittit ad epatem, vt magis coquantur, quin quandoq. qui sunt aliquantis per inepti, euomit cibos; sic ex eodem cibo purificatus sanguis in suprema digestione deseruit nutrimento, impurus verò singulis mensibus secernitur per vteriem, vnde menstrui nomen sortiri videtur; ineptus igitur summopere apparet talis sanguis adhoc opus, & repulsus à natura, semen verò aptum, ac à natura in vtero summa cum voluptate receptũ inspicitur ipsis oculis, & 4

hoc

hoc voluit etiam Auer.super 2. de gen.an.cap.4.menstruum excernitur, inquiens,cùm propter necessitatem nè corpus illo excremento lędatur, & eius emissione purificetur,tùm propter nobilitatem,& melius, vt deseruiat fętus generationi. item attrahit,ait,vulua propter virtutem exi-
5 stentem in villo ipsum semen viri,vel propter calorem, sicut vas calefactum in aere aquam trahit ex extrinseco,ex quo infero,si menstruum tale reprobatur à natura, & lędit mulieris corpus quod est magis durum,
6 ac resistens corruptioni, magis erit reprobum à tanto opere, lędetq. si admittatur,cùm sit minùs resistens genitura,ac mollior; & si calore attrahit vterus profectò immutatiuus erit eius calor,non tantùm conseruatiuus,vt dixit in colliget; nã quę virtus ex balneo potuit attrahere semen,vt ipse testatur, multò magis saltem simul cum calore seminis immutabit semina,animalq. constituet. & si tàm desideratum est semen à
7 vulua per Auer. & Platonem,qui in Timęo ait,vulua generandi animal appetens est,& quando procul à fœtu per ætatis florem, ac diutiùs detinetur,ægrè fert moram,& plurimùm indignatur,passimq. per corpus oberrans,meatus spiritus intercludit,respirare non sinit, extremis vexat angustijs, morbis denique omnibus præmit: quapropter si tantoperè vterus semen appetit,& menstruum excernit, non videtur probabile iu-
8 ditium Arist.Item ad hoc potest adaptari dictum Fernellij in lib. 7. c 7. plurimum menstruum,inquit in mulieribus fieri, testis est Aris. de hystoria an. cap.9 & genus esse quoddam sanguinis vitiatum; etenim puriore à sanguine secernitur naturæ beneficio, præsertim decrescente luna. hoc si nouella vitis tangatur in perpetuum læditur,steriles fiunt tactę fruges,moriuntur insita, exuruntur hortorum germina, si omnino mulier pregnans alterius menstruum supergrediatur,aut illo circumliniatur,abortum facit,& ei,quæ vterum non gestat, concipiendi vim adimit,vapor huius specula,& ebor obscurat, gustatus canes in rabiẽ agit, & homines miris cruciatus affligit,comitialem morbum effluuium, aliaq. elephanticorum vitia infert.Hinc dum mulieribus supprimitur,& cui proprius magis esse debet, grauissima infert incommoda, viscerum obstructiones,tabem,cancrum,morbum comitialem, & alios deteriores edit effectus,vt ex Alberto, & Aristo. problematibus colligi potest, quomodo ergo potest ex hoc fœtus fieri, aliaq. immò corrumpi potiùs est dicendum.quin mulier tunc solùm gignit, cùm vterus illo expurgatur,sed quo pacto,si hęc mala facit menstruum, constituat fœtum non video, nec vndè ei bonitas resultat apparet;semen.n.longè abest, quàm
9 vt possit illud bonificare,& in animal effingere. Itemq. arguit Telesi.ad probandum,quòd semen in via Arist.non potest animal procreare vllo pacto. sed enim quod est in potentia non potest id,quod est in actu nobilissimum ens efficere,Aris.enim inquit nihil agere potest effectum,qui sui naturam agentis,& dignitatem exuperet,quomodo ergò anima,quę

est

est in semine potentialiter potest educere animam ex menstruo,& in tot membra illud articulare? nec possunt dicere, animam aduenire à semine; illud.n.tantummodo agens ponit Aris.2.de gen.an. cap.1.omnéque animam.ex potentia materiæ vult educi, non autem ab agente in materia reponi.Item ait Tel.in 6.cap.4.menstruum reiectum est à natura, & 10
anima nutritiua,quę desperauit illud in nutriti substantiam inuertere, & in purum sanguinem agere,quomodo ergò semen viri,quod imperfectissimum quidem agens est,& imbecilliùs,quàm anima mulieris, cũ hoc tantum potentia animam contineat,& illa sit actu, poterit inuertere menstruum,materiam quidem resistentem, ac pestiferam in ens nobilissimum,& maximè illi cõtrarium.s.in ossa,neruos, & animal, ex coq. educere animam, quod non fuit possibile à fortiori agente, à mulieris quippè anima in rem sibi magis cognatam.s. in sanguinem purum, & alibi nutrimentum agi?Sed dicebat Aris.in allegatis, quòd pater generat ex menstruo fœtum quatenus mouet illud per motum, quem impressit semini suo.s. instrumento, sicut mouens lapidem per virgam; & 11
sic vult saluari vniuocationem,& alia inconuenientia; sed hoc est erroneum; etenim ait Tele. in cap.38.non siquidem vlla virga,quę languentem,imperfectumq́ accepit motum à manu perfectissimum,sed langui dissimum indet motum lapidi,alijq. mobili, prętertim si illud repugnat moueri,quomodo ergò semen motum à parente, ac destitutum poterit motum perfectissimum menstruo;materiæ satis renitenti, imperfectęq. imprimere,vt animal ex ipso procreetur? item si pater mouens in principio generationis dum venerem exercet,non potuit illo motu per 12
fectissimo educere animam ex menstruo,nec ipsum semen poterit id facere,quod motum non sat retinere potuit,etiamsi agat multo tempore, postquam à patre relictum fuit in vtero, non enim virga mota à manu, si dum mouetur ab ea,non mouet lapidem ipsa,nec etiam poterit,cum destituta fuerit à manu: tum etiam quia instrumentum oportet tangi ab agente principali,quo quiescente,instrumentum quiescit,vt habetur 13
ex 8.phy.t.37.& Auer.testatur scribens super 2.de gene.an. sed ipsi contendunt retineri motum à semine, quo agit in menstruum recolens datum motum à generante. Sed falsum est id; nam in semine non est ani- 14
ma,nec actu primo,nec secundo,vt dixit Arist.2.de gen.an.cap.1.igitur nulla est cognitio in eo, sed illud instrumentum tantùm agit destitutũ à principali agente,quod cognitionis est particeps, (si id esset verum) quo pacto igitur semen vtetur calore,vt aiunt,vel seipso,vt obediat agẽti,quod absuit,vel mortuum fuit,& iuxta eius operetur imperiũ, & stolidum cùm sit,opus exequatur impositum,& id,quod renitens est valdè .s.menstruum,huic obediat,effingaturq́ ab eo in tot membra, ossa,neruos,venas,carnes,musculos, & articulos, suiq. oblitum naturæ semen, id faciat destructionem propriam sibi procuret,dum menstruum alienum

num agit segregari, se finit conuertiq. inflatum, aliamve naturam, seque ipsum propulset? quæ quo pacto perficiat, & quomodo intendat, quod agens instituerat nunquam poterunt aperire Perip. oportet ergo pone re aliud agens. I. calorem vteri, idoneamq. materiam ipsum semen, vt bo
15 ni, & magis experti fecerunt. Item Aris. 2. de gen. an. cap. 3. calor inquit, est quod facit, vt fœcunda sint semina, & 4. metap. calorem ponit constitutiuum corporum in t. 13. calor igitur erit principale agens. Sed de hoc diximus in superiori disputatione, vbi probauimus calorẽ nullius esse instrumentum, sed in omnibus agens principale, tàm animatis, quã
16 inanimis appellatis. Item, ait Tel. in 6. cap. 36. Aris. vult in allegatis, q̃ si mas secundò, vel tertiò coeat cum fœmina, grandior enascitur fœtus in quibusdam animalibus, igitur si semen viri non addit materiam, sed virtutem dat tantùm non sic fieret; nam calor auctus secundò coitu, aliud enim à semine non affertur, fortiorem facit, & generosiorem, at nõ maiorem fœtum, quinimmò minorem reddit, etenim copiosior factus ca-
17 lor copiosiorem educit tenuitatem, & molem paruam constituit. Item in 1 cap sicut fit generatio in ouis gallinarum, sic & in animalibus suspicandum est, sed in ouis quæ ex albo, luteoq. sunt composita, & albũ, per exigua excepta portione, quę maris est semen, reliquum omne manifestè est opus fœminæ. masculi verò semen, vt infra dicemus differt à muliebri, quod hoc à robustiori calore maris tenuioribus sui partibus spoliatum, magis conspissatum est. luteum verò opus gallinę esse apparet ex eo, quòd modicum quid ab incubante gallina concalefactum sanguinis speciem, & colorem assumit, quod quidem pluries experimur, itemq. manifestum est, quod ex albo fiunt partes albę, & exangues, vt nerui, & arteriolæ in principio, & hoc patet in ouis parum calefactis vbi nulla adhuc sanguine parte existente, vt corde, vel epate (vt falsò putant Perip.) vbi secernuntur, & verè conspiciuntur nerui, & arteriolę ex albo confectæ, nihil dum luteo immutato, sed integro existente, cuius colorem, & dispositionem partes albę non indicant, & dehinc è luteo in sanguinem perfectè immutato, & in conflatas venulas, & arteriolas illapso, attractoq. à spiritu sanguineæ partes incipiunt constitui, id quod experiti nos docuit etiam Hyp. in de natura fœtus, & ait Tel. quòd nisi per canales, quæ sunt venulę attraheretur sanguis temerè ferretur, nec certo modo possent viscera efformari; sed Peripat. hac de causa modum, quo fiant hæc ignorant. ex quibus sufficiens argumentũ sumitur, quòd partes albę priùs fiunt, & hæ ex semine, quàm sanguineæ, & hę ex sanguine.
18 Item, ait, semen viri, & mulieris vtrumq. apparet aptissimum, vt ex eo fiant partes exangues, hæ enim horum referunt speciem, & sanguineæ, quæ manifestè referunt sanguinem existimandæ sunt ex sanguine fieri; etiam si experientia alia deficeret; non tantùm, quia Gal. & Hyp. medi-
19 ciq. alij sunt experti. Item ait Gal. in de sem. neruos, & venas non posse

regenerari, si sciodantur sectionemve patiantur, nec restaurari ex san-
guine,& hoc demonstrat, quòd non ex eo sunt confectę, ex eis enim nu-
trimur, ex quibus sumus(inquit Aris.)nec potest reddi alia ratio, nisi quod
nusquam tantam seminis copiam collectam est inuenire, vt ait Gal. quã
ta ad vniuscuiusque regenerationem, quod interijt, sufficiat, ex quo pro-
babile sumitur semen fieri partes animalis exangues, & non excerni. Itẽ 20
omne, quod fit, est à simili,& à simili nutritur, igitur partes sanguineæ
ex sanguine,& albę ex semine fiunt, cũ sic sint maximè similes, & hoc as-
sumptum concessit Aris. 1 de gener. & corrup. Item in plantis idem se- 21
men concurrit actiuè, & passiuè, vel actiuè concurrit terra propter ca-
lorem receptum à Sole, vt vult Tele.& hoc Aris.agnouit, & Atheneus, vt
refert Gal.igitur nil inconuenit ex semine fieri fœtum.& Arist.ait Gale.
dixit, in quibusdam animalibus visa esse omnia concipere, nihilq́. secer-
ni, sed omnia esse vnita. cur ergò non debet in omnibus concedi? Item 22
Marta habet pro inconuenienti, vt ex crasso semine viri fœtus tàm no-
bilis effectus conficiatur, sed multò inconuenientiùs est, vt fiat ex san-
guine vitiato,& pestifero, vt aperuimus, quod si nolit hoc quod dixi-
mus, nolle oportet, quod vult de menstruo. Item quando conuertitur 23
inflatum semen masculi, vel conuertitur à calore vteri, vel à seipso; non
à calore vteri, quia sic etiam dissolueretur sanguis menstruus, nec potest
esse, quia etiam calor vteri generaret, dum apponitur materia crassa, tũ
quia nolunt Peripa. vterum immutare, sed tantùm conseruare, vt dixit
Auer. in colliget 2. cap. 10. si à seipso dissoluitur, ac proprio à calore, er-
gò falsum est, quod dicunt non posse se mouere semen, ac complexum
cum mulieris semine non posse ex se animal procreare. Item apparet ca- 24
lor vteri esse principium actiuum ex eo, quòd incubans gallina, à quo
ouum in animal immutatur, manifestè vnum modo calorem ouis in-
dit, vt ait Tel. in cap. 1. eiusdem,& aliud nihil. quod item probatur ex eo, 25
quòd oua infimis supposita vbi calor,& nil aliud immutãs est, vel ignis
blando calori admouentur, pullos pariunt, & hoc non potest palliari,
etenim quantumuis ouum sit conspersum semine maris, vt vult Aristo.
nunquam tamen pullus nascetur, nisi loco calido, ad modum vteri repo
natur, nec alia virtus requiritur, vt patet etiam in seminibus vermium,
quod in alia disputatione explanauimus, quę si admouentur loco con-
calefacto proportionaliter, educunt fœtum, ex quo sufficiens extrahitur
argumentum semen patris non posse conficere, & ex se effingere animal
ipsum menstruum, semenve muliebre, sed ipsum etiam immutari à calo
re vteri, & in animal efformari. Et sic patet, quòd mulier actiuè concur-
rat. Item arguunt Scotistę, imperfectum,& similare non potest facere 26
perfectum,& difforme, sed semen viri est huiusmodi, etenim ipsum cum
omnibus spiritibus suis imperfectum est in respectu ad animal, & vni-
forme cùm non sit organizatum in animal. Sed dicit Niphus in 7. meta.

dispu.12.quòd imperfectum agens vi alterius, & vniforme in actu dif-
forme in virtute potest hoc facere, cuiusmodi est semen. sed error est
purus: nullo enim pacto(vt probauimus)potest semen agenti principa-
li obedire,inscium cùm sit,ac motus indit ab illo minimè memor. tùm
quia nullo pacto imitari poterit agẽs,&c. vbi est virtus rei, est forma rei,
& natura,vt arguit Marſ. ſuper Timæum,igitur in semine erit etiam a-
27 nima à parente indita,edoctaq. vt agat.Item per Arist. in 10.metaphy.
masculus,& fœmina sunt eiusdem speciei, & vt probat Galen. in 14.de
vsu par cap.6.& 2.de sem.cap.5.non differunt, nisi penes magis, & mi-
nus calidum,genitalia.n.in quibus differentia esse videtur non differũt,
nisi quia huic sunt intus,eò quòd vis caloris in fœminę constitutione
remissa fuit,& nequiuit foras genitalia propellere, in viris autem abun
dauit,& produxit. quin vt testatur Tel.in 6.cap.36. postquam exierunt
ex vtero fœminæ,& in statu perfecto erant, factę sunt mareș, ex fœmi-
nis quia maior factus fuit calor internus,& robustior potuitq. emitte-
re genitalia; idq. in regionibus nostris accidit, & multi homines vide-
runt,& facti mares fœcundi,vt cæteri fuerunt,ac generarunt, ita quod
nulla statui debet differentia inter marem,& fœminam; igitur in opus,
quod ambo efficiunt, ambo actiuè conuenire debent, ac semen prolifi-
cum emittere,sed variatum penes magis,& minùs calidum, vndè si se-
men viri nunc est prolificum benè,& satis,quando erat fœmina ipse,idẽ
semen prolificum, sed remisso gradu emittebat; & ampliatur hęc ratio
à Scoto in 3.sen.dis.4.q.1.formas eiusdem speciei essentialiter consequũ
tur virtutes,& potentiæ eiusdem speciei, igitur si semina amborum sũt
eiusdem speciei,eędem potentię consequuntur ad illa, & si semen ma-
sculi habet potentiam actiuam,qua concurrit actiuè, id dicendum erit
de muliebri. hanc rationem eodem pacto format Io. Antonius Pando-
sius Consentinus super 8.metap. q. 2. Iacobus autem de Forliuio super
3.tegni. Gal.q.37. addebat. sunt eiusdem speciei essentialiter, & neutrũ
occasionatum, vtrumque est superfluum vltimi nutrimenti habent eã-
dem materiam,& finem, varietas autem sequitur in effectu ex variatio-
ne agentis,& finis,vt elicitur ex 7.& 9.metaph. modo vtrunq. est decisũ
à causis eiusdem speciei propter eundem finem.

Auer. Respondet ad Gal.Auer.in 1.de gen.an.c.20. quòd licet sit similitu-
do in figura mari,& fœminæ, & in genitalibus,differre tamẽ possunt in
actionibus;non,n.eidem vsui deseruit vulua mulieris, & tunica testium
Th. maris,& mammæ maris,& fœminæ. Sed hæc responsio non facit satis
ad rem; etenim nos nõ disputamus de vsu genitalium, quę natura huic
intus dedit,vt conciperet semen, & locus esset aptus ad generationem,
huic foras,vt semen in vterum possit eiaculari, protulit; & sic varietate
sexus distinxit, sed disputamus de fœcunditate seminis, quæ consequi-
tur potentiam actiuam eorum;nam si ex vtroque deciditur semen, & in
eodem

eodem loco.f.in vulua recipitur ab eademq. specie potentia constituitur, poterit esse vtrunq. proficuum generationi. Ideò sciendum est, qđ nos præsupposito ex argumentis fact s, & experientijs semen maris cedere in materiam concepti, præsupponimus etiam fœminam semen emittere, tùm ex dicendis inferiùs, tùm ex ipsius Auer. authoritate aduersarij, qui in 2. de gen. an. cap. 6. dat semen vtrique mari calidius, fœminæ humidius, & sic ab ambobus vult emitti: & hoc ignorauit Niphus; non.n. viderat commentarium Auer. super de gen. an. nam post eum impressus fuit, editusq́, vt Io. Ant. de Consentia refert in allegata quæstione, tùm ipse Niphus in 5. metap. scribens super. 1. comm. vult mulierem concurrere actiuè quoad emissionem seminis, & D. Th. vt refert Gai. super 3. p. q. 32. ar. 4. vtrunque voluit actiuè concurrere, quoad factionem seminis, & vt ait deinde super q. 35. ar. 3. D. Th. contra Arist. tenet illud, quod mulier emittit in concubitu, esse semen, & non excrementum vteri; itaque differentia stat vtrum semen illud possit esse prolificum. quapropter notabis ex Fernellio in lib. 7. cap. 6. quòd semen non est dictum fœcundum ex eo quòd agit in sanguinem ex se, conuertitq. illum in fœtum, quia neque, sic si esset, masculinum semen erit fœcundum, cũ per se solum per rationes antepositas non possit menstruum in animal effingere. Sed ex hoc dicitur fœcundum, quia dum alteri commiscetur ad generandum confert. & ex hoc scies Iacobum de Forliuio, & Scotum differre aliquantulum à Gal. & Telesio, Gal. n. & Tel. volunt hæc semina per se conficere fœtum non posse, sed oportere concurrere vteri calorem, qui vtrunque immutet, & singulorum spiritus, & calorem augeat vimq. parturiendi fœtum conferat, vt dixit Fernellius. sed medici plures, & Scotistæ non ind gantes benè Galeni dicta vtrunque semen agere sufficienter putarunt, nec distinxerunt de calore vteri. itaq. proficuũ generationi esse eo pacto, quo Fernel. explicauit, semel muliebre probãt rationes nostræ, & quoquo pacto etiam coagere si valet, & ad hoc unũ diriguntur rationes Scoti. illud itaque esse fœcundum nos probamus ex parte principij actiui. s. animæ uegetatiuæ, & identitate naturæ, quæ essentialiter utrisque est eadem, eundemq́ ex corporis omnimoda identitate, & compositione spiritum calidum syllogizamus, licet modica sit variatio; igitur si eadem uirtus actiua procedit ab eadem specificè anima, poterit etiam fœmina facere semen fœcundum. modò secus est de testibus, & tunicis eorum, ac mammis; hæc enim sortiuntur aliquantũ diuersitatem ex sexus distinctione, & distinctio sexus variat eorũ usum circa generationem, ad quam talis distinctio necessaria est; non tamen uariat uirtutem actiuam, & formam essentialem à qua in semine fœcũditas prouenit. quapropter Auer. uidetur errasse, & adhoc propositum probandum arg. 10. magis fœcundum est semen mulieris, quã sanguis, etenim propinquius est semini uiri hoc, quàm ille, sed sanguis cõcurrit,

Io. Ant.

ut ex eo possint fieri membra fętus, ut Arist. uult, igitur & semen fęminę nihil prohibebit esse bonum. Itē arguebat Forliuius sumens ex Scoto, in temperatissima muliere in sua iuuentute perfectiùs potest decoquere semen, & ultimum alimenti, quam in mare malēcolico sexagenario, sed mas potest emittere semen prolificum, & concoctum; igitur & fęmina.

R. Huic respondet Niphus, & Forliuius, quòd non decoquitur sperma in muliere, sicut in malencolico potente generare: illa. n. non habet temperamentum ueri spermatis, sicut licet iecinoris temperatio sit robustior, quàm illa testium, non tamen potest cōcoquere, & generare sperma. sed errant hi uiri: etenim licet temperatura sit alia in iecore, & testi

Th. bus, tamen in utrorumque testibus eadem esse potest; nam in his nō est uariatio, nisi quia hîc intus sunt, hîc uerò foris, & ad idem exercitium, & usum sunt dati à natura. s. ad concoquendum semen, aliter fœmina mas non fieret, & quę facta fuit, non fuisset fœcundus. Item ut refert Gal. 2. de sem. cap. 1. mulier uidua fuit, quę benè concoctum, collectumq́, & crassum emisit semen, quia d ù non euacuauerat illud, & non diuersum à uirili apparuit. Itemq́. uasa seminaria, & testes ei pleni semine apparent non longè secus ac maribus, quæ omnia horum responsum benè infringunt, & illud quod addebat pro responsione ad suum argumentum Forliuiensis, quod sumpserat à Scoto ex his apparet falsum etiam; nam dicit, quòd essentialiter sunt idem, tamen quia accidentaliter uariātur diuersas habent potentias, diuersumq́. per consequens semen. Sed hoc dictum est nullum, nam uisuntur ambo semen conficere, & mulier benè concoctum, quandoque emittere, testesq́. habent ad hoc à natura formatos, & non frustra. Item quod accidentaliter competit, nō semper est, igitur si fœminæ, quia differunt specie accidentali non bene spermatizant aliquando bene spermatizabunt; nec dicant, esse accidens necessarium, nam non posset fieri fœmina mas. cuius contrarium experiētia docuit, itemq́. masculi aliquando tàm in pueritia, quàm iuuentute semen habent infœcundum, si nimis fuerint frigidi, quid ergò uerendum est de mulieribus, si in fęcundum nunc habent; ne possint fęcundū quandoque habere, sicut illis contingit masculis? Quapropter melior est responsio Caietani in allegato loco qui dat uirtutem actiuam fœminæ, sicut mari quoad factionē seminis, ex eo ꝙ uegetatiua in muliere est actiua, sed res facta ab ea, concurrit passiuè. s. semen, uel menstruū. Item magister Ferrariensis super 4. contra Gen. cap. 45. & Iauellus super 8. metaph. q. ultima ueraciter loquentes de mente D. Th. dicunt mulierē concurrere actiuè, quoad dispositionem materię, & maturationem fętus, passiuè autem quo ad formationem corporis; quod quidem acceptamus in uia Telesij loquendo de semine mulieris; illud enim disponit, & cedit in materiam concepti, & aliquantulum etiam coagit, iuxta Gal. per calorem, quem in se continet, & hoc pacto concurrit etiam semen

uiri

viri passiuè, & actiuè: sufficientia tamen immutandi est à calore uteri, & efformandi. sufficienter enim demonstratum est semen viri nó posse inducere formá, vt vult Arist. Sed Gal. 28. adhuc volebat probare cótra Arist. & Athenæum semen mulieris actiuè cócurrere, vel cedere in materiam concepti, in 2 de sem. c. 1. si mater non emitteret semen; sed semen patris dat vim formatricem, & ex menstruo animal efformat, mulierq́. non agit, tunc sequeretur, quòd fœtus nulli fieret similis, nisi patri; qui agit per semen, vt sibi illud passum assimilet, & non fœminę, & tamen contrarium videmus, inquit, & valet consequentia; nam vt refert Gal. in illo cap. moribus, & facultatibus animæ pręparat natura idoneum corpus, mores verò, & facultates ex substantię temperatura habet fœtus, vnde ipsius prima generatio existit, ex quo efficitur, vt animarum species generationi subiectas substantias .i. materiales partes consequantur: quapropter bos, aut aliud animal tale euadit ex substátia, materiaq́. ex qua fit; natura verò fit facultas quædam, quę substantiam commouet, & fingit, ex secundo de part. an. hoc probatur, & ex 1. Gal. de vsu par. ex quo sufficiens argumentum sumitur ẽt ex princip.js Arist. semen fœcundum à fœmella afferri, habens facultatem, & robur. sed dicunt Arist. & Atheneus, vt refert Gal. quod fœtus assimilatur matri, ex eo quod à matre subministratur sanguis nutriens. sed in hoc sibi ipsis contrariantur, ait Gal. dum nutrimento à matre allato, & consequenter matri dant virtutem actiuam. Item fallax est responsio; nam semen patris, cui soli competit agere, dum agit, semper fœtum sibi assimilat, p Arist. ipsum dicentem, agens semper sibi assimilare passum, 1. de gener. t. 51. nec à nutrimento, si abfuerit semen viri, fœmellæ poterit assimilari, cùm quia nullius est actionis, vt coguntur dicere in via eorum, tùm quia idem ageret in seipsum; nam se ipsum animal matri simile facit, dùm se incorporat illi; & hoc valet, quia apud Arist. non eædem numero partes remanent in nutribili propter continuum aduenieus nutrimentum, & alterius resolutionem, vt habetur 1. de gener. Item quia dú semen maris adest, semper patris fętum donat similitudine, & dum abest, quando volunt excerni, impressa virtus ab illo similis parenti nutrimentum, aduenieus in se conuertens, parentis similitudine donabit, & hoc valet; etenim si semen viri, vt volunt per motum à viro indito agés format fœtum, & animam educit, multò magis fœtus, cui inest anima, dum nutritur excreto semine, quod validius est agens similitudiné suá à viri semine datam nutrimento indet; ac ipsa forma animalis, quandiù permanserit, tandiù fit robustior, ac magis patri fœtum poterit efficere. Item Galenus, contra hoc inuehit, quia temerè d.ctum apparet istuc; nunquam enim res, nutrimento mutato, formam mutat, & similitudinem eam consequentem; non etenim Persica arbor in Aegyptú translata mutat formam, sed fructus bonos producit ex bono nutrimento

ibi

ibi comparato, nec oues, mutato pabulo, capris similes fiunt, aut equis quorum cibum assumpserunt; sed videmus mutare formam semen asini, equæ vtero iniectum, ac mixtum ex his fieri animal: & si canis vulpē prægnantem reddiderit, non canis, sed ex vtrisque mixtum procreabitur; quinimmò Atheneus in 7. li. de semine ait, si canis vulpem prægnātem reddet, quod nascetur, non canis, sed vulpis specie donatum erit, & è contra, si vulpis canem subiecerit, fiet canis specie fœtus, quod quidē non esset si semen muliebre benè fœcundum non foret, vel, quod vult Tel. calor vteri maximè non ageret; quod per hoc manifestatur. dicere possent, quòd similitudo prouenit à menstruo, sicut polycletus facit statuam, sed nigram statuam facit lignum, sic formatrix virtus seminis facit oculum, sed Cęsium facit menstruum. sed arguit Gal. ex hoc sequetur, fœtum semper assimilari matri hoc pacto, quo responsio docet, cuius contrarium experimentum manifestat: concludit igitur Gal. argumentum suum, si vtrisque parentibus similes eduntur fœtus, ergò ex communi, quæ vtrisque inest causa, similes efficiuntur; sed hoc commune principium non est menstruum, quia hoc solius matris est, igitur semen, & virtus actiua. Auer. in 1. de gen. an. cap. 20. respondens huic Galeni argumento, inquit, Quando mater subministrat materiam promptam similem formæ maris adhibet ei mas illam formam. Sed quando dat materiam conuenientē formæ simili ipsi fœminæ, tunc semen maris inducit illam formam materiæ menstrui, & tunc oritur natus matri similis, respondet etiam eodem quasi modo Forliuiensis, & cum eo Niphus, quòd sicut sperma maris est in potentia actiua, ita menstruū mulieris in potentia passiua, ita quòd dispositum taliter est quandoq. mēstruum, vt recipiat similitudinem maris, quandoque fœminæ; & quia menstruum est magis receptiuum similitudinis matris, si semen viri sit aliquantulum imbecille, non valebit sui, sed matris afferre similitudinē; & sic, si magis imbecille indet similitudinem aui, proaui, & aliorum pro qualitate dispositionis agentis, vt quidam doctor adiungens huic respōsioni in 8. metap. inquit, hæ responsiones videntur recurrere ad debilitatem agentis, & impedimentum menstrui resistentis: iccircò arguit Io. Ant. conciuis Telesij in prędicta quæstione; quandocunque agēs naturale facit aliquem effectum, sibi illum intendit assimilare, & nulli alteri, & si impeditur, suam formam remisso gradu indet, non enim calor producens effectum suum, si impeditur, frigido assimilabit illum, sed sibi ipsi remissiori tamen mensura, & hoc nos explicuimus in altera quæstione, igitur semen viri agens semper assimilabit sibi fœtum, & si impediatur, assimilabit sibi gradu remisso similitudinis; sed videmus matri in omnibus similem filium, igitur hoc non potest esse, nisi mater agat, per catorum seminis, vel vteri. Item arguo ego, si semen viri potest adducere formam substantialem, & semper ab eo inducitur, & corpus ab eo organi-

R. Auer. (margin)

Th. (margin)

1

6

ganizatur, sicut ab artifice, & non ab alio, vt dixit Arist. 2. de gener. ani. cap. 1. igitur semper suam imprimet similitudinem, tùm quia hoc est minoris, & leuioris ponderis, quàm educere formam, tùm etiam, quia forma substantialis inducta à viro agente ad viri speciem semper habet molem menstrui, & ipsa est robustius semen agens, sic quòd potius agere poterit. Item fortissimus homo, qui benè crassum, & validũ semen 3
emittere valuit, coiit cum muliere, non sat robusta, & tamen fœtus similis editus est matri, quod non accidisset, nisi actiuè, vel per calorem vteri, vel seminis fœcunditate, (licet primum magis credam) concurrisset. & hoc non potest effugi, quia semen viri cùm est fortè, & benè calidum inducit formam masculi, & si è contra se habet, dat formam fęminæ apud Perip. Auer. n. inquit in 1. de gene. ani. cap. 18. idem semen facit marem, & fœminam, ad quod concurrit de complexione, & ætate vtriúsque, vbi Auer. manifestè sentit à bona complexione, & calore, qui est in ætate perfectá fieri marem, & ab imbecilli fœminam, & Gal. & Tel. ex nimio calore marem fieri statuerunt; igitur si per Perip. mas fit ex valore seminis viri, quod ēt eorum responsio maximè confirmat, & tamen mas assimilatur matri; vndè prouenit hoc? non valet illud, ad quod con fugiunt, imbecillitati agentis, & resistentiæ patientis menstrui imponētes, etenim si formam masculi indidit, benè robustum fuit semē illud, & strenuè superauit resistentiam menstrui. & hoc, quod dico, maximè 5
cogit; nam mares valdè strenui matribus, quandoque sunt similes: & si fuisset imbecille semen viri, non induxisset maris formam, & sic validá. ergò ex hoc conuincitur esse maximam actionem in mulieribus, vel à calore vteri, vel seminis fęcunditate, quę suo valore, & dominio similitudinem mulieris contulerunt fœtui, & vi sua. s. caloris genitalia foras eduxerunt. Item Auer. 1. de gen. an. cap. 18. & in 2. cap. 4. ratio similitudinis 6
est referenda ad agentem, non ad materiam in fœtibus, & Arist. hoc voluit in omnibus generaliter in 1. dè gen. & corrup. & si contendant, referri ad materiam, hoc non poterit esse, nisi per resistentiam: & hoc benè reprobant nunc facta à nobis argumenta, & etiam Gal. cùm dixit, ꝙ semper assimilarentur matri, si menstruum faceret Cęsium oculum, & virile semen oculum, saltem in parte id destruxit. Item si semen patris 7
organizat, vt Arist. dixit, dat lineamenta, & figurationem, quam nõ credo, quòd faciat (si sic est) iuxta fœminæ figuram, (nisi propriæ obliuisci dicant naturæ semen Peripa) sed benè prouenit à menstruo aliquis color, vel virtus intrinseca sequens illud; quin nulla virtus, nam menstruum nullius est virtutis, cùm sit sanguis vitiosus; & tamen videmus frequenter filios mares in lineamentis, & frigoris similes matribus, & habere etiam virtutes, quę inerant corporibus earum. Et ego vidi virum 8
frigidę complexionis, & vxorem, quę minùs videbatur frigescere; quorum filij mares per omnia matri persimiles orti sunt, & fęminę patri, cd

non

non fuit, niſi quia calor vteri magnus fuit in mariũ generatione, vt propellat genitalia, & fœcunditas ſeminis muliebris cum calore pro conferenda ſimilitudine matris, & in fœminarum generatione remiſſus fuit calor, ne producat genitalia, & fœcunditas viri maior, ac ſeminis copia, vt ſuperet muliebrem, ſuamq́. inferat ſimilitudinem.

9 Præterea quando eſt reſiſtentia à menſtruo, & imbecillitas in agẽte, deberet fieri fœtus impurus, groſſuſque, vt menſtruum illud, ex cuius impuritate, & craſſitię reſultabat reſiſtentia; itemq́. grauis corporis fieri oporteret, hebetis ingenij, imbecilliumq́ virium iuxta ſua principia actiua, & paſſiua; itaque ſi fœtus, qui deficit à ſimilitudine parentum; ideò deficit, quia ſemen viri debile fuit; nec potuit ſuam, vel matris exhibere ſimilitudinem, & ſic non potuit etiam ſuperare menſtrui craſſitiem, quia renitebatur tali ſimilitudini, vt elicitur ex eorum reſponſionibus, tunc ille fœtus, qui neutri eorum ſimilis eſt ortus, peſimæ cõplexionis, & omnis mali particeps eſſe deberet, eò quòd talia fuerunt principia iuxta horum ſententiam; ſed contrarium ipſis intuemur oculis; immò vidimus natum neutri parentum ſimilem vi, corporis agilitate, & fortitudine, magnoq́. ingenio ad ornatum, aptiſſimoq́. corpore, ac

10 puriſſimo donatum, nil craſſitiei declinantem. Item ſi parat talem materiam mulier, vt ex ea fiat fœmina, & vir indat formam mulieri ſimilẽ, iuxta illud, quod innuunt verba reſpondentium, tunc in illa diſpoſitione concurrit, actiuè mulier. Sed hoc concedunt Thomiſtæ, igitur mulier ſemper agit, vt retineat ſuam ſpeciem, pro qua diſpoſuit, & vt perducat ad illam, quę ſua eſt, & ſic etiam in formatione cõcurret actiuè, qđ probarunt adducta argumenta; nam quomodo retineret formam tale menſtruum, cùm in aliam ſubſtantiam tranſeat, niſi ſit virtus in fœmina ſemper cooperans ad conſtitutionem, & organizationem? & pręci-

11 puè in conſtitutione maris matri perſimilis? Item falſum eſt, qđ dicunt, ſimilitudinem aui in fœtu prouenire ex imbecillitate agentis, quod neutri parentum potuit aſſimilare; quo enim pacto correſpondeat talis ſimilitudo ab agente languenti ipſi auo, qui, vt contingit, eſt benè robu-

12 ſtus, non uideo. Inſuper quando nulli ſuæ cognationis eſt ſimilis fętus, oporteret illum fieri imbecillimum, ac groſſum, impurumq́ue, vt modo meminimus; nam tunc reſiſtens eſt menſtruum ſua impuritate, & agẽs valdè debile, vt non ualeat parentum cuipiam, nec parentelæ, vel cognationis fœtum aſſimilare, & iuxta illorum reſponſum quantùm diſtat à parentela, tantùm imbecille fuit agens, & inobediens ſua impuritate mẽſtruum, ita quòd puer Calaber, ex Familia Campanella non ſimilis cuipiam ſuæ familię, ne Calabrorum, ſed alteri diuerſiſſimę familiæ, qui ſit Indus, peſimus eſſet in anima, & corpore, in hac ex parte agentis debilis, qui non potuit ingenerare fortiorem ſpiritum animalem, in hoc ex parte menſtrui craſſi, quod propter ſuam reluctationem non exuperatum

fuit,

fuit,& sic remansit in grossitie,& impuritate pessima. Sed nos huius cōtrarium longè optimè in dies experimur, non enim quantò suis est dissimilior fœtus tantò deterior est semper, quin plerunque aliud experiētia docet. Item quod dicunt, menstruum esse in potentia passiua; magis ad matrem declinans, nil valet; potentia.n. passiua est ad vtrunq., & nullius est vis, & si esset, nihilominus exuperatur ab agēte, & reducitur ad id, quod vult. Item quomodo semen patris inducat formam aui, quem nunquam vidit, propter suam imbecillitatem, vel semen Calabri semper in Calabria commorantis, producat formam, similem Veneto viro, ex hac opinione nulla ratio reddi potest. ex his nostris rationibus apparet, quàm ratum sit fundamentum Galeni, quod Iacobus de Forliuio nil speculatus dixit, esse fallax, & Conciliator aiebat, Gal. fecisse illud in iuuentute quando adhuc non benè expertus erat, & pro horum confusione addamus rationes Scoti ex Galeno tamen deceptas; nam ampliāt fundamentum istud. Item si mulier non ageret in formatione, non nasceretur infans cum dispositione in vno membro similis matri, in colore, vel naso, vel neruo, in cicatrice, & stigmate, igitur oportet concludi spiritum fœmellæ actiuum saltem in illa parte qua assimilatur matri, trahens semper ad formam matris, quòd si concedatur in particulari membro, tunc quando in omnibus similis est matri, oportebit dicere egisse matrem in omni membro; item dicebat Fernellius, quòd fœtus, vt plurimum contrahit vitia, vel virtutes, & infirmitates matris, quod non foret, nisi ageret. Item dicebat Scotus effectus positiuus causam habet positiuam, igitur si similitudo matris est effectus positiuus, habet causam positiuam, & non oportet currere ad imbecillitatem agentis viri, & impedientis menstrui, quę sunt causæ priuatiuæ. 13 14

Ad primam Scoti respōdent Forliuiensis, & cum eo Suessanus, quòd menstruum, quod est materia communis deciditur à materia iam toti distributa, in qua particulares membrorum dispositiones aliqualiter impressæ sunt, & sic potest esse taliter disponibilis ab agente, vt in hac particulari dispositione, puta in stigmate sit matri persimilis. Sed ò fallax responsio horum, & Arist. contraria, Arist. n. incusauit valdè illos, in de gen. an. qui dixerunt semen decidi ab omnibus partibus corporis, & apud illum, ac Auer. tàm semen viri, quàm menstruum est superfluitas vltimi nutrimenti; quomodo ergò dictis, decidi à materia toti distributa, illud menstruum? etenim in vltima concoctione separatur mēstruū, antequàm distribuatur in nutrimentum; & constat, quòd tunc nullā dispositionem recepit à concoquente; non enim partes impuræ, sicuti est menstruum, recipiunt formam, sed excernuntur, tanquam impossibiles, vt illam recipiant, vt videmus in excrementis ventriculi, ac in omnibus alijs; quæ vt aliena prorsus exprimuntur; itemq non est rationi, nec imaginationi consonum, menstruum, quod in principio distribu- R. Th. I

tionis separatur, immò antè, habere dispositionem stigmatis, quod est
2 in facie matris, cui non adhęsit vllo pacto. Item, si accepit illam dispositionem, quod valdè est impossibile, nō poterit retinere, nisi sit virtus, quæ semper coagat in illa parte talem dispositionem retinens; etenim totaliter à natura menstrui immutatur, & in aliam transit omninò. sc. in fœtum, & quomodo potuit retinere illam dispositionem, nunquā quidem imaginabile erit, nisi spiritum matris, & calorem agentem ponant in tali membro. quod si faciunt, tunc, cùm totaliter matri assimilabitur, in omnibus membris erit agens illud principium maternum.
3 Item quid dicent ad illud, quod filij masculi contrahunt passiones, & virtutes matrum, toti materno corpori distributas? non possunt recurrere ad imbecillitatem agentis, nam si fuisset imbecille, non produxisset marem in via eorum.

Ad vltimum Scoti aiebant, quòd effectus expositiuus quandoq. dependet ab agente positiuo, & aliquando ab impedimento agentis. hoc reprobauimus per omnia dicta argumenta, nam impedimentū mēstrui similitudinem probauimus non causare maternam.

Pręterea impedimentum causat defectum, & non accidit, vt plurimum, sed similitudo matris non est defectus, veluti facere fœminam; nam per Arist. fœmina est mas occasionatus, igitur potius impedimentum menstrui deberet semper causare fœminam, quàm similitudinem fœminæ, sed in maribus, vt plurimùm est similitudo matris, igitur nullum est dictum eorum, sed figmentum. Forliuiensis respondens ad quædam argumenta dixit fœminam produci à semine viri à quo non intenditur, sed benè à cœlo intenditur, & deriuatur virtus fœminam pareās: alij verò referunt similitudines alteri à parentibus ad imaginationē fortem parentum super illum, cui assimilantur, vt patet de fœmina, q̄ peperit filium nigrum ad instar Aethiopis, quia intuebatur concipiens figuram illius, & hoc non semper fit, sed quandoque; ideò nil sunt ad nos; hanc opinionem multi sequuntur, vt vidimus in libro de spermate Galeno ascripto. Sed primum non possunt dicere Perip. etenim Auer. 2. cœl. & Auic. omnesq́ alij solo motu, & lumine, & consequenter solo calore agunt cœli in hæc inferiora; & hanc opinionem sectabimur in disputatione sequenti opinio quippè Astrologorum à Pico Mirandulano, & à Plotino Platonico, ac Marsilio Ficino satis est reiecta; igitur cœlum dat calorem tantùm semini virili, vel menstruo, quapropter corroboret illud, & sic semper fit masculus respectu cœli, calor enim additus calori, intendit illum, & magis promptè potest propellere genitalia, & procreare mares Perip. n. volunt planetas, qui non videntur calefacere, dici frigefacere, quia remissum inferunt calorem, vel quia dum remisso calore agunt, aperiunt meatus corporum, in quæ agunt, & sic faciliùs frigus ingreditur. sed hoc non potest dici in vuluis mulierum, quæ benè

ne occluduntur, cùm concipiunt, vt probat Gal. & Hyp. ita quod illuc non potest agere frigus, & maximè si calorem remissum immittunt planetę, qui coniunctus calori seminis dat vigorem, ex quo magis fit generatio masculi. fuga igitur fuit dictum Forliuij; qui gloriatur vtriusque partis argumenta soluere. Aliud dictum de imaginatione facit ad propositum nostrum; namque non alia de causa imaginans producit effectum, similem rei conceptæ in imaginatione, nisi quia spiritus totius corporis, dum aliquid imaginamur, percipit illam rem, quam imaginamur; & sic in actu Veneris percipientem spiritum transfundimus cum semine in vterum, & sic retinens spiritus seminalis imaginem illam in actione sua, vtitur ea, vt exemplari, & iuxta illud similitudinem confert, nec aliam rationem reddent Perip. nec Albertus, vel Arist. in problematibus aliud inuenit, modo mulier, vt plurimum per suam imaginationē agit in fœtum, vt patuit de illa, quæ peperit mancipium, nigram figurā percipiendo in exercitio Veneris; igitur mulier ēt producit spiritus actiuos, & formatiuos, vt vir, semen vel fœcundum, vel spiritus descendentes ad vterum per venas, & agentes hoc causant.

Sed hæc dicta de similitudinibus oportet, nos modo in via nostra examinare, & rationes reddere sufficientes. Quocirca sufficiēter diximus, & iuxta probatam viam Gal. & Tel. sumptam ex sensibus; quare quandoque generantur mares, & quandoque fœminæ; & erat ex validitate caloris fieri mas, qui genitalia efferat, & imbecillitate fieri fœmina; & hæc opinio fuit Empedoclis, vt dicit Gale. in lib. de hyst. philosophica; vndè verificatur opinio Anax qui dixit in dextra parte procreari mares, & in sinixtra fœminas, quod dicitur, quia hîc calor maior, ibi minor; & dictū etiam Cleophanis, qui mares ex dextro testiculo, fœminas ex sinixtro fieri aiebat, adiunctum fuit illi opinioni, & quando versa vice fiant exposuimus cum Gal. & ideò Hipponax (vt refert Galenus) robustitati seminis attribuit mares, quæ quidem à calore est, & imbecillitati fœminas. Exposuimus etiam cum Galeno quare quandoque sunt similes matri, & quandoque patri, & attribuimus prædominio seminum in fœcūditate, & actiuitate vtriusque; quę quidem opinio fuit ēt Empedoclis (vt narrat Gal.) & satisfactum est etiam, ad quæsitum, cur partim patri, partim matri similis ędatur fœtus. Nunc autem est nobis declarandum pro complemento doctrinæ, cur alteri à parentibus oriuntur similes? Nos itaq; dicimus, similitudines Tho. suá à spiritibus agētibus vtriusq. ind.: qui, quia immutantur iuxta complexionis elementaris mutationes, & temperaturas corporis, ideò transmutata temperatura seminum transmutatur, & fœtus. quomodo verò semina variantur iuxta temperaturas, & quatuor humores videndum est à Galeno in libro de spermate; & quia semina sequuntur magis temperaturas parentum; ideò spiritus in his existentes penè semper, vel plerunque parentibus similes Opi. antiq.

fœtus æduntur, iuxta declaratam sententiam, verùm quia contingit cõtinuò temperamenta variari per ætates, & horas, vt habetur ibidem, iuxta iuuentutem, senectutem, argumentum, decrementum, cibos, habitationes, intemperies aeris, calores cœlestes, mutãtes corpora diuersimodè diuersis calorum viribus agentes, aliasq. varias affectiones, ad quæ sequuntur diuersæ mutationes in temperamentis, & calore constitutiuo parentum, & in actu venereo secundum has mutationes mutantur semina; & sic nati iuxta doctrinam traditam in libro de spermate Galeno attributo, vbi pro varietate humorum varietatem fieri in fœtibus in qualibet hora demonstrauit: & quia sic varietates contingunt, tùm etiã iuxta actiones, & passiones seminum, nam quando sunt æquè fortia ad tertiam naturam, & similitudinem conducunt; itaque iuxta dispositiones tales, varij in figura in virtutibus, vitijs, moribus, & viribus oriũtur, fœtus, hęc.n. omnia sequuntur dispositiones temperamenti, iuxta Gal. in illo libro, & in eò, in quo demonstrat mores animæ sequi temperamenta corporeum, & Telesius, idem manifestauit in 8. lib. & aliqualiter in nono. hinc colligo, quo pacto, qui nascitur in Calabria persimilis est ei, qui oritur Neapoli, vel Venetijs; nam eadem temperatura seminum, secundum tot varietates in vtriusque seminis potuit correspondere, & spiritus efformans, ac calor in vtrisque simillimus fuit, quia eodẽ affectus fuit modo, vel simili à simillimis temperamentis; rarò tamen, vel nunquam contingit eodem pacto prorsus affici spiritus eorum constitutiuus. aliquando in quibusdam partibus assimilantur hi fœtus tantũmodo, qui sunt diuersæ nationis, & cognationis: quod ideò est, quia in illa parte identitas, seu similitudo agendi vna fuit ab vno spiritu simillimo ibi specificè in tali parte, seu membro. Item contingit, duos esse similes in corporis figura extrinseca, & dissimiles in ingenio, & passionibus intrinsecis, quia spiritus, & calor persimilis eodẽ pacto affectus specificè egit in figuratione ipsorum, deinde in vno eorum, vel vtrisq. mutatus est intrinsecè, & pręcipuè in cerebro, si diuersantur in ingenio, vel in alia parte, vel toto corpore, si in altera passione corporea est diuersitas; immutatus dico, vel ex nimio augmento caloris, qui fecit fuligines in sanguine. tùm ex nutrimento diuersificato in fœtum ex venis aduenìente, vel alia passione emanante à corpore fœmellæ, vel aliundè, aut ex diminutione caloris. ex his in omnibus possumus discurrere: verũ prætereundum non est, quomodo fœtus oritur cũ cicatrice, vel signo matris, vel claudus, & cœlus, vt pater. dicimus, quòd spiritus constitutiuus matris semper retinuit illam formam, & quando agit recolit motus illos, quibus mouit materiam dum constituebat matrem, quidquid.n. apponitur, in carnes, neruos, & alia membra, quæ ipse effinxit, iam conuertit eodem pacto agens quo egit in constituendis illis, sic in reficiendis, quapropter si constituit matrem cum neuo, vel cicatrice, in constitutione

tutione fœtus transmittitur per semen in matricem, & sic nisi impedia tur, cum eodem signo fœtum procreat; & quamuis spiritus, qui constituit parentem continuò resoluatur, tamen ille, qui defluit communicat eandem affectionem, ac motum aduenienti, antequam elabatur, nam si sic non fieret, nulla scientia posset permanere in nobis. vt Tel. exposuit, & sic spiritus adueniens eodem agit modo, quo labens. & ideò si cicatrix in matre fiat post constitutionem suam, & dum est in perfecta ætate, si illam impingat fœtui, hac via impingere imaginandum est, quapropter pater claudus generat claudum filium, quia spiritus, quem traducit cum semine, retinet formam claudi, quam nutriebat, & in vita ducebat, & sic in filij generatione agit. verùm Aris. in 2. de gener. an. attribuit hunc effectum vehementi imaginationi matris. ad quod sequitur matrem concurrere actiuè, vt probauimus; & ideò Aris. hoc non potest velle. sed nos possumus, quapropter de imaginatione dicere ne grauemur, quomodo sic agat.

Platus diuinus in Timæo, inquit, quòd Deus indidit homini ministerio secundorum deorum duplex genus animæ immortale. s. in cerebro, & mortale in corde, ac iecore, & cùm declarauit eam, quæ est in corde ait, posuisse cõcupiscibilem in interiori parte, genus animę agreste; sed quoniam videbat Deus partem illam animæ talem fore, vt rationẽ immortalis non exaudiret, & quo pacto sensuve pulsaretur hæc concupiscibilis anima, ac nutritiua, nullo modò rationibus obtemperaret, sed suis simulacris continuò raperetur, idcircò naturã iecoris procreauit, & in eius habitationem disposuit, densam, inquam, naturam, lenẽ, claram, dulcem, & amaritudinis non expertem, vt cogitationum ex mente descendens potentia, in ipso iecore velut in speculo figuras suscipiẽte, aspectuiq. simulacra reddente, quandoque recepta terreat ipsum, quandoque amaritudine vsa felleos terribiles colores ostentat, &c. & indè cõ 4
cludit, Deos fecisse illam animam quoquo pacto rationis, & prudẽtiæ, dùm species in iecore receptas speculetur, & vaticinetur. vnde clicio, ꝙ anima nutritiua apud Platonem, quæ est in iecore, & non est aliud, nisi spiritus vitalis, benè cognitionis est capax, quia imagines descendentes à cerebro in iecore velut in speculo receptas, retinet, & quia ex iecore mittitur sanguis in matricem cum illo spiritu retinente speciem, tunc cùm ille spiritus sit animal agreste, agit iuxta speciem, quam recepit, & sic mulier imaginans Aethiopem, vel claudum, aut quacunque dispositione affectum, imaginem illam demandat ad iecur, quam impressam recipit spiritus, & descendens in vterum cum sanguine puro, illum ducit ad formam, & simulacrum, quod recipit in iecore, & si claudi simulacrum accepit, claudam effingit, si Aethiopis, Aethiopem, & si pulcri, pulcrum, non enim tanta vtitur ratione, cùm sit agreste animal, vt dixit Plato, vt consideret simulacrum malum debere omitti. hoc (vt credo)

posset dici in via Platonis:quod dictum licet per metaphoram intelligat Ficinus,non tamen est ad litterã, & inquit Marſ. Fic. quòd hæc opinio fuit antiqui Pythagoræ, qui fuit doctor Calabrorũ apud Crotoniatas pater antiquus philosophorum,quam,qui meliùs intelligunt, exponãt meliùs.Poteſt etiam aliter dici cum Platone; nam inferiùs in illo libro vult ſemen ex cerebro originari , & per ſpinalis medullę locum deriuari ad pudendum,illudq. vult eſſe reſpirans benè, & animatum , vnde infero,quòd cum ſit animatum retinet ſpeciem imaginationis ſumptam in ſua vniuerſitate,quod eſt cerebrum, & cùm ea retenta tendit ad matricem,vbi iuxta illam ſpeciem agit. Sic etiam Empedocles imaginationi parentum ſimilitudinem extraneum in fœtibus aſcribit, vt refert Gale. idem dicunt Ariſt.& Zim.in problematibus de mente Perip.non tamẽ modum,quo agat imaginatio, explicuerunt, Cõciliator tamen aliquid dixit,ſed non pro complemento. idcircò audiamus Marſ. Ficinum primum ex latinis in Platonica diſciplina. Hic ſcribens ſuper Timæum in cap.vltimo,& ſuper conuiuio,in cap.8.expoſitionis orationis ſeptimæ, inquit,vehemens imaginatio mouet ſpiritus interiores, atque in his excogitatæ rei pingit imaginem;ideò infero, quòd ſpiritus illi retinentes talem imaginem emiſſi in vuluam ad conſtitutionem embrionis, iuxta illam agunt,& illius ſimilitudinem adhibent fœtui, & ſic tàm pater, q̃ mater in coitu poſſunt imaginari,& ſi fortiſſima fuerit imaginatio alterius,fœtus conſtituetur cum illa, & ſic mater concurrit actiuè, quod imminuit ſpiritum cum imaginatione, quod nolebant Perip. quapropter non poſſunt reddere rationem huius rei : cæterùm ſciendum eſt,quòd Galenus in libro de ſpermate vult, in venis, & arterijs conuerti ſanguinem,in ſperma ſaltem originatiuè, nam ex ſpermate nutriuntur venę, arteriæ,& partes albę,ex quibus ſunt confectæ : idcircò pro nutritione horum ibi ſanguinem vult abſolui, & conuerti in ſperma ,& per venas aſcendit ad cerebrum,dans ei partem pro nutrimento(ex ſemine.n. formatum eſt cerebrum) & per duas venas deinde, deſcendere vult ad teſticulos,quapropter putandum eſt, quòd deſcendens à cerebro contingit,illud benè animatum eſſe,ſpirituq. repletum; itaque imaginatio impingit imaginem in illo ſeminis ſpiritu, qui eſt in teſtibus, & calore teſtium accenditur, magiſq. elaboratur ſanguis ille,& concoquitur, q̃ ſuperfluit a nutritione partium albarum , ſicq. vterque parens ſperma animatum,ſi concipit demandat,vt inferius ait Gal. & ex hoc verificatur opinio Pythagorę,qui,vt refert Gal.in lib.de hyſt.philoſophica,optimi ſanguinis ſpumam dixit eſſe ſemen, vel nutrimenti ſuperabundantem partem qualis eſt medulla,vel ſanguis,& Alcmęon, qui teſte Ariſ. in lib.de an.fuit Calaber de Crotone , hoc idem intendebat, cum dixit partem cerebri eſſe ſemen. Timęus item Calaber Locrenſis, & cum eo Plato ſpinalis medullę dixerunt eſſe profluuium, quin Plato dixit,à cerebro

rebro

rebro venire semen: in quo si diù retineatur causat morbos animi, vt declarat in Timęo; itaque omnes hi philosophi celebres semen animatum dixerunt, & esse sanguinem magis concoctum pro partium exanguium nutritione, quod ab his superfluens spiritum retinens, immittitur in matricem, & si imaginatio est fortis, simulacrum concipit spiritus, & iuxta id agit, vnde non immeritò corporis, & animę quiddā auulsum vocauit semen Epicurus. Et huic sententiæ extremam manum imposuit illuminatus alter Calaber Telesius Consentinus in lib. 6. cap. 34. vbi declarat, quomodo venæ, & partes albæ semine nutriuntur, qui est sanguis, concoqui incipiens in venis, & ampliùs elaboratur, & concoquitur in testibus, ad quos abscendit per vasa seminaria, quod superfluens à nutrimento horum magis concoquitur, & in eo ingeneratur spiritus valdè mordicax incitans ad coitum ex abundantia seminis, & angustia compressus loci: & hic spiritus tempore coitus si vehementem suscipit imaginationem à cerebri vniuersitate, iuxta illam efformat fœtum, vt infero ex horum principijs, & quamuis imaginatio fiat in cerebro principaliter, tamen si fortis est diffunditur ad totum, non enim differentiā spirituum ponimus in via Telesi. vt videndum est in 5. lib. & præcipuè quia, vt narrat Gal. maximam correspondentiam habent testes cum cerebro per neruos ab eo descendentes (vt enim probat Gal. & Hyp. Auic. & Tel. & nos alibi dicemus) cerebrum est principium neruorum, & hoc patet, nam medici eos, qui patiuntur effluxum sanguinis à venis cerebri iubeat testiculos aceto infundere, & sic cessat, itaque spiritus imaginās ad testes descendere potest ex cerebro, & ad vuluam in mulieribus, animaeque illa, & communicare imagines, in cerebro receptas. & hac de causa Stoici diffinierunt virtutem procreatricem esse spiritum, à principali facultate, idest à cerebro missum in membra, semini conficiendo deputata.

Nunc autem nos dubitatio inuadit, non facilè dissolubilis; quomodo fiat, vt mulier pregnans vehementi desiderio affecta alicuius rei, puta mellis, parit fœtum cum imagine rei desideratę: quæ quidem dubitatio est mihi difficilis, in via reali Telesij, cùm sim expositurus, à quo nihil de hac re accepi, nec licet fingere, vt Peripat. plures faciunt, à quibus nil de hac re vidi. Dicendum itaque, quòd in matre est vnus spiritus per totū corpus diffusus, diuersis tamen viribus agens iuxta Telesij sententiam, & huic consonat sententia Asclepiadis, qui dixit, animam esse spiritum toti corpori adnexum, non tamen ęqualiter, sed vni membro magis, alteri minùs, & spiritus filij in vtero est vnus cum eo matris; quia ambo communicant in materia, vegetatione, sensatione, tum ratione nutrimēti, tùm etiam spirituum à matre in filios procedētium, vnde dixit Hyp. vidisse se mulierem pregnantem diminuisse sanguinem brachij, qua de causa tertio die abortum fecit; & à mulieribus languentibus, quia debiles

biles mittunt ſpiritus,& nutrimentum, debiles videmus edi fœtus.itaq. iuxta immutationes matris immutantur fœtus, & quo pacto ſpiritus matris afficitur,ſic etiam afficitur & fœtus,præſertim verò cùm eſt tenellus,& in initio conſtitutionis ſuę. Item ſi famem ingentem patitur fœmina,& fœtus etiam in vtero patitur;& ſic de alijs paſſionibus,maximè autem cùm vehementer afficitur fœmina,& cùm adhuc non eſt benè abſolutus fœtus,ſed in membranis,cellulis,& vteralibus partibus eſt inuolutus;tunc enim de facili quidquid communicatur matri, illud fœtui, qui contingitur ab ea,& eſt annexus, communicatur: quapropter cùm mulier vehementiſſimè aliquid appetit,toti ſpiritui mulieris communicatur appetitus ille vehemens,& ſic rei appetitæ imaginem; in ſe imprimit,& retinet; quę quidem imago, deindè imprimitur fœtui in vtero à ſpiritibus eò deſcendentibus;qui,quia eſt valdè tenellus,de facili recipit talem imaginem.vndè inquit Ficinus cogitatio mouet ſpiritus interiores,qui ſuſcipiunt imagines,& dehinc mouent ſanguinem,ac in molliſſima fœtus materia optatę rei imaginem exprimunt. Etenim,vt ꝓbat Ariſt.in phyſionomia,particula 29. anima,& corpus adinuicem compatiuntur,& animæ habitus alteratus alterat corporis formam, & corpus alteratum alterat animam, & idem probat in principio illius libri Ariſt.ſumpto ſigno ex ebrietatibus,& ęgritudinibus, alijſq. paſſionib': quod intelligendum cenſeo de anima mortali; itaque ſpiritus, qui eſt diffuſus cum multo calore in tunicis embrionis,cùm couniturilli,imaginem,quam retinuit in tali deſiderio,embrioni indit; nanque fętus,vt arbitror,ab intrinſeco nutriente,& ſubintrante cum ſanguine,& ab extrinſeco abſoluitur,& immutatur,dum eſt in formatione;& in tali principio hac de re Calaber Alcmęon perinde,atque ſpongias (vt opinor) vndique toto corpore fœtus alimentum ſumere credidit. Itaque commixtus calidus ſpiritus cum ſanguine retentam imaginem in fœtu exprimit.Sicut.n.immutantur à terra ſemina plantarum, & ipſę plantę,cũ à nutrimento,tùm à calore terræ indito à Sole, ſic & fœtus ab vtero ratione caloris,& nutrimenti.

Dubitatio nunc maior occurrit,cur in hac parte exprimitur res deſiderata,& non in alia?videmus.n.fauum mellis,in facie puerorum,& ſpeciem caſei,vel iecoris,multaq. alia in diuerſis membris. Cui poſſet dici, quòd ſpiritus,qui magis retinuit imaginem illam, in tali membro prę-ualuit,vel pars ſpirituoſa ſic affecta magis cæteris in tali loco ſuã actionem contulit. Verùm mulieres,& vulgares,quòd cum pregnans appetit vehementer, in illa parte qua ſe manu tangit,in eadem in fœtu efficitur imago appetitæ rei; quapropter pregnans vehementi deſiderio affecta ſuam tangens faciem,vel pectus in facie, vel pectore imaginẽ imprimit embrioni. Quod ſi ſic eſt,difficile eſt valdè,vt reddam rationem. dicam tamen pro mea iuuenili ætate,& modica experiẽtia, quòd dum ſe tãgit

mulier

mulier in facie, vel quauis parte, vbi spiritus residet copiosus, tunc spiritus præhabens talem affectum in ea parte exsuscitatur quoquo pacto ad recipiendum, putans esse rem optatam, quæ tangit illum, & quia in muliere exsuscitata imago non potest exprimi à calido spiritu propter suam duritiem, exprimitur in fœtu in illa eadem parte; ad quam talis imago, vsque est multiplicata. quemadmodum dicit Conciliator in dif. 93 5. quòd confidentia de bono medico sanat quandoque ægrotum; quia affectatæ medicinæ speciem suscipit spiritus, & illa species corpori communicatur, quod statim exsuscitatur ad virtutem suscipiendam ex tali imagine; & ideò quia embrio sic immutatur, vt fœmina, à qua depẽdet in esse, & conseruari; ideò in eadem parte efficitur similitudo rei desideratæ in fœtu, nam fœtus ēt desiderabat illud, quod mulier, quia eodem nutriuntur alimento. & fabulantur fœminę, ꝙ mulier prægnans desiderauit carnem, & accepiam festinãter comedit, & à prauo viro statim secata est per medium, visusq. infans cum frustro carnis commessæ à matre in ore; quod licet non possit esse, sermones tamen famosi nõ sunt omninò falsi, vt dixit Auer. in paraphrasi de somno, & vigilia, vnde per hoc habemus, ꝙ affectata res à prægnante, affectatur item à fœtu; quapropter cùm mulier se tangit in facie existens in tali appetitu, in eadẽ facie pueri tactus virtualiter correspondet, sed vt loquar realiter multiplicatur hic tactus à facie mulieris, vsque ad faciem pueri per spiritum deferentem; & quia spiritus fœtus est nimis vorax, & cognitionis minùs particeps, genus animæ agreste appellatum à Platone propter occupationem in fabricando corpore, vt innuit Mar. super Tim. c 38. cui operi accinctus, & intentus magis affectat, quam mater, & est parum eleuatus à materia, vt cognoscat, ratiocineturque, & appetitum frenet, ideò magis mouetur à specie affecta, sibiq. impressam exprimit in tali parte; cui ēt adde, & teneritatem, quæ nec inest matri: aliud per vnum diẽ excogitans in hac materia non valui inuenire, ideò sufficiẽter dixi pro meis adhuc obtentis viribus; & si aliâs noua occurrerint alibi dicemus, nũc qui meliùs habent, dicant; sed non inueni doctores magis diffusè adhuc pertractantes. concludo autem pro Gal. & Tel. ꝙ mulier coincurrit semper actiuè, tàm intemperaturis seminis, & nutrimenti ministrantis, quàm imaginationibus; illud tamen notabis, quod intemperaturis in hoc dissentit Tel. à Galeno, quia Gal. illas correspondere vult quatuor elementis, & ab eis deriuari tenet; nos sũt negamus elementa, & ab eodem calore diuersificatis viribus, & subiectis agente, quatuor illos humores fieri contendimus, vt probat Tel. in 3. lib. contra Arist. Hyp. & Gale. & nos dicemus in discussione de elementis. sed nunc dicamus, quomodo fiant monstra, & sufficienter dixisse poterimus.

Simplicius in 2. phy. t. 83. de mente Aristo. inquit, monstra fiant ex peccato principiorum in generatione tam efficientium, quàm materia-

 lium,

lium,quemadmodum veniunt ex peccato seminis,cùm semen reddatur imbecille,& corrumpatur principium. Vnde Empedocles teste Gale.in lib.de hist. philosophica,voluit procreari,si multū fuerit semen, si paucum,si diuulsum,si euanidum,si inordinato motu immissum à parentibus in vterum. Strato ēt, vel quia semen est,additionem recepit, vel detractionem,vel quia transpositum,vel tumidum aliquid insit: & multi medici dicunt,quia spiritu vterus distortus fuit; Magnus vnde ꝓdiēs Albertus in his operibus naturę,quæ sunt occultę, indagandis nulli secundus habitus,in 2 phy.tract. 3.cap. 3.ad quatuor causas reduxit monstra.Vel.n.fiunt ex defectu, & paucitate materiæ, quod contingit tā ex parte sui,quia fuit pauca,quàm ex parte virtutis formatricis, quæ nequit ob suam imbecillitatem,materiam totam in singula membra figurare,& sic nascuntur fœtus cum diminutionibus membrorum. Nota tñ. ꝙ virtus formatrix apud Alb.in 4.meta. tract.1.c.2.& 13.est calor,quod in alia disputatione declarauimus, ostendētes eum nobiscum esse quo quo pacto.Secunda causa est superabundantia seminis,& hoc multipliciter euenit,vt ipse exponit,quem vide nam nolo immorari,scito tamē, ꝙ ipse superabundantiam in numero,& magnitudine reducit ēt ad virtutem formantem intensam quandoq. & sic nascũtur fœtus, vel magni sine proportione,vel cum excessu membrorum. Tertia causa est actiuarum qualitatum improportionabilitas; vnde si iunguntur qualitates contrariæ æquè potentes natura formatrix satisfacit vtrisque,& gignit hermiphroditum.Nota tamen,ꝙ in via Tel.& Galeni arbitror fieri quā do abundat materia in genitalibus embrionis incipientibus efformari, & sic ex vtriusque materia ibi concurrente,& spiritu vtroque agēte duo genitalia generantur,& vbi calor præualuit inde foras produxit vnum, alterum verò nequiuit, vnde Alb. ait se vidisse hermiphroditum, qui in coitu succumbebat,vt fœmina,& incumbebat,vt mas. hinc poteris cauere illud,quod dicitur in problematibus decerptis ex Perip. dictis, ꝙ in media cellula generantur hermiphroditæ,quod potest concedi,nam in dextra mares fieri diximus,in sinixtra fœminas,& ideò vtriusque contemperaturam habet media. Verum id,quod sequitur est rationi dissonans.s.naturam generasse masculum quoad omnia principalia, deinde, quia impedita fuit quò minus posset perficere illum, procreasse fęmellam, quæ fuit hermiphrodita, & ideò impotens est in virili membro: etenim visi sunt viri hermiphroditi vtroque æquè vtentes sexu, vt dixit Alb.& sunt qui magis virili vtuntur,& author illius libri,esse posse fatetur; & in regionibus nostris fuit hermiphroditus, qui magis vtebatur membro virili,& habebat barbam,vt cæteri viri,exercitiaq. hominis masculi exercebat,& arma exul à patria factus,portabat,non ergò quia natura deficit in formatione viri facit fœminam, sed alia de causa(vt diximus)licet dicatur in lib.de spermate Gale. attributo, ꝙ in dextra parte

sperma

sperma viri debile associatum semini fœminę forti procreat hermiphroditum,& è conuersò:addo si sic est, in sinistra fieri posse principijs mutatis.verùm prima est melior ratio.adde etiam, ꝙ si qualitates temperamenti,(vt medicè loquar)alterentur tot modis,vt ducant temperamentum seminis ad id simile,quod est in alijs animalibus monstrum etiam generatur,& leprosi parentis semen leprosum,vel infectum filium producit.Quarta causa Alberti est malitia continentis;in vtero.n.est pellis secundina ex cuius ruptura multiplex monstruositas contingere potest,vt docet Alb.quem vide. & aliud est cõtinens extrinsecum,vt aer, vel aqua,vbi generantur animalia,& huic sunt virtutes generatiuæ diuersarum,& impressiones diuersarum formarum, quæ ad fœtum diuersimodè disponunt,vt quandoque efficiant monstrum.variæ.n.constellationes concurrunt,& varias formas continent, ita quòd varia mõstra possunt producere secundùm Ptolomeum in quadripartito. Si vis,multa scire de his,lege Alb.nos.n.raptim pertransimus. Sed sciendum est, ꝙ à cœlo iuxta doctrinam Telesij,cùm sit igneum, nil prouenire volumus,nisi calorem,cui sententiæ hæret Auer.in 2.cœli, & omnes Peripa. dicere tenentur,opinio est etiam Platonica, vt declarat Plotinus, in 2. en.& Mars.ibidē reijcientes opinionem Astrologorum, non minùs, q̃ Ioannes Picus:& hoc discutiemus in proxima disputatione. quomodo autem causent monstra,stellæ,& cœli,si sic est.Respondemus,ꝙ hoc est ex diuersa situatione luminis,vt dixit Alber.in lib.de somno,& vig.varij enim aspectus stellarum simul iungi possunt,& radios diuersos emittẽtes,qui se interſecent,diuersas imagines,& figuras cõstituunt,vt innuit Monarcha Aquinâs in opusc,38.qui radij protensi,vsq. ad locum generationis,diuersimodè seminis temperaturas disponunt diuersis caloribus,quos mittunt cum luminibus exilibus exiles,& vix sensibiles, ingenerantq. spiritus diuersos,& prępinexistentem immutant,ita ꝙ ad varias imagines conferendas conducunt,& si benè disponnnt, elegans fœtus procreatur,sin malè,vel admodnm aliorum animalium,monstra fiũt, vnde possunt disponere semina,vt edant formam porci, dum immutãt modo porcorum; quapropter ait Alb.talem constellationem aliquando præualuisse, vt homines orirentur cum facie ad instar porci. addimus etiam imaginationem fortissimam mulieris, prægnare incipientis, monstra posse facere; videntes.n.monstrum fœminæ valdè afficiuntur eorum aspectu,& sic imprimunt imaginem spiritibus,qui procedentes in vterum,vt supra declarauimus,iuxta acceptum exemplar constituũt fœtum:licet etiam ex se possit imaginari monstrum absque intuitu oculorum,& illius parturire similitudinem.& hoc pacto Iacob Hebręus Philosophus discoloratas virgas in aquis ouium tempore coitus apponebat,vt iuxta perceptorum colorum à virgis species gignerent fœtus. Ex habitis verbis patuit, quòd Perip.nil inficiunt suis responsionibus

rationes Galen.sed potiùs confirmant, & labes, quas adhibent, nostra dicta clarificant,& ad eorum fimbrias diuertuntur. nunc autem satisfaciamus rationibus Martæ,& illorum, qui se iactant palmam reportare ex hac quæstione, & sic assertiones nostræ confirmabuntur magis, elucescentq; e.

Arg. Martę primũ. Marta in tanta re nulla explicata opinione,nec rationibus tantorum virorum occurrens,latrat in foribus pluribus verbis. Et primò si esset vera opinio Tel.& Medicorum,tunc vir non esset necessarius in generatione,quia calor est causa efficiens,& causa materialis est semen mulieris.Respondet,ait,ꝙ semen hominis est perfectiùs; ideò concurrit etiã, vt materia,vt ex eo fiant quædam partes nobiliores fœtus. Sed contrà, inquit, stet. per possibile, quòd semen mulieris sit tantæ perfectionis, vt hominis,sequeretur,quòd vir non concurreret, sed contrariũ videmus,ergo &c.

Th. Hoc argumentum(vt iacet in principio) formatum fuit ab Auer. in 1.de gen.a 1.c.20.& in 2 collig. t cap.10. in quo multum gloriantur aduersarij,& dilatant illud;vnde Niphus,ac Iacobus de Forliuio addunt; cùm mas,& fæmina sint eiusdem rationis specificæ in tantum posset augeri virtus fœmellæ,vt adæquatur virtuti masculi, etenim sit fœmella deficiens à viro,vt duo,tunc per bonum regimen,virtute ætatis,& beneficio medici crescat ad duo,& conficiet semen,vt mas, hæc ratio fuit etiam Francisci in 3 sen dist.4.q 1. ad quam respondet Scotus in quolib.q.15.ambo semina concurrere actiuè, sed semen patris magis principaliter,& matris minùs,ita quòd sunt diuersi ordinis. Sed contrà hoc dictum insurgit Niphus;magis,& minùs principaliter,vel tollunt conuenientiam speciei,vel non; si tollunt nulla fuit ratio eorum, quę ex hoc fundamento procedebat,si non tollunt,tunc magis,& minùs principale sunt eiusdem speciei,& rationis,sed minùs in eadem specie põt adæquari maiori,igitur idem,quod prius.

Præterea,semen viri concurrens principaliter,vel concurrit secundũ gradum intensiùs,vel secundum essentiam perfectiùs; si primùm,tunc continget concurrere remissiùs,& fœminam secundùm gradum intensiùs,ergò quod volumus ęquabuntur. si secundum, tunc concurret secundùm rationem speciei diuersam,& quia potentia consequitur essẽtiam,tunc potentia sequens illam essentiam erit alterius rationis, & sic tollitur primum fundamentum Scoti. Ad primam respondet Io.An.de Consentia,quòd magis,& minùs principaliter non tollit conuenientiã specificam essentialem,sed tollit conuenientiam specificam indiuidualem,& facit differentia sexus hanc dissimilitudinem; & ideo minùs non potest adęquari maiori in actione,quia disconueniunt in ratione sexus accidentaliter.vnde infero,ꝙ potentia actiua, & passiua differunt specie essentiali; ideò valet fundamentum Scoti, magis autem, & minùs

actiua

actiua proueniunt ab eadem forma essentiali, sed possunt indiuiduali differentia sexus taliter differre, vt non adæquentur in opere cõmuni. Ad aliud respondet idem Calaber, ꝙ semen viri concurrit secundũ gradum intensiùs, & secundum essentiam perfectiùs non specificam, sed indiuidualem, & sic elicio, quia ratio specifica sumitur ab essentiali, ideò non variatur. & cùm dicit, si intensiùs agit, ergò potest remissiùs, & mulier intensiùs negatur assumptum, hoc.n.est verum, cùm non differunt specie indiuiduali, vndè ait, non valet hęc consequẽtia, voluntas potest elicere actum, vt 4. simpliciter sumpta, & voluntas habituata potest, vt 8. & quia sunt eiusdem speciei hę voluntates, & gradus: ergò voluntas non habituata potest, vt 8. sic etiam non valet fœmina, & homo sunt eiusdem speciei, ergò fœminę facultas poterit fieri, vt hominis, nõ mutato sexu. quod addo, quia (vt supra meminimus) fœmina quædam facta fuit homo masculus, vt alij fœcundus ob augmentatum calorẽ. Et subiungit Io. An. ꝙ concurrere principaliter est infra quandam latitudinem; & sic minùs principaliter; & ideò mas concurrens secundum gradum intensiùs, si remittatur, non labetur extra latitudinem illam, sed dicetur agere remissiùs alio homine, non tamen, vt fœmina; & mulier si agit intensiùs, non tamen præteriet sphæram actiuitatis suæ, & ideò nõ dicetur unquàm agere, ut masculus, sed intensiùs altera fœmina. & hęc responsio est satis rationabilis quidem; nisi enim fœmina egrediatur à sexu suo, non egreditur à spatio suæ actiuitatis, & sic masculus; iccircò nulla fuit ratio Niphi. Sed meliùs est, ut audiamus Gale. declarantem, quare semen fœminæ non potest esse, vt masculi perfectum, inquit in 2. de sem. Gal. cap. 4. ad seminis perfecti, exactè concocti generationẽ calore opus est summo; & ideò fœmineum semen liquidum, humidumque existit, fœmina enim frigidior, & humidior, mas siccior, & calidior existit. quod intellige respectiuè in via Telesij, & siccitatem per accidens, & respectiuè sume, ut alibi exponimus; igitur, ait Gal. fœmina in exactè coquendo semine, & perficiendo deficit, & mas sanguineum excrementum non habet, cùm totum sit siccitate, & caliditate consumptum. & paulò inferiùs dicit, ꝙ si fœmina esset nimis calida facta, ut mas tũc generare non posset fœtum, ex quo soluitur utraque instantia Niphi. Etenim ait Gal. multo tempore fœtus debet in utero nutriri, & hoc fieri non potest, nisi excrementitius fœminę humor supersit, & frigidior, & humidior temperatum sit, sed si ita fuerit, ut dicatur concipere sine more, semen ex sua temperatura, neque ita copiosum, ut opus est, neq. lentum, neque calidum, neque crassum, atque iccircò, neque fœcundũ gignet; nam oportet fœcundum esse semen; simul enim, ac in uterũ iniectum fuerit, alia substantię eius pars in membranam concrescere, alia in uasa produci, alia pulsui habilis euadere statim habet, quæ ex semine mulieris non possunt fieri, si frigida esse debet, & apta ad ministrandũ

nutri-

nutrimentum. ſicut igitur terra plantis alimentum, ſic mater fœtui, do nec animal abſolutum reddatur, ex frigido excremento, & humido nutrimentum ſuppeditat. vnde ſi foret nimis calida mulier, & conciperet, ex proprio ſemine, non poſſet nutrire illum, quia excrementitius ſanguis deficeret, nimia caliditate conſumptuoſa. & ideò Gal. in 14. de vſu par. cap. 6. frigidiorem fœminam eouſque fieri ſatiùs fuit quoad alimẽtum, quod confeciſſet, ac concoxiſſet, diſcutere non poſſet; quod. n. eſt frigidum, nec concoquere quidem poteſt, quod planè eſt calidũ, ſicut concoquere, ita diſcutere poteſt valde: & hęc vtilitas ſequitur caloris imbecillitatem, ſi enim eſſet, vt mas calida, exſiccaret nutrimentum fœtus, nec conciperet; igitur ſufficienter, & egregiè ex his dictis patet, ꝙ quia fœmina eſt frigida non poteſt tamen fœcundum facere, & ita ex ſe nec concipere abſque viro; ſi calida, vt mas contendant, quod poſſit eſſe tunc nec concipiet, quia licet fœcũdum ſemen emittere permittamus, non tamen erit vnde nutriatur fœtus, quia ſuo calore exſiccat nutrimẽtum, & educit in pilos, reſoluitq́. ſicut facit calor maſculi. hac. n. cauſa Perip. marem non emittere menſtrua dicunt, ſicut & nos. quas ob res egregiè dixit vterq. conſentimus. itaque (concludens cap. 35. Tel. inq.) veluti mares, fœminæ ſemen emittunt, at nequaquam adeò concoctũ, compactumq́., vt neruoſum ex eo, oſſeumq́. genus conſtitui, & ſpiritus in eo ingenitus retineri queat. quamobrem ſolę fœminę per ſe non cõcipiunt, ſed maſculino ẽt opus eſt ſemine, quod fœmineo ad mixtũ cõpingat id. debebat itaq. Auer. & ſequaces aduertere Galenum, in quem inſurgunt, dictis eorum planè ſatisfacere.

2 Pręterea arguit Marta, calor diſſipat ſemina, igitur diſſiparentur, nec vnirentur à calore vteri: dicunt, quòd calor attenuat ſemina, & educit partes ſubtiles, illæ autem groſſæ remanent mutuò contactu, ſicut Sol agens in paſtam exſiccat, & tamen eius partes remanent, quia gaudent mutuò tactu. Contrà, ait, paſta remanet, quia ibi eſt aqua frigida, ſed ſi diſſoluatur à Sole per longum tempus, non manebit paſta, ſed farina, ex qua erat compoſita; & in ſeminibus non eſt frigidum parte; qũo ſi diſſoluerentur partes ſubtiles, gauderent mutuò contactu.

R. Dicimus cum Teleſio in 6. lib. c. 20. ꝙ vbi eſt intenſus vteri calor, vt quem ſpiritum ingenerat ſemini, nimia donet tenuitate, vel elabenti exitum patefaciat, ineptus eſt ad generationem per hoc, quod vel valdè liquefacit, vel ſatis diſſipat, & eleuat ſpiritus; ſic ẽt ſi calor eſt exilis, & languens, nè ſpiritum queat ingenerare, compingereq́. ſemẽ partibus ſpolians ſubtilioribus, non fit conceptio: oportet ergò eſſe calorem blandum, & contemperatum, quo paulatim attenuet, attenuando compingat, liquefaciatq́. tantillum, partes diſſimilares ex ſemine faciens, vt tot membra conficiantur; & talis calor eſt aptus generationi. nec putandũ eſt, ꝙ diſſipet ſemina, vel exſiccet, & incruſtans agat, veluti Sol vehemẽs

in pastam agens; quando.n.moderatus est calor, id facere nequit, tàm Solaris, quàm nostri ignis: sed ingenerat spiritum, materiamq. eo cōcinnat pacto, vt diuersa constituantur membra (vt per totum ferè sextum Tel. explanat. vt in 1.lib. minoris operis, cap.16.) & præsertim, quia semper nouę partes subijciuntur actioni talis caloris, vt hæ, quę sunt pro nutrimento ex venis à spiritu attractæ, calor talis non dissipat, vnde si valeret, quod dicit, tunc calor animæ positus ab Arist. vt instrumentum 2. de an. t. 41. cùm sit igneus, moderatus tamen, vt alia in discussione diximus, dissiparet corpus nostrum; semper enim, vt inquit Alb. agit subtiliando, ex quo resultat terminatio. igitur quia blandus est vteri calor, q generationi est idoneus, & in semina agit, ac in parte nutrimenti continuò descendentis ex venis, & in partes, ex quibus oportet fieri partes sanguineas, non dissipat, sed summa quadā agit ratione in diuersas partes, eas in membra diuersa conuertendo, & licet ibi non sit frigus, est tamen calor remissus, ac moderatus, qui non dissoluit, sed subtiliando terminat. Sed de hoc me remitto ad præcedentem disputationem nostrā, vbi demonstrauimus, ab Arist. etiam calorem afferri ad constitutiones animalium.

Præterea sequeretur, ait, quod homo componeretur ex crassissima parte illius seminis, quod est falsum, quia debet esse purissimum, & decisum ex omnibus partibus: & sic calor dissolueret partes subtiles, & remaneret materia crassa, ex qua posteà dissoluta, & crassissima facta generaretur animal, quod falsum. 3

Hoc argumentum est valdè debile, & cōtra Perip. inuertitur; etenim si nequit semen, quod est purus sanguis concoctus, conuerti in animal propter suam crassitiem, multò minùs poterit in id inuerti menstruū, quod materia est vitiata, ac pestifera, vt diximus superiùs. nos autem angustia non pręmit; nam purissimum sanguinem ad fœtus formationē, & nutrimentum attrahi ex venis vteralibus à spiritu dicimus, & quāuis menstruum quandoque dicat illum Gal. & Tel. impropriè tamen loq. dicendum est, vnde Fern. in 6. cap. 7. inquit, quoniam omnem sanguinē descendentem in vterum prisci donarunt nomine menstrui, ideò purū sanguinem, quo fœtus nutritur, & viuit, menstruum dicimus. sed quidam Perip. volunt non esse idem menstruum, quod deseruit generationi, & quod excernitur singulis mensibus apud Arist. sed hic homo, qui Auer. doctrinam profitetur non vidit Auer. in 2. de gen. an. c. 6. dicentē excerni à natura menstruum per vterum, tùm propter necessitatē, vt purgetur fœmina, tū propter melius, vt deseruiat generationi: & alibi, ideò prægnans, ait, non eijcit menstrua, vt ex eis nutriatur fœtus, & formetur, ex quo vult esse pro semine mulieris. Illud quod inquit, semen debere esse decisum ex omnibus partibus, est falsum in via Arist. qui in libro de gener. an. sic opinantes reprobat. Item dicit, debere esse purissimum, R.

mum,verùm eſt: ſed nulla materia eſt purior tali ſemine,ac aptior,licet enim ſit ſpoliata partibus ſubtilioribus,attamen, quod remanet, eſt puriſſimum,ſed compactum, ingroſſatumq. ad hoc,quòd meliùs valeat in neruoſum genus,oſſeumq. efformari,& ſine ruptionis periculo perforari,ingenitumq. ſpiritum retinere;vt dicebat Gal.& Tel.verùm Conciliator in dif.36.volebat probare,partem craſſam ſeminis viri nō poſſe concurrere materialiter ſumens ex Ariſ.in 1.de gen.an.& Auer. Etenim multa ſunt inſecta,quorum fœmina immittit ſemen in marem: qđ eſt, vt recipiat vaporem tantùm,& virtutem,non quantitatem.Item poſtq̃ gallina ouum parit cum teſtadura,ſi gallus immittat ſemen facit ouum prolificum,conſtat autem partem ſeminis craſſam durum corticē non penetrare,niſi vim tantum ſpiritualem,& qualitatem. Item ſunt quidā piſces,quorum fœmina parit oua in aqua, & tunc maſculus parta oua ſemine aſpergit ſuo,& q̃ tanguntur ab eo fiunt prolifica; mas ergo non dat quantitatem. Item mas eſt agens,& fœmina patiens,ſed nulla agentis pars fit materia rei actæ. Ad primum ait Tel.in 6.c.36.quia taliū inſectorum maribus non poteſt confici ea ſeminis copia,nam nutritioni nihil ſuperfluit,ſed parum,modicúmve tùm ex pauco nutrimēto, tùm ex calore abſoluente,ideò non poſſunt ſuam portionem in vterum fœminæ immittere, ſed fœmina immittit in corpus maſculi ſemen ſuum, quod non eſt aptum generationi per ſe,vt calore maſculi abſoluatur,& concoquatur, mixtumq. cum eo maris reddatur prolificum, generationiq. proficuum; non tamen ex hoc exiſtimandum eſt, quòd ſi mas poteſt abundare ſemine, & in vterum fœminæ iaculari, vt aliorum generum animalibus competit, inſectis quibus exceptis, non valeat illud ad generationem,vt ex eo partes fœtus cōficiantur; ſi enim aliter eſſet, neque illis emittendum eſſet ſemen in vterum, quod quandoq. magno animalis fit malo,nec his ex vtero eijciendum foret, quod quopiam incommodo fit: ita nimirum conditori Deo prouiſum eſt, vt in quo genere animalium non ea maſculis ineſt copia ſanguinis,eave facultas inuertendi ſanguinem in ſemen; vt qui ſanguis ſupereſt nutritioni venarum,in fœtus generationem afferat materiam,ad neruoſi generis, albarumq. partium conſtitutionem, (quod his inſectis euenit,vt diximus) fœminæ facultas tributa eſt,moduſque, quo in maſculi corpus articulum,& cum eo ſemen immittat,quò ibi abſoluatur, magis videlicet cōpingatur,ſpirituſq. in eo,aut res ſpiritui proxima generetur. Ad aliud de ouis dicimus,falſum eſſe;Ariſt.n.loquitur non de ouis partis,nec duris,ſed croceis adhuc exiſtentibus in vtero, inquit.n.ſiquidem oua ſubuentanea ferat gallina, & gallus ouo nondum è croceo in album mutato coeat,fœcunda ex ſubuentaneis redduntur. Et Niphus magnus Perip.& in Græca lingua eruditus contra Conc.ait,immò ſignū de ouis contrarium legitur in Grçcis Codicibus;habetur enim ꝙ ſi gallus coit,

antequam

antequam cortex fuerit durus, redduntur oua prolifica. Idcirco Tele. respondet, non ideò quòd croceis adhuc existentibus ouis, at perfectam iam nactis magnitudinem, si coeat gallina, oua è subuentaneis fœcũda fiunt, vnum modo fœmineum semen immutandi vim à masculino semine, non & molem etiam afferre statuere licet; manifestè.n. masculinum auium semen fœmineo admiscetur: etenim in ouo nihil dum fuso ab incubante gallina, conspicitur semen, quod immissum est à gallo, distinctũ, & separatum ab oui reliquo albumine, quod est gallinæ semen; & illud galli multò, quàm hoc gallinæ, lucidiùs, densiusq., ingrossatumq., & fundi magis repugnans apparet, fusum deinde à calore gallinæ penitus reliquo albumini permisceri videtur, & vnum idemque, vtrũq. actũ ens; vt imaginari nequeamus, quo pacto secerni possit à semine fęminæ, separariq., aut elabi, vt dicunt Perip. quapropter summo opifici prouisũ est, vt in quo animalium genere semen quidem maribus superest, at exiguum (vt oui paris contingit) fœminis id conficiendi facultas magna data sit, tempusq. benè illud concoquendi; & hoc etiam innuit Gal. in 2. de sem. cap. 4. cùm dixit, fœminas non posse facere tale semen crassum, potensq. ex se gignere propter suam frigiditatem, vnde deficiunt in exactè concoquendo: & ideò subiungit, in auibus, quę calidiore, & ficciore sũt temperatura præditę, absq. mare oua g gnunt, quamquàm deest semp in his aliquid ad perfectionem, nisi masculi vigor accesserit, & sequitur Tel. nequaquàm tamen dicere verè possumus, id, quod exiguum est à gallo semen, quodq. in oui albumine manifestè conspicitur, nullam id fœtus partem fieri, sed dare vim tantum, vt Perip. asseuerant; cur.n. oui albumini persimile semen galli, & aptiùs etiam in neruosum cogi genus, quod ad partis cuiuspiam generationem valeat omninò à natura cõferri, id magno eijciat labore, ac temerè ipsa natura? Illud signum de pisciũ ouis Arist. accepit à nautis: quibus non est satisdanda fides, cum ad id, aliaq. speculandum sint inepti. potuit.n. piscis mas cum fœmina coijsse, & sic edita sunt ex vtero oua fœcunda. aspersio autem seminis à masculo desiderio coeundi effecta est; quod itidem hominibus amore ardentibus contingit; nec modus poterit manifestari, quo virtus masculi est ingressa per putamina ouorum, effecitq. prolifica. Sed si esset verum, dicendum foret, quòd in his animalibus, quorum fœmina paucum semen emittit, nec concoctum, aptumq. vt fiant partes albæ, natura prouidit, vt mas copiosum, concoctumq. emitteret, vt in perfectis fit. in his verò, quorum fœminæ calidiores sunt, & abundantes, & edunt oua, se i fœcũda, voluit accedere masculum, qui semen effundat, & ex suo calore subtilibusq. partibus generatio compleatur, fiatq. semen fœminę fœcundũ complete, oportet nihilominus calorem incubãtis, vel vteri in omnibus semper concurrere. & ideò Galen. ait impos. est, vt animal absque maris coitu semen fœcundum emittat integrumq; ue fœtum sine semine maris

concipiat, & iccircò Fernellius inquit, nec oua fubuentanea gallinarum, nec gallorum effe prolifica: quia femina amborum neceffe eft concurrere, quæ mutua fubftantiæ familiaritate, & amicitia fe copulent, & penitus confundantur, fiqua inde futura eft abfoluta procreatio; femen quippè non iccircò fœcundum eft, & prolificum, quòd folum ex fanguine quidpiam gignat, fed hinc quòd dum alteri confunditur, ad generandū confert. igitur quod declarandum eft, non declarant Arifto. figna: nos autem videmus oculis noftris, pifces coire, ac ex ouis pifciculos exoriri, & mafculinum femen pifcium fœmineo immifceri, vtrunque fieri, quēadmodum, & in gallinarum ouis comperimus. Aliud argumentum, ait Tel. principium petit: nos enim negamus, marem concurrere, vt artifex, & fœminam, vt materia, vel femina eorum, & ipfi nunquam declararūt. Eadem quippè eft vtrique ratio, eędemque partes, etiam genitales licet huic protractæ foras, huic intus, & femen ambo conficiunt, & emittunt in locum generationis, quare ergo debent fic differentes videri. fed de hoc fupra meminimus dum probauimus & ex dictis eorum, fœminam in feminis emiffione actiuè concurrere, & informatione per calorē vteri in viuiparis, & ouiparis incubando.

4 Præterea fi ex ea diffoluta generarentur partes, tunc fequeretur opinio Empedoclis, volentis generari plures manus, & plures pedes, & alia membra plura, poftea amicitia congregari, & animal fieri, quia fi partes illæ funt diffolutæ, & calor agit adhuc in illas, vtiq. generabit illas diuifas, & poftea amicitia Emp. congregarentur.

R. Hoc argumentum excerptum eft ex Auer. in 1. de gen. an. c. 20. quod quia fequitur ex eo, quod putant, femē diffolui, & diuerfas partes fieri eiufdem rationis, nihil concludit aduerfum nos, vt ex 2 arg. patuit. Verùm opinio Empedoclis, vt recitat Gale. in 2. de fem. c. 3. volebat diuulfa effe fobolis membra, vt in fœminæ alia, alia in maris femine membra continerentur, & dum partes illæ diftractæ coniungi appetunt, inde oriri, ait animalibus ad coitum appetentiam; quæ quidem fententia fatis à Galeno ibi eft reiecta, nec apud nos probatur, qui à Gale. non deuiamus: & nullo pacto probari poteft à Marta, quòd ad principia noftra fequatur; fi autem velint in argumento, in vtero tales partes fimilares creari, probent illud. Tel. enim in 6. cap. 3. femen receptum ab vtero non vult in diuerfas partes illius difgregari, vbi in proprias res concrefcant diuerfæ feminis partes, fed in vnum colligitur, inquit, vniuerfum, & ab vteri certo calore liquatum, fufumq. in plurimos diffluit riuulos, & quoniā eft valdè diffimilare tale femen, veluti è tenuitate, craffitieq., & vtraque longè diuerfa, compofitum eft, non fimul, neque in eofdem vniuerfum liquatur fluores; fed eę affiduę ipfius partes priùs funduntur, quę liquidiores funt, affiduęq fingulę immixto fluore fpoliatæ, proprias concrefcunt in res. hæc, & quę fequuntur legentibus compertum erit, quo pacto

ćto vnaquęque pars fœtus constituatur, & qua ratione agat calor, qui est in vtero, absque hoc quòd inficiatur errore Empedoc. doctrina Tel. & Galen.

Prætereà (ait Marta) frustra fit per plura, quod potest per pauciora ; 5
sed fœmina potest absq. mare procreare propria materia, & calore vteri. Sed nos demonstrauimus respondentes ad primum arg. ꝙ absq. viri- R.
li semine impossibile est fieri generationem.

Præterea si sic esset, tunc vnius effectus essent duæ causæ materiales 6
immediatæ. Hic philosophaster timet timore vbi non est timor, dum in- R.
conueniens arbitratur duas materias concurrere ad generationem : q̃d enim obest, ne duas partes materiales afferamus ad constituenda entia materialia; & præsertim non ex ęquo concurrentes, sed alteram, vt fiant partes potiores, & conuenientiores tali materiæ, alteram minùs principalem, ad alias partes perficiendas, in effectum, præcipuè ætherogeneis ex partibus constantem; qualis est fœtus? nonnè etiam Arist. & Auer. ad componendum mixtum quatuor afferunt elementa, & hæc oĩa materialiter concurrunt, refractis eorum formis, & apud alios corruptis, omnes tamen vnumquodq. elementum materiã ferre non negant? & Marta itidem in disp. de mixtione nonnè concedit? Et medici ad conficiẽdas medicinas plures partes materiales diuersi generis miscent, & ad oximellis constitutionem acetum, & mel conferunt. patet igitur, ꝙ hic homo promisit facere pugnaculum Arist. & fecit destructionem Aris. & ideò boni Perip. non debent, hunc libellum Martæ cum Peripateticis scriptis connumerare.

Prętereà arguit, ab vna, & eadem natura actio, & passio prouenire, 7
quod est falsum ; nihil enim in se agere potest : ad quamlibet etenim actionem naturalem requiritur agens, & principium, & materia.

Hęc ratio ab omnibus ferè adducitur, tanquam Achilles, formauit. n. R.
eam Aris. & Auer. Conciliator, & Forliu. sed nihil absurdius posse dici, ẽt sui enunciant. Scotus enim 2. sen. dist. 2. q. 10. contrarium illius propositionis ostendit, & cum eo Ant. And. in 9. metaph. q. 2. conciliantque sibi Aristotelem cum Aris. damno. & Telesi. in 4. lib. c. 19 & 20. idem a seipso moueri posse declarat aduersus Aris. quapropter dicimus, idem numero posse agere, & pati, sed diuersa ratione, respectu enim formæ agit, & materię patitur; quapropter calor seminis agit in semen, & materia patitur: natura enim est principiũ motus in eo, in quo est motus, & Auer. in 2. phy. c. 3. intelligit de principio actiuo, & formali, & in 4 cœl. c. 22. & in 3. com. 28. à seipsis moueri, vult, graue, & leue; & quamuis Niphus in 9. metap. q. 1. dicat, graue moueri à se, non tamen per se; hæc. n. fictio propositionem eorum non saluat; nam etsi moueatur à generante motu generationis, non tamen lationis, nisi origine à quadam, vnde si hoc dictum haberet locum, nil factum in natura a se moueretur per se, cùm

à generante originem traxerit. id, quod dicit Niphus, nullum simplex posse se alterare, quia finis alterationis est generatio, & quia nihil potest se generare, ergo nec alterare corruptiuè, facile est, vt soluamus: dicimus enim, calorem in propria materia, & purissima, quæ est ignis cœlestis, se ipsum non generare, nec alterare, sed localiter tantùm mouere, cum autem in aliena materia se receperit, & non omninò suam eam fecerit, sem per alterat illam, vt patet in nostris entibus, nostrisq. corporibus, seque alterum generat, multiplicatq. in aliena materia, non tamen illa eadem portio caloris, quæ alteram se generat multiplicando, ipsa simul generatur: vnde quia calor potest generare calorem, non est dicendum, idem non posse in propriam, quam occupauit molem, agere, & se multiplicare, & Arist. in primis hoc dicere nobiscum tenetur, qui in 1. de gen. ait, nõ manent eędem numero partes in corpore nostro, sed continuò alię resoluuntur à calore, & aliæ generantur. vbi patet, calorem partes proprij subiecti immutare. Itemq. semen viri dissolui volunt cum eo Perip. sed talis dissolutio non fit, nisi à calore proprio; vteri enim calor ab his non conceditur, nihil igitur obstat dicere, formam suum subiectum mouere, & alterare, & se alterum generare. sed nec vllá ratio eorum procedit contra nos, vt alibi ostendemus; quapropter non oportet accipere responsum Forliuiensis, inquientis, semen quoad partes subtiles agere, & quoad grossas pati: idem.n. calor immutandi vim habet, & se alterũ generandi, mouend, & animandi, vt alia in disputatione narrauimus. sed nonnè semen plantarum concurrit actiuè, & passiuè in generatione plantæ?

8 Præterea fœmina, ait, non emittit semen, quia tunc daretur penetratio seminis, & sic omnis generatio esset corruptio, quia sicut repugnat, duo corpora esse in eodem loco, ita & duo semina: & si duo essent, tũc infinita possent esse, non enim maior ratio est de duobus, quam de cęteris, sed vos dicitis, quòd mas, & fœmina ambo emittunt semen, ergo &c. Et quia matrix nequit, ea sufferre ob eorum intemperiem, daretur ergò penetratio, ita vt illa statim euomeret: ꝙ repugnet, duo corpora esse in eodem loco, probatur; nam semen saltem quoad eius crassitiem denominatur corpus, & cùm vnum corpus alteri superpositum cõsumet illud, sic semen maris superpositum illi mulieris, ambo destruerentur, & generatio, quæ fieri vellet, rueret.

R. Sed nullam apparentiam habet hic sermo, quidquid enim sumit, ad sensum est falsum, & positionibus Perip. longè contrarium. falsum est illud, ꝙ mulier non emittat semen, & reprobatum à Gal. in 14. de vsu par. cap. 11. & in 1. de sem. cap. 7. & in 2. cap. 4. Sed hoc inferiùs probabimus. vbi & resoluemus dicta Perip. scias tamen, Arist. voluisse semen emittere; vnde inquit in 1. de gen. an. cap. 18. semen est, quod ex vtrisque coeuntibus illis originem trahitur, & Auer. vbique concedit, ibi etiam, & in 2. cap. 6.

cap.6.mari,& fœminæ dat semen huic calidiùs,huic verò humidiùs. Alber.item in 15.de an.cap.vlt.vult,sperma mulieris concurrere, sicut materia munda,& menstruum,sicut in munda; Niphus D.Th.Gai.Forliu. & multi alij mulierem actiuè concurrere,saltem quoad emissionem seminis voluerunt,& dispositionem materię;vbi clarè patet ex eorum dictis, mulierem semẽ emittere.sed disputatio est nobis cũ illis, vtrùm det fœcundum semen.Item ait Fern.dicit Aris.naturam maris, ac fœminæ in fructicibus vtrunque sexum miscuisse, quòd sola vis masculea (licet terram materiam eis conferat) non sit satis, quę procreationem in stirpibus efficiat;quòd si in his,multò magis opinor in animalibus, quæ præstantioris ordinis sunt,necesse fuit maris,ac fœminæ vires coniungi,nõ iccircò duntaxat,vt fœmina materiam suppeditet, sed vt copulatis amborum viribus;semen vnum ex his procreationi aptum conficiatur, & hoc videtur cogere; ex plantis enim Arist.in animalibus multa indagat. vnde vetus se habet,sicut terra afferens nutrimentum,& semina vtraq. vt in illis copulari debent;non enim differunt, nisi sicut mobile ab immobili circa generationem ; probatio sua etiam est erronea ; habet.n.ꝑ inconuenienti fieri penetrationem duorum in omnibus,quod est maximus error,& dicit,quòd generatio esset corruptio,sed hoc vult Aristo. in 1.de gen.t.17.semper enim quando aliquid generatur,pręsupponitur materia particularis,quę formata est, ita ꝙ idem motus est generatio , quatenus noua forma introducitur,& corruptio quatenus, quę inerat, abijcitur; & penetrationem concedimus non in seminibus tantùm, sed in omnibus,dummodo sint corpora porosa, & tangenti cedantia; non autem in his,quæ sunt dura,& minùs penetrabilia, ac porosa ; vnde repugnat,duo corpora copulari,& semper eundem omninò locum tenere,& in eisdem dimensionibus permanere, nil amplius dilatatis. & hoc habet,sicut nos,pro absurdo,& impossibile Arist.& omnes Perip.modo semina non sunt huiusmodi,sed porosa,mollia, lentaq. existunt,ex quibus copulatis partes fiunt albæ,& harum quędam fiunt ex virili tantũ, parteq. crassiori.similiter coniuncta simul maioris quantitatis existunt, quàm eorum alterum solum,& latiorem locum requirunt; quapropter quę infert hic homo,sunt erronea;non enim possunt esse infinita semina;duo nanque requiruntur ad generationem, & si alia addantur, non fit conceptio, vt patet in meretricibus ; opus enim prioris vastat posterius: vnde plura possunt esse semina,& quot vulua capit, non autem fit generatio ex illis; quamuis etiam Aristo. dicat,quòd si quæ compressa est gallina,literis dum existentibus ouis, ab alio postea comprimatur, pullus ei, qui secundò compressit similis fit,quod ideò fit,ait Telesi.quia primi seminis uis à repugnante menstruo debilitata , ab integris secundi uiribus exuperatur:itaque semen masculi additum fœmineo, cõpingit illud,aptumq. magis reddit,vt ex eo partes efformentur, nec putandum

dum est,quòd matrix euomeat illa duo, nisi sit affecta morbo, uel quauis adsit indispositio ad generandum,benè autem plura euoment: intèperies verò in his duobus nulla est,sunt etenim eiusdem naturæ, & non differunt,nisi penes magis,& minùs calidum, & crassiùs, ac minùs crassum,& semen viri compingit illud mulieris, reducitq. ad meliùs generandum calore suo, ea verò se destruunt, quæ sunt contraria, contrarijsq. prædita viribus,& ex quibus non potest fieri eadem res simul iunctis,& vnum non recipit ab alio idoneitatem ad communem effectum ex mutua actione,sed hæc sunt oppositis modis in talibus seminibus.

Not. Nota tamen,quòd semen fœminæ cùm sit liquidum, & fluidum magis, quàm viri,quod est crassum non potest illud penetrare, sed circundat illud,& cum partibus minùs crassis commiscetur, veluti acetum melli copulatum,dehinc aliquantulum liquata ab vteri calore, magis copulantur,& semen viri cùm sit viscosius,illud fœminę compingit,ablataq. fluiditate ex eleuatione vaporis, proprias concrescunt in partes fœtus. verùm hic homò dum commixtionem negat, Arist.suo aduersatur: ille quidem vult,elemēnta simul concurrere, ac commisceri ad mixti generationem,quod non potest esse,nisi penitus copulent se, & penetrent, nā quodlibet proprium locum nancisci non potest esse; tunc.n. non esset mixtio,sed velut lapidum aceruus,& congregatio. Et in 1.de gen.Arist. vult,augmentum fieri per penetrationem,quatenus partes quædam effluunt,& aliç accedunt,quæ si maioris sint quantitatis,fit augmētū. vnde Simpl.in 4.phy.t.68.inquit, fit nutrimētum in corporum meatibus, & assimilatum agglutinatur,non vniuersum autem corpus est meatus, sed vti nunc est meatus, fit illud plenum, & quod nunc est plenum effluens meatus efficitur: & soluens dictū de vase cineris pleno,cui eiusdē quantitatis aqua commiscetur,vna cum Eudemo vult fieri, per penetrationem,quibus tamen partibus elabentibus sed quid moror?actu videmus commisceri aquam,& vinum,multaq. simplicia ab aromatarijs, diuersarum specierum per liquefactionem, sicut semina à calore confunduntur: quin Arist.semen masculi,vult,misceri semini fœminæ,sicut coagulum lacti,sed coagulum penetrat totam materiam, quam copulat, & compingit,sicut fermentum pastam;quod quidem poterat Aris. monere,ne dicat in materiam concepti non cedere semen maris, sicut coagulum,& fermentis manent iura coagulata. hinc pateant huius hominis errores;qui non erubuit in thalamum Peripat. ascendere dictorum Aristo. quem defendit,non modò oblitus,sed penitus incapax, & ignorās,melius erat ei,qui se vtriusque iuris professorem inscribit, legistarū opiniones asciscere,& non profundis sedictis philosophorū inuoluere, & scientijs.

9 Sed arguit dicens, imperfectum non potest facere perfectum, quomodo ergò fœmina generat masculum, & si sic est, tunc semper fœminam

minam procrearet.

Nos autem demonſtrauimus ſupra, hoc argumentum eſſe contra eos, qui volunt ſemen magis, quod imperfectum eſt ens, animaq. carēs, animam educere, & animal nobiliſſimum ens efficere: aperuimus etiam, quòd mares fiunt ex abundantia caloris, potentes protrahere genitalia, & fœminæ ex defectu eiuſdem; quapropter non ſemper facit fœmina fœminam, quia ſæpè calore abũdat in matrice, maximè in parte dextra, & ſemen viri potens eſt, & benè calidum, vt poſſit mas gigni; & calor per fectiſſimum eſt ens, & ſubſtantia nobilis potens perficere, & generare, ac immutare, vt aliâs in præcedenti diſcuſſione probauimus, & defenſauimus, vnde ſi fœmina ſuo calore mares gignit, cùm ſint eiuſdem ſpeciei, nil mirum eſt, ſed ſi canis generaret hominem, eſſet mirum, fœmina autem cùm facit marem, ac fœminam, ſuam non tranſcendit ſpeciem. R.

10 Præterea tunc ſemen fœminæ eſſet potentius ſemine viri, quia ſunt eiuſdem ſpeciei, & tunc faceret id, quod eſt ſibi ſimile. ſ. fœminam; & quia natura intendit melius, fœmina.n. marem expetit, non fœminam, ergò nec marem, nec fœminam procreabit.

Sed hæc ratio fuit vna replica Niphi, & ſoluimus in primo argumento, eſt autem valdè irrationabilis, vt ab hoc homine formatur; poſito.n. quòd ſemen fœminæ, quandoque ſit potentius ſemine viri, quod tamē eſt impoſſibile, reputat, non probat poſſemus. etenim dicere, quandoq. non fieri, nec maſculum, nec fœminam, (vt quando mulier nō cōcipit) hac de cauſa, quia ſemen fœminæ fuit potentius, vt dicebat arguens, & hanc cauſam inter alias poſſemus ponere, cur non ſemper fœmina concipit: ſed quia rarò fit, vt fœmina ſit potentior, quod argumentum concedit, & ponere cogitur ex dictis Peripa. non ex hoc infertur, fœminam non concurrere actiuè, immò concluditur, agere aliquando fortiùs maſculo. Argumentum etiam procedit ab aliquando ad ſemper, & ab hoc ad omne; itaque reſpòndemus, dato, quòd ſemen fœminæ ſit potētius aliquando, non tamen procreabit fœminam ſemper: etenim potentia eſt à calore, craſſum reddente ſemen, ac robuſtum, ſed calor copioſus maſculũ procreat, nam poteſt producere genitalia, præſertim cũ fœmina maſculum appetat gignere, vt aſſumit. vndè ex hoc, quòd potentius eſt ſemen fœminæ, non facit fœminam, ſed propriam dat ſimilitudinē. ſ. matris. vndè quando eſt potentius, ſemper dat ſimilitudinem matris ſemen fœminæ, & ſi valdè potens, vt poſſit genitalia propellere, procreat marem, ſimilitudinem habentem matris, ſi non tàm potens, faciet fœminam ſimilem matri. vndè deceptus eſt arguens putans, à potentia ſeminum parentum fieri mares, & fœminas, vt à potentia fœminei ſeminis fœminas, à maſculini maſculos, fit.n. ſimilitudo ab his potentijs, & præ omnijs: ſed à calore abundo potente, vel languente maſculi fiunt, vel

fœminæ

fœminę. ſed de his ſupra. hic homo errat in cunctis, & poteſt id facere, nam cum ſit legiſta, allegat conſuetudinem errandi.

11 Præterea, ait, ſi mulier emitteret ſemen, tunc fieret, vt cùm foras emiſiſſet, retrotraheret intrò, vt miſceatur cum maris genitura, quod ita fieri, perperam eſt; nam oportet, ſemen mulieris miſceri cum ſemine viri: ergò ſemen exit à matrice, vt miſceatur cum illo viri extra matricem, & poſteà cùm regrediatur ad màtricem, ergò natùra ocioſa, vel ipſa non emittit ſemen.

R. Suppoſitum huius rationis eſt valdè erroneum, ac hominis propriũ videtur, qui nunquam dicta ſapientum viderit, ſed quæ vulgò ſentitur, opinionem nec benè ſciat. Gal. n. in 14. de vſu par. cap. 10. & in 2. de ſem. c. 1. fœminas in propriũ vterum emittere probat, & quando foras emittitur, prius in vterum, dehinc foras effundi demonſtrat, Tel. ēt in 6. c. 36. in proprium vterum, inquit, fœminæ emittunt ſemen, in quem eorum ſeminaria vaſa feruntur: quod optimè docent Noadinus, & Curtius in commentario, Andreas Veſſallius, Valuerdes, & Fulgaruccius in eorum libris Anathomiæ.

Gal. Gal. in 14. de vſu par. cap. 11. & 2. de ſemin. cap. 1. & 4. mulieres ſemen emittere probat; etenim ad venerem non inclinarentur, ſi non emitterent. Item multæ mulieres in ſomnis effundunt, & cum delectatione maxima, quæ non poteſt dici aduenire ex fricatione vteri, vel receptione ſeminis virilis; & quædam vidua benè collectum, concoctumq́., & craſsũ ſemen emiſit, quia multum temporis interceperat, quòd non euacuauerat. Item teſtes ſunt illis dati, in quibus abſoluatur ſemen; & dum emittunt illud oblectantur, non autem aliàs. Item ait, qui concumbunt circa

Conc. pudendum, illud ſibi effudi ſentiunt. Conciliator verò in diff. 37. volebat informare has rationes. Ex hoc ait, quòd emiſſione, talis humiditatis fit delectatio, non arguitur ſpermatis emiſſio, etenim pueri impotentes adhuc coire ſola ſpiritus emiſſione delectantur. mulieres. n. in confricatione delectantur, & ſeminis viri ſuſceptione. Et ad illud de teſtibus reſpondet cum Auer. quòd verè habet mammas, & tamen non obtinent in generatione lactis inuentionem; & ocioſæ non ſunt, nam deſeruiũt,

Th. vt gignant humiditatem incitantem ad coitum. Sed peximam ſapiunt rationem horum dicta: nullam ſiquidem delectationem pueri ſentiunt antequam ſeminis paulùlum ſaltem emittere incipiunt, tunc ſiquidem delectationem capiunt, cùm parum humiditatis effundunt, quæ ad modũ fili protenditur: & hæc quia nimis modica eſt, aliquando non videtur alteri circumpoſitæ materiæ admixta, item ſi contendant, ante emiſſionem illius delectari, hoc ideò eſt, quia humiditas illa incepit exire, & diſcurrens circa pudendum, vt exeat meatum pudendi circumlinit, abſumiturq́. cùm ſit modica, nec vſque ad extremum perduci poteſt, vt fit in aqua modica per canalem exiente, & non potente ad finem labi. non

ergò

ergò habet locum ratio eius, & quod dicit de cõfricatione, & attractione, nihil est; etenim mulieres solo desiderio, vel noctu effundunt, illud magna cum voluptate; & illud de vidua non effugitur, quod dicunt de testibus error est etiam; etenim ait Gal. alia ratio est de mammis hominis, & testibus mulieris, hic enim lac non consistit, quia non videntur plenę lacte, sicut testes mulieribus semine repleti; & vasa seminaria, nihilò minùs, quàm marium semine referta apparent, item in dissectionib⁹ hoc expertus est Gal. & alij medici semen benè concoctum in earum testibus, & meatibus intuentur. Item nulla differentia est inter semen illud mulieris, & maris, nisi penes calidum, coctumque, & ingrossatũ magis, & minùs, quæ differentia non concludit, speciem mutari, vt hoc dicatur semen, illud verò excrementum; masculi enim imbecilles fluidum, vt illud mulierum, & pueri conficiunt semen, vt experimur, & mulieres q̃nque benè crassum, coctumq. efficiunt, sicut masculi (vt de vidua dixit Gal.) etenim ait Tel. vterque eadem membra habent, & potentiam vegetatiuam, vtrisque vasa seminaria insunt, & testes, & longè satis semine referti conspiciuntur, & vterque summa delectatione eodem pacto effundunt, & facta effusione, eodem languent modo, & immittunt illud ambo in locum generationis, fœminæ. s. vterum; cur ergo seminis rationẽ, & vim vtrumque non habet? & sanguis menstruus, qui à seminis natura longè abest, & more aliorum excrementorum foras emittitur, & semen illud mulieris, quod naturæ seminis apparet, & more seminis in locum generationis effunditur, & detinetur, vbi mulier concipit, & non excernitur, vt alia excrementa, cur hic semen, & illud excrementum nulla ratione dicatur? item ex seminis diutina retentione varij morbi excitantur in corporibus nostris (vt Plato declarat in Timæo) sed hi morbi maximè inualescunt in mulieribus (vt ibi declarat deinde circa finẽ) & Gal. dicit, de muliere vidua, quòd malis quamplurimis diuellebatur ex retentione seminis. nescio hercle, quam diuersitatem vident hi homines inter talia semina, nisi coctum magis, & minùs; & cùm fœminę factę sunt mares nonnè emittebant semen eodem pacto confectum ab eisdẽ testibus, eademq. ex parte, & dispositum similiter, nisi valdè modicum, quid crassius, quam dum fœminæ erant?

Galen. in allegatis locis loquens de vsu seminis muliebris, vult, deseruire, vt excitet fœminam ad venerem, delectationem afferat dum erumpit, ex eo etiam potest fieri intestinalis membrana, descendens ex vasis seminarijs vteri, vt expertus est ipse in dissectionibus prægnantium, itẽ cùm maris semen recta eiaculatione tendat in fundum, vteri partes laterales à fœmineo semine illinuntur, & os vteri, vt commodiùs attrahat semen viri, disponitur, ex eoq. nutritur quodammodo semen viri, cùm sit ei familiare, & simile; nutritur enim omne à simili per Aristo. modò, in illo principio nihil tali semine est similius virili semini, cùm sit humidũ, Gal.

& frigidum, quod nutritioni eſt aptum, item ex vtriſque ſeminibus permixtis poteſt fieri vnum perfectum ſemen, vt dixit Hyp. in lib. de natura fœtus. omnibus itaque his diuiſiuè loquendo poteſt eſſe aptum fœminæ ſemen, ſed vltimum veri magis ſapit, vt ſentit Hyppocrates. vnde Haly. addit, quòd cùm ſemen viri ſit calidum, & groſſum, ſemen mulieris deſeruiet adhoc, vt miſceantur, ad commixtionem, & contemperaturam bonam faciendam, cum ſit ſubtile, & humidum, frigidumque.

Conc. Sed dicebat Conciliator, licet matrix ſit calidiſſima, eius tamen interior ſuperficies eſt humida valdè, & ideò non eſt de ſui natura, coaſſare aliquam ſubſtantiam, & corialem tunicam generare in ipſa; ſi enim hoc eueniret, tunc epar, & venter calidiſſimi circa illa, quæ continentur in ſe ipſis membranam inducerent caliditate; membrana autem illa fit à virtute formatiua, quæ ſi poteſt facere oſſa, ego & illam: & reſpondens ad Haly. vult, membranam illam ex viri ſemine fieri. & ad Haly. ait, non eſt adeò groſſum ſperma viri, vt elequante egeat humore, & ſubtiliore, cùm neceſſaria priùs ſit eius ingroſſatio, quò congregatione vigoretur; neq. adeò eſt calidum, vt frigido egeat contemperante, præſertim cũ hæc opera poſſint fieri à menſtruo.

Th. Verùm hic homo, affectus paſſione, veritatem palliauit: Si enim calidiſſima eſt matrix (vt ait) & neruoſo genere, quod ſiccum eſt, conſtituta, cur non poterit talem effectum facere? tùm quia calor ſemper attenuat, ad cuius attenuationem ſequitur ſemper aliqua cruſtula in extrinſeco, item vterus totus ſe contrahit ad ſemen contingendum, quo cõgaudet, & ſi eſt neruoſum, formam cruſtæ ſemini admittit. Item ſi fit à virtute formatiua, hęc non poteſt agere, niſi per calorem, vt Perip. volunt quapropter ſequitur, vt priùs; item non eſt virtus formatrix alia à calore, vt demonſtrat Gal. in lib. de formatione fœtus, c. 6. & Platonici, qui eã poſuerunt animam mundi, calore cœli mediante agere volunt, vt Marſ. ſu per 2. Enead. Plotini confitetur. Item Plato in Timæo oſſeum genus ex terra, ab igne exſiccata, dehinc in aquam verſa, & rurſus in ignem confici à Dijs dixit, & ſenſus ipſe atteſtatur à calore in vtero partes ſubtiles eleuante, & compingente conſtitui, ne ab aliqua virtute, niſi diuina potẽtia aliter fieri, q̃ à calore nunq̃ apparent, nec modus, quo fiat à virtute in corporea poteſt exponi, vnde ſi oſſa fiunt à calore, multò magis & coriũ illud fieri oportet, per ſuam rationem. & deinde concedi ſibi vult, vt illa membrana fiat ex ſanguine; ſed hoc rationi diſſonat valdè, vt tam citò tale menſtruum repugnans certè materia, & rubra liquetur, & fiat alba, deinde concreſcat in corium; ſi.n. concreſceret dum eſt rubra, rubrũ corium fieret, & Hyp. in ſexto die hoc eſt expertus, & quomodo tàm citò in tot mutari potuit res, opus.n. eſt illud in corium fieri in principio, cũ vulua ſe contrahit, vt tota tangens toto fruatur illo, & fallax eſt valdè dicere, quòd natura humiditatem illam mulieris albam, aptamq. ad tale

onus,

opus, & viri semini maximè conuenientem expellat, vel reprobet, ac ex sanguine menstruo illud conficiendum laboret; quòd non concederet Arist. naturam nil temerè agere prædicans. & cur cùm sit bonum fœminæ semen pro tunica, natura semen viri consumat, vt ex eo eam formet, & illud reijciat, quod semini viri congruit, & fluidum cùm sit, circundat illud? & si est bonum menstruum, melius erit pro hoc effectu semẽ muliebre. Sed dicebat inferiùs, quòd illud est superfluitas matricis, non semen, & impura, fœtidaque materia: huius contrarium expertus est Galen. & concoqui in testibus, vt semen viri apparet, & emitte cum voluptate, & in his permanere, languorem sui emissione inducere, quorum appositum ad vnguem competit excrementis: & in calidis mulieribus, & diù abstinentibus à coitu nihil differens, quasi à masculino semine apparet. ratio de ventriculo est nulla, hic enim est, sicut olla, cui continuò aliæ partes, & aliæ apponuntur, & valdè aquosæ, ità quòd coriũ non valet cibo conficere, sed vterus est, vt Sartago, cui parum aquosę imponuntur res, & aliæ crassæ, vbi quidem fit pellis illa, & iecur est materia carnea, non neruosa, & in materiam continuò à sanguine madefacta, cæterisque humoribus agit. Illud, quod dicit ad Haly. nullum est: etenim licet non sit adeò crassum, & calidum, tamen nihil obstat, cùm debeat fundi in plures riuulos, vt diuersa concrescat in membra, sibi permisceri illud fœminæ, & facere temperaturam copiosiorem, vt sufficiat ad omnes partes, & aptiorem saltem ex parte seminis muliebris, tùm verò, vt ad naturam mediam magis conflettur semen, quàm in extremam tendat, diceret, oportere misceri prædictus opinans, vnde se non misceretur, diceret, semen muliebre fluidum, & frigidum, tunc virile magis à calore vteri crassesceret, & calefieret, & minus aptum generationi fieret, sed induresceret. Verùm nos dicimus, perfectionem accipere semẽ mulieris à virili, & compingi; itaque hic homo nihil se iactet, & concedit, posse fieri hunc effectum à sanguine, quod si ita est, cur non magis ab eo, quod est familiarius virile semini? & sanguis repugnans materia, & crassior facta, quia in grumum abijt tale menstruum (vt meminit Gal.) cur sit aptior, non video. nil ergò dicit hic magus supe stitiosus, & reliquos Galeno positos possibiles vsus muliebris seminis nõ destruxit. sed fingat suo modo: nil ad nos.

Sed dicet Auerr. menstruum esse semen fœminæ, quia cùm concipit, illud non excernit. Satisfacit Fernelius, dicens, quamquam continuò post conceptionem detineatur eo, tamen fœtus non constituitur, aut nutritur, sed quam potest purissimum rapit ex venis spiritus pro nutrimento, qui igitur sanguis menstruus in grauidis concedit, pars exigua circa vterum ex venis secernitur, pars maxima reliquo puriori sanguini miscetur, & tunc quia vis fœminæ vires illius non potest mitigare, grauidis plurima damna eueniunt, corporis grauitas, fœdus faciei color, Auer. Fer.

 lor,

lor, lienis tumor, matrices, malacia, & tandem ad omnem morbum sunt procliuiores, quàm quæ non gestant vterum. & hoc dictum placet valdè; etenim etiam quæ non prægnant quandoque menstruum detinēt, & varios patiuntur morbos, item fœminæ quinquagenariæ illud non emittunt, vt dicitur in metro: adde decem tribus mulierum menstrua cernis, ad quinquaginta durat purgatio tota, & tunc in talibus mulieribus generantur immunditiæ, & morbi, tussis, & anhelitu venenoso inficiunt homines, nec quod ante tertium decimum non emittunt debet semen dici, etenim tunc natura est vorax, & quolibet alimento vtitur ad nutriendum, ac fabricandum corpus, & vires, nec sufficiunt, vt expellant: mirum quidem quomodo menstruum, pestifera materia, & sterilitatem inducens dicatur semen, quod non emittitur cum voluptate, nec tempore coitus, vt semini congruit, sed mensibus singulis velut excrementum, & nec omnia animalia emittunt, vt canes fœminæ, & aliorum generum, sed semen illud album effundunt cum voluptate, & tempore coitus, & tamen Perip. quod fœtum inficit semen vocant, & illud ex quo benè quandoque generari queunt nonnullæ partes, sit excremētum: cuius contrarium quotidie experimur, vt antiqui philosophi nos rationibus monuerunt, vt Pythagoras, Epicurus, Democritus, & Hippo. Calaber probarunt (Galeno teste) & in anatomia cernimus: nec vltimum nutrimenti quale est hominis semen videri debet, liquet enim excrementum esse digestionis, quæ fit in epate, & medici, qui valdè id agnoscunt, declarant, non enim sapit verum, quòd talis materia pestifera superfit ex nutricatione, nutricatio enim ex purissimo fit sanguine, ex quo nihil tale superfluere potest, si enim hoc esset, dum est in uenis mēstruum cum reliquo nutrimento omnes venas veneno inficeret, obstructiones causaret, corpusque totum morbidum redderet, cùm tales effectus, & peiores agat excretum: vnde si canes in rabiem agit, & sterilitatem parit, quid faceret in uenis? natura ergò sagax quam citiùs, illud excernit, antequam ad nutritionem cum reliquo distribuatur: & experiuntur id medici, Peripateticos autem absque erubescentia hoc asseuerant, ne à iuramento, quo Aristoteli obstringuntur, se absoluant.

12 Arguebat deinde Marta aduersum Tel. mulieres sunt humidæ, & frigidæ quomodo possunt habere in vtero tantum calorem, qui sit causa efficiens generationis.

R. Diximus in principio huius sermonis: vnde si calor tantus in vtero, & ex venis, ac arterijs, quibus intertextus est emanat plurimus calor, & spiritus, qui occluso ostio vuluæ, ne frigus subintret, uigoratur, & continuò ab epate per uenas eò descendentes augetur, & Auerr. etiam calorem præpotentem dat vtero, dum talem attribuit, qui possit ab extrinseco semen attrahere; & licet fœmina frigida dicatur, tamen benè calida

est,

est,& in respectu ad virum frigida appellatur, ut in alia quæstione aperuimus cum omnia calida entia ponebamus excepta terra; & non est verendum de calore suo, si enim tantus inest, ut possit cibos benè differentes in nutriti substantiam inuertere, ac diuersimodè immutare, nil dubitandum est de vteri calore ab epate, & arterijs procedente quin possit hoc facere, præcipuè cum vterus etiam calorem continuat, licet debilē. sed quia Sciolus istæ dicit, nobis soluendas esse rationes Theologorum, & Perip. quibus probant mulieres semen non emittere, ita quod semen maris sit solum efficiens generationis. sed sibi soluendæ sunt rationes Scoti, Galen. Telesi. & omnium medicorum, quarum nullam adduxit, nec soluit; quapropter, vt sufficienter ad summum dicimus; Auerr. dictis occurrendum reor. Auer. itaque in secundo colliget cap. 10. & cum eo Conciliator in loco allegato fœmineū semen non concurrere ad generationem probant; etenim inquiunt, multæ fœminæ conceperunt absque delectatione, quamquam eis displicuisset copula, & contra voluntatem coierint; & quædam mulier, de cuius sacramento cōfidere poterat Auer. iurauit se imprægnatam fuisse in balneo Lauelli, in quo praui homines spermatizauerant. Item idem est dator materiæ, & nutrimēti, sed fœmina est datrix nutrimenti: reliqua, quæ dicit Conciliator, destruximus.

Respondet Fernellius ad primum, & secundum dicens, commentitiū est semen maris ex menstruo absque fœmellæ ope posse gignere, nec est fides adhibenda dictis mulicrcularum illarum, quæ asseueranter pronūtiant absque coitus voluptate concepisse. vndè putat, quòd si paulò antè, vel postquam mulier emittit semen, viri semen immittatur, tunc non concipit: oportet enim ex vtrisque copulatis simul, antequam alterius spiritus euanescat fieri conceptionem; quapropter negaret hic homo, vtrunque assumptum, & diceret semper, dum concipit, fœminam effundere semen, licet non aliâs, & illa, quæ in balneo imprægnata fuit, emisit semen; nam sicut vulua habuit vim attrahendi per Auer. ibi attractio autem non est sine voluptate, maximè cum attrahitur res desiderata, itaq. ille motus attractionis excitauit semen fœminę, vt effundatur, præsertim cum ex calore balnei laxata erat eius caro, & veluti aperta, ita quòd facilius potuit emitti semen, & putandum est, quòd fœmina illa fuit libidinosa, & ad seminis emissionem prompta, secus enim non attraxisset sic semen illud. Telesius autem concedit, posse fieri conceptionē absq. semine fœmineo, & hoc raró, quando scilicet semen viri est copiosum nimis, & calor vteri abundans; non tamen ex hoc sequitur, quòd semen mulier non conficiat, & dum eijcit, non valeat, vt ex eo cum uirili commixto formationi fœtus molem adijciat, & robur: ueluti ex semine galli, & gallinæ uidemus pullum cōstitui, quo ad partes exangues, ut in oui

albu-

albuminibus conſpicitur,& ex luteo, quod ſanguinis eſt ſpecies; & quia uoluptas fit, ut Galen. uult in 14 de uſu part. capit. nono, cum in ſemine calefacto nimis generatur ſpiritus calidus, & mordicax ſemen factum, illud ſpiritus inſequitur cupiens uoluptuoſo, ac delectabili morſu affici, ex quo fit delectabilis ſenſatio,& Auer in 1 de gener. animal. cap. 18. cauſa ait uehementis delectationis eſt exquiſitiſſima ſenſatio membri ueneri,& eximia excitatio ex palpitatione, & titillatione, ex quo dicitur: quod calor delectationis eſt cauſa, qui & ſenſationem,& mordacitatem cauſat, cum ergò mulieres ſint frigidæ non poſſunt ex emiſſione illius ſeminis mirus benè calefacti, nec ingroſſati percipere delectationem, mares enim frigidi,& qui ſemen fluidum effundunt, & nunquam tam fluidum, ut illud fœminæ, conficiunt, ne egrediantur latitudinem uirium proprij ſexus, & tamen uoluptatem modicam ſentiunt, quantò minus mulier, quę nimis eſt frigida, debet delectari, cum ſemen futile emittit,& ueluti aqueum, in quo acrimonia,& mordacitas eſſe nequit, uel bona exquiſita ſenſatio? quapropter hoc non debet negari, illud eſſe ſemen, uiſum quandoque cum ſit craſſum concoctumque, & maximam ſenſationem delectabilem ingerens,& mordicax,& generationi commodum: & tunc matrix non excernit ipſum, ſicut ſaliuam os famelici, ut putauit Auer. etenim emittitur tempore coitus, cumque ſemine uiri in eodem loco retinetur; ante uerò coitum ſi fœmina emiſiſſet ſemen illud, uel aliud excrementum contineret appetens coitum uterus palpitat,& contrahitur, accurrenſque circa orificium exprimit illud, ſed in actu ueneris emittit in proprium uterum, ceu declarant anatomiſtæ, ex his uerò non concluditur fœminam non concurrere actiuè reſpectu caloris uteri immò magis confirmatur, ut patuit, ſed non ſemper agere ſemen illius, quod gratis concedimus,& Galen. hoc ſenſiſſe oportet, quod magis explanaſſet, ſi hanc experientiam aſſecutus fuiſſet. Verùm intuentes fœminam marem factam,& perfectum ſemen in teſtibus mulierum nil negabunt mulierem conficere ſemen,& opportunum. Aliud argumentum, quod procedit ex dictis Ariſto. nullum eſt. Etenim terra calore à Sole ſibi impreſſo ſemina plantarum germinare facit, actiuèq. concurrit,& præbet alimentum, mulier ergo calore uteri à uenis procedente exſuſcitare poteſt, ſemen uiri eodem pacto,& germinare facere fieriq. animal, & gallina ſimiliter dat nutrimentum pullo oui, quatenus luteũ, quod eſt ſanguis gallinæ ſubminiſtrauit, & proprio calore incubans oriri ipſum facit,& generari.

Putauit Marta hanc opinionem eſſe contra Theologiam, quod erroneum eſt etenim ſic eſſet ſi teneremus maſculum poſſe non concurrere ad generationem, vnde tollitur peccatum originale, vel miraculum conceptionis in Sacratiſſimæ Virginis vtero Seruatoris noſtri palliaretur;

ſed

ſed nos ſupra demonſtrauimus non poſſe fieri generationem abſq. virili ſemine, niſi ſupernaturaliter virtute diuina, vt fuit in Deiparæ vtero, & ſi nil contrariatur Theologis aſſertio noſtra, quin Scotus optimus Theologus, & ſequacẽ iſtud in Theologia defendunt. Hinc eluceſcat veritas huius quæſtionis, quam pro viribus pertractaui; quam intuentes Perip. allacias agnoſcent, & veritatem ſi attentiùs, & non raptim perlegant aſſequentur, & huius Martę peximam, ac erroneam imaginationem, & prauę diſpoſitionis ignorantia imbutam comperient, qui nec meretur Perip. nomen, cum libros Ariſt. à limine tantùm, & vix ſalutaſſe videtur, & ſi hunc Peripatetici uelint eſſe Peripateticum tota Peripatetica ſecta ruet, in omnibus enim vidimus dicta eius Ariſtoteli, & ſequacibus contrariari, temereq. prolata, & tamen pugnaculum Ariſto. ſe compoſuiſſe iactat, ſed noſtrorum tela acuta, vuulnera incurabilia ingerentia in hac pugna, & propria tela in ſeipſum conuerſa, & in proprium infixa caput accipiat: ex quorum plagis, nec Galenus curabit illum ſanandum, reficiendumq..

Metrodorus absurdum dixit, esse vnum mundum, sicut in campo magno aristam vnam. Diuinissimi autem viri Pythagoras Samius, Calabrorum doctor, Plato Atheniensis, Mercurius Trismegistus Aegyptius, & Calaber Timæus Locrensis, mundum à Deo Optimo Maximo, emanasse enuntiant apertè, ac interire posse; Dei tamen voluntate æuiternũ, sicut & Socrates aiebat. Verùm Platonicorum secta in contrarias opiniones de Platonis intentione scinditur. Crantor enim, Plot. Porph. Proclus, & Iambl. ab ęterno effectum fuisse à Deo contendunt; & cùm dicit Plato, mundum præcessisse inordinatum, & confusum deinde redactũ in ordinem, sumunt, hunc ordinem sequi secundum modum intelligendi, & prioritatem naturæ, non temporis concedunt. Seuerus autem, Atticus, Plutarchus, Marsilius, ac alij multi in temporis principio de nouo factum fuisse à Deo demonstrant in via Platonis; quibus assentiendũm magis censeo; Plato enim, vt Numenius Platonicus inquit, Atticus est Moyses nil ab eo discrepans. Quapropter videndus est Plato in Timæo dicens mundum à Deo, per exemplar, in se conceptum creasse bonitate sua, & voluntate libera ob immensam fœcunditatem exuberãte; nulla tamen in ipso nouitate adueniente, nec solum necessitate agente. Itemq. & chaos; siue entia inordinata præcessisse, materiamq informem, vnde ordinatus rerum, ordo emanauit, qui processus non est temporaneus existimandus, sicut est agentium finitorum: in quo in nullo à Moyse Hebręo inter Theologos, ac Philosophos primo deuiat: hic enim & nos Christiani, Deum mundum ex nihilo creasse ponimus per exemplar consubstantiale sibi, propria voluntate fœcunda propter bonum, præcessisse enim chaos, & tenebras abyssi ab eodem facta prioritate naturæ, & continuò illius prouidentia regi, & gubernari, ab eoq. semper dependere, sicut & Plato ostendit. quare Philo hebręus verbis, quasi Platonis, & his, quæ recitauimus, textum sacrum Moysi exponit, vt Ficinus narrat, & huic opinioni se subscripserunt saltem de emanatione à Deo omnes boni viri, ac recto iudicio præditi antiqui philosophi. Verũ Aris. non minus erroneus, q̃ causa errandi multis, non minus falsam, quàm impiam protulit in tanta re sententiam: ipse siquidem, & asseclę mundũ à nullo factum, creatumve opinantur, nec à Deo immediatè gubernari aliqua voluntate libera, sed cùm sit agens necessitate, necessariò inclusũ primo orbi Deum semper ipsum agitare inquiunt, nil prouidere, nisi p motum æternum coęuum mundo æterno, nil intelligere, nisi se: quare aiunt præstat Deum nil à se intelligere siquidem enim vilesceret, si hæc inferiora respiceret. Cuius impietas à suis, & Græcis fuit agnita, ac repulsa: quare accusatus est Arist. apud Hierophantam, quòd mundi ęternitatem, & de Deo falsò sentiret, & coactus est in Calchidem aufugere, & tamen Peripatetici, Simplicius, cum pluribus Græcis, qui Aristo. libros interpretati sunt, & Auer. cum Arabibus, & Latinis multis veridicá existi

mauerunt hanc sententiam. Algazel autem, & Ioan. Gram. benè reiecerunt eum in via naturali, vt aliorum defensiones friuolæ appareant. Posteriores etiam christiani, qui sibi suaserunt Aristotelem etiā numen quodam, accipientes hęc veluti à tripode pręstigijs quidem capti varia protulerunt figmenta, nil veriti mundum æternum in philosophia demonstrare, nunquam ad cæterorum dicta respicientes, qui præcesserũt, & subsequti sunt Arist. solus. o. Arist. vt inquit Auer. 1. cœl. mundũ ęternum ausus est demonstrare. At quando falsa non tantùm à pio philosopho Moyse, quam ab ipsa summa veritate Deo inquam opt. max. per ōs vnigeniti filij sui Seruatoris nostri est ostensa, cessarunt boni viri Arist. sequaces ab hac opinione, & à Theologis nostris satis benè reiecta est. vt nil pro Telesij defensione dicendum putem, sed tantum contra eos fidem adducam, & ad Theologorum rationes remittam, & ipsius etiam Telesij: ab alijs verò nunquam deuiarunt. Sed certò scio in cęteris omnibus, sicut in hac, errasse Arist. præsertim in quibus à Platone suo præceptore discrepat, nimis sibi confisus est Arist. vt cæteris contradiceret omnibus, seq. modo ex altari, nil veritus sensum quandoque, & ꝓprias positiones deserere, vt quæ præ oculis præsentabantur, positiones tutaretur. hæc pro complemento satis sit recitasse, vt Aristo. positiones manifestentur, quā erroneæ sint: quas quia non affirmat aduersarius Marta, non immoror, vt reprobem. duę per difficiles se se offerunt pertractandæ quæstiones cum Peripat. videlicet de cœli constitutione, & essentia, dehinc de motibus orbium, & motoribus, vtrum sint, sicut Aristotel. credidit.

Opi. antiq. Circa primam autem diuersimodè antiqui sensere. Anaxagoras etenim, & Heteraclitus igneum modo cœlum esse enuntiauere ipso contēti sensu, qui talem nobis illum manifestat, & cum his multi qui ignis naturam nobilissimam intuentes igneum cœlum dixere. Omnes tamen antiqui Solem, & Stellas igneas posuere quanquam cœlũ ex summitatibus elementorũ constare voluerint; quapropter Thales è terra stellas cōstare opinatur, verùm ignitas esse. Empedocles etiam igne constitutas dixit, Xenophanes verò è nubibus accensis. Anaximander corpora igne repleta Solem, & Stellas posuit. Stoici corpora ex igne, ac terra cōpacta. Philolaus item Pythagoricus ignita astra, sicut & Democritus apposuit. Pythagoras verò licet igneum dixerit, non tamen desunt, qui de mente eius ex cęteris elementis dicunt cœlum, & planetas componi: vnde Heraclides & multi Pythagorei vnam quanq. stellam, vnum mundum esse dicunt, ex quatuor elementis compactum, hocq. ètiam in sacris Orphei contineri perhibetur. Epicurus etiam collectionem terræ spongię similem igne repletam stellam vocat. De opinione autem Platonis, qui à Calabro Timæo, non discrepat, vt ait Marsilius, varia efferunt Platonici: quidam enim dicunt cœlum cōstare ex elementis omnibus in sua prioritate

ritate existentibus, quod videtur sequi Marsi. super Timæum cap. 24. & Simpl. super 1. de cœl. Arist. Bessarion itidem Cardinalis, verum igneum ex maiori parte constare dicunt, vt Gal. et in lib. de hist. philosophica meminit. hique mouentur ex ratione Platonis in Timęo, qui ait, quoniam tractabilis, spectabilisq. futura erat cœli machina, nil autem tangibile, nisi sit solidū, & solidū absq. terra nihil, & nihil sine igni videri pōt spectariq́, iccircò cœlū ex his constare oportet, & quia hęc sine medijs esse nequeunt; ideò, & aer, & aqua concurrunt: hanc opinionem totius ad summum veritatis inuentor Telesius, vt nil amplius sit elaborandū, reijcit in 1. mai. c. 7. vbi. summopere, inquit veluti concludens, Timæū conterraneum nostrum, cum eo, & Platonem incusare, vt liceat; qui cum nihil in Sole, quod densum eum, renitentemq. magis, quā flammas quasuis declaret, intuerentur, veluti contrectato eo, & duro renitenteq́. percepto, non densitatem modo renitentiamq., sed terram insuper indidere; à qua. s. illas haberet, propriorum, & ipsi decretorum parum, vt videtur, memores: siquidem illis motus igni, terræ immobilitas tributa est, vt non nisi magno vtriusque, vel alterius saltem malo iungantur, ignis quidem, cui perpetuò terra vectanda esset, terræ verò cui perpetuò aliena operanda esset operatio. s. motus, qui est operatio ignis. Plotinus autem inter Platonicos eruditissimus, in quem eundem dęmonem insufflasse, qui in Platonem ait Ficinus illum interpretans, ratus calorem esse ignis formam substantialem, sicut & nobis fit, in 2. en. lib. 6 c. 3. inquiēs ex præhabitis, nihil prohibet calorem igni actum esse innatum, & speciem, neq. ignis qualitatem, in 2. en. lib. 1. igneum solum cœlum enūtiat. quod ex ignis nobilissima natura constare decernit, probatq́ in cęlo nō esse terram, nec aliud elementorum: vnde cum eo Marsil. Fici. cap. 6. ibidem aiunt. Si elementa per se esse absq. alterius viuamento possunt, immò aqua à terra fit non aqua, multò magis cœlum potest esse sine his: vbi videntur vti ratione Telesij; nam si aqua a terra fit non aqua, sic cœlum à terra fit non cœlum, cum vim habeat immobilitandi, & vndiq. illi contrarium. Et licet dicatur à Platone in cœlo terram esse, hoc inquiunt esse intelligendum de sua soliditate, & consistentia; quæ quia maximè videtur terrę competere, terra dicitur; & ideò habet lumen, quo sentitur à se. i. ab anima sua per modum intelligentię, quod nobis est videri; & habet soliditatem, & resistentiam qnaudam, vt per modum essentialis vitę, iterum sentiatur, quod est tangi à se ipso, & consequenter ab alijs: quia nec videri posset per lumen, nisi soliditas subesset visuales radios quodā modo repercutiens, nec tangi per soliditatem, nisi igne rursum viuificaret, per lumen cœli omnia videntur elementa, aer, aqua, terra, igne, cœli reguntur simplicissimo, & subdunt soliditas in terra est cum aspera quadam siccaq. duritie propria terræ, quatenus maximè distat à cœlo omnium lenissimo, humidissimo, & agillimo: in igne autem est sua soliditas

nõ per terrã, sed propriam sibi coinhærentiam,& propriam densitatem: sicut in aqua sępè non per terram, sed per propriam sibi coinhærentiam crystallum fit,atque metallum.s.aurum, & in c.7.Plot.inquit, & cum eo Ficinus. Cum mundus sit animal vnum vnica,vbiq. anima viuens, vnaq. materia factum,necessariò membrum quodlibet.s.elementa ob eiusmodi vnionem habet aliquid commune cum alijs, & aliorum qualitatũ est particeps: sic cœlestis ignis, non terram,non aerem,non aquam,sed consistentiam habet quodammodo terræ similem,item facilem liquiditatẽ, & agilitatem aeri similem,lenem, blandamq , & lubricam ęqualitatem aquæ persimilem,sic ex igne lumen habet,sub quo sunt calor vitalis blãdus, & actio motrix à calore veniens omniumq. formatrix. Ecce ergo quomodo elementa non sunt in cœlo,nisi ignis, & alia per similitudinẽ apud Platonicos,& non in propria natura,& sic possunt conciliari opiniones enarratę,quæ cœlo hęc tribuunt:& concluditur apud oẽs igneũ esse cœlum,sicut etiam Xenarchus, & Io. Gram. cognomento Philoponus affirmauere.

Arist.verò palmam reportare putans,si his omnibus contradicat,cęlum esse quintam essentiam in nullis cum his inferioribus sublunaribus communicantem vniuocè, igneumq calorem sola aeris confricatione immittere,qualis sensui apparet, multaq. fingit, quę infra reprobabimus cum fundamentis suis. verùm diuersificati sunt posteriores Peripatetici, vt quidam nullam materiam dent cœlo,veluti dicunt nonnulli Auerroistæ; quidam dent,sed alienæ naturæ,vt omnes ferè Latini. Aegidius autem,& cum eo pauci eiusdem naturæ esse cœli materiam cum sublunari, uerum illam saturatam sua forma, hanc verò appetitu inexplebili præditam.Simplicius ex summitatibus elementorum concilians Aristo. Platoni cum Arist.damno magno, constare sustentat in uia Aristotelica. Ioan. Gram. Peripateticis hanc fictionem,nil tolerans igneum esse. profaturita quòd penitus in hac re discordes Perip.sicut in cæteris longè concertant periculosè, vt vnusquisq. suum fingens errorem illum demonstret. Telesius itaque extremam manum impositurus pro sensatissimę veritatis defensione igneum cœlum esse demonstrat sensu,& rationibus sensu confirmatis:à quo omnis scientia nobis,etiam Peripateticis ortum capit,& confirmationem,vt decernunt,sed parum vtuntur. Quis enim tam stupidus est,qui à cœlo videns,& Sole lucem,& calorem venire,qualis venit à nostro igne,non igneum ponat. cùm pręsertim eodem agat pacto,vtriusq. calor.s.nimius unitusq. destruit, moderatusque gignit entia nostra,quę blando constant calore. Item ignis omnis à cœlo ueniat: & qui à speculo suscipitur soli exposito,& qui à lignis, uel lapidibus;nam à Sole sunt hęc facta, & causa uniuoca est cum eiusdem rationis ignem generat.Philosophaster Marta modernulus Sciolus,glorię,ut

Th. uidetur,uenator, & ignominię acceptor, nil ueritus est Telesium accusare,

ſare, quem ſi Ariſt. uiueret accepta ueritate uenerraretur. Poſita primũ Ariſt. opinione, quod cœlum ſit quintum corpus, vult adducere Teleſium, igneum cœlum opinantem, & putat eius fundamenta afferre: cæterum ſciendum eſt, quòd Teleſ. poſtquam multis declarauit rationibus cœlum, & terram eſſe prima rerum corpora, hoc à calore, hoc à frigore penitus inter ſe contrarijs conſtitutum, cœlum intuens calidiſſimum, candidiſſimum ſaltem, quo ad Planetas, mobiliſſimum, & tenuiſſimum, terram frigidiſſimam, tenebricoſiſſimam, immobiliſſimam, & craſſiſſimã, diſcurrens cœlum igneũ poſuit, quale manifeſtauit ſenſus, adduxit rationes contrarium aſſerentium, ſoluitq. euidentes fallacias patefaciẽs, & ſuas via ſenſus corroborauit, concludit in 1. minoris operis. cap. 53. Nulla igitur ratio, aut ſignum impedimento eſſe videtur, quin igneum ponere liceat Solem; qualem eſſe, & ſenſus nobis manifeſtauit, illum intuens lucidiſſimum, & ab illo contactus longè calidiſſimo; & rationes noſtræ manifeſtant Ariſtotelicis longè firmiores, & ipſo deprompte ex Ariſt. etenim omnia, quæ igniuntur, & calida fiunt igniuntur motu, et prima corpora: ignis. n. à cœleſti corpore æthera conterente, ac flagellãte fit Ariſtoteli, & quæ frigeſcunt, ab immobilitate frigeſcunt: at cęlum velociſſimò, & nunquàm ceſſante motu delatum videri debet calidiſſimum, præſertim cùm ea, quæ igniuntur, maximè igneſcant, & calefiant motu circulari continuò, nunquam remiſſo, cuiuſmodi eſt in cœlo, tũ quia calori leuitatem, & mobilitatem dant Perip. frigori grauitatem, & immobilitatem. Item Ariſt. in 2. metaph. t. 4. in omni rerum ſerie ad vnũ primum incurramus, vult, quòd cùm ſui natura, & eſſentia tale exiſtat ꝑ ſe primò, cauſa eſt, cur cętera, quæ in eadem ſerie continentur, talia euadant; iccircò in calidorum ſerie ad vnum primum deueniẽdũ eſt, quod calidum ſui natura cum ſit, cauſa ſit, quare cætera ſunt calida. ſed id nõ poteſt poni ab Ariſt. ignis, vel aer; etenim vterq. non per ſe, ac ſui natura, ſed à motu cęli circumactus, contrituſq. incaleſcere illi apparet. cœlũ ergò calidum ſit oportet, à quo calorem calida ſumant omnia. Et confirmatur; etenim ſi ab igne ſublunari omnia ignem habere dicat Ariſt. tunc ſequetur calorem nulli per ſe competere, ſed per accidens omnibus conuenire. Sed quid abſurdius, quàm calorem omnium entium nobiliſſimum, ac cunctis naturaliſſimum, omnium conſtitutiuum, vt aliàs probauimus etiam de mente Ariſt. & viuificatiuum, qualem nobis manifeſtat ſenſus, corpori nulli inhærere, ac competere, vt forma naturalis, ſed per accidens in omnibus, quibus ineſt reperiri, & nulli per eſſentiã, arbitrari? Item ſicut circularis motus attribuitur cœlo ab Ariſto. in 1. de cœl. quia nobiliſſimus motuum, ſic ei nobiliſſima aſſignanda erat qualitas, veluti calor eſt; præſertim cùm in cœlo non qualitates modò, ſed ꝓprietates caloris ſpectentur; quæ ab exſuperante, & valdè intenſo fiunt calore, veluti lux albedo, & tenuitas, quæ ibi inſunt maximè, & maxima mobi-

Ratio Teleſij. 1 · 2 · 3 · 4

mobilitas: quæ non nisi calori tribuitur Aristoteli 1. metap. cap. 4. sicut frigor immobilitas Hæc sunt argumenta, quæ adducit Marta à Telesio. nec benè intelligit, vt ex sua recitatione discernitur. alia perquirenda sũt à Telesio in diuersis locis, utriusque commentarij: quæ nec ego afferre volui ne videar nouis armis, & acutioribus telis, quæ ipse non videns in aciem progressus est, & si vidisset forsan non prodijsset, cum eo concer-
5 tare. Sed his tantùm defendendum nobis reor Telesium: illud tamẽ argumento, quod omnibus persuadeat, efficacissimo esse videtur, & his præcipuè, qui veritatem sequi, non sustinere conclusiones velit Aristo. quod ratio Aristotelis, quæ calorem cœlo abnegat, & signa mille possunt infringi modis, vt videbimus intra, & Telesi. optimè explanauit, & modus, quo non calidus Sol calorem generet sublunarem aerem flagellans, vt Aristoteli placet, non falsus modò, sed suos detegit errores, vt Telesi. in quarto maior. declarat, & 2. minor. nosque in disputatione de calore examinabimus.

Marta autem ad hæc inquit hanc opinionem non esse Telesij, sed antiquorum, & præcipuè Platonis, vt sibi narrat Gregorius Fleton, quod & nos demõstrauimus, & quo pacto distet ab his opinio nostra. dehinc ait esse itidem opinionem Aristo. hanc, si ęquiuocè ignis in cœlo, & his fingatur, & ex dictis Alex. ac Mazonij id contendit, verùm quantum absit ab Aristo. hæc opinio legenti primum de cœlo notum fiet, & secundum, vbi calorem sola aeris confricatione vult fieri, & lumen, & calor, inquiens, fit à motu aeris confricatione, quare nõ à lumine est calor Aris. sed solo à motu, & lumen itidem, vt sustentabimus in dispu. de calore. hic aũt nil veritus in via Arist. formalem calorem cœlo assignare vi coactus, sicut & cęteri, ne deserat Aristo. probat esse diuersæ naturę cũ illis, & ęquiuocè de vtrisq. dici affirmat, sic.

1 Aeternum & corruptibile differunt plusquam genere, sed calor cœli
R. est ęternus, & ignis corruptibilis, ergò diuersi, & æquiuoci. Ad hoc dicẽdum, quod totus mundus, qui non est terra, cum sit constitutus à calore est eiusdem naturæ, & consequenter eiusdem generis: licet spiritus noster in quibusdam vbi vniuocatio est ex parte vnius, æquiuocationẽ consideret ex parte alterius rei illis communis: & licet aliquæ partes nõ possint corrumpi, non tamen existimandæ sunt alienæ, vt partes mundi superiores; etenim si essent vicinæ suo contrario, illudq. attingentes corrumpi possent. Vbi nota ex Telesio in 2. maio. cap. 1. quòd potentia ad corruptelam inest communis omnibus, non absoluta, ac libera, sed sub conditione, vt si coeat patiens robustiori contrario corrumpatur ipsũ debilius; non tamen, vt Perip. putant, quod habet potentiam ad corruptelam necessariò corrumpetur; non enim coire hoc patiens illi agenti robustiori necessitas cogit vlla; vt, si non fingant, oportet eos concedere de partibus centralibus terrę, & de igne sublunari. sed in quæ quauis

occasio-

occasione contrarium, robustiusq. agere nõ potest, ęterna illa apparēs & incorruptibilia: & sic quia ad cœlum vsque contrarium robustius nõ potest procēdere vires suas; ideò est incorruptibilis eius ignis, & hic est iuxta positus contrario, quare de facili corrumpitur. Quapropter diuinus Plotinus in 2.en.lib.1.cap.8.neque est natura cœli, ait, talis, vt spontè defluat, nec est quicquam, qui deorsum impellente pręcipitetur, vel corrumpatur: quod.n.cœlo appropinquat est aer, qui in illud non potest agere, vel ignis, qui nequaquam tangit, vt agat in illud; accedit, q̃ repentè in cœlestem naturam potius mutatur, quàm cœlum ab illo patiatur. Item ignis potissima actio est calefactio, oportet autem quod calefaciendum est nõ esse calidum ex se ipso, & pręcipuè in gradu summo veluti cœlum est; igitur hæ partes inferiores tantùm corrũpuntur, & sunt influxu. Marsi. etiam ibidem cap.4. sumens ex 3. Plotini. Si animal, ait, quandiù viuit est idem, propterea quod sub eadem anima similis fermè figura, & natura seruatur, quamuis inde quotidie fiat effluxus, multò magis mundus esse idem in substantia dici potest, quandiù sub eadē anima, & figura eadem perseuerat, licet fiat intus effluxus. s. in elementis, q. non fit extra cœlum ex cœli substantia: & Simplicius 8. phy. c.79. ait, q̃ communis materia si est in cœlo, sicut in his, quæ sub luna, non propterea reducet ad corruptionem, sed contrarijs inuicē in se immutantibus cadet in partibus interitus; sicut ēt in his, quæ sunt sub luna. ex quo excluditur error Io. Gram. putantis cœlum; ideò defecturum, quia cõem sortitum est materiam, ac ex ea, & forma fuit compositum.

Item, ait Marta, calor cœli concurrit ad generationem rerum, calor elementaris non, ergò ęquiuoci calores. probatur, nam calor cœlestis viuificus est, saluat, & generat animalia, cũ naturę humidę sit; ideò subiecto aereo inhęret; calor autem elementaris, quia subiecto sicco, & mordaci inest, potius destruit, ergò ęquiuoci immò contrarij, quia generari, & corrumpi sunt contraria, quia ens, & non ens. Ad hoc dicitur, quòd tam cœlestis, quàm elementarijs viuificat, & generat, eodem pacto constitutus, & appropriatus; ideò autem calor elementaris videtur destruere, quia est iuxta materiam alienam, pręsertim hic noster, quam comburit: demonstratum est autem in prima disputatione, quòd si remittatur, & modificetur tunc viuificabit, & generabit: hic enim formicas gignit, & multa animalia parua in illis locis ad quos eius calor defertur remissus, quinimmò in fornacibus Cypriis generantur Pyraustę, quibus multus inest calor, vt ait Tel. & Plin. in 11. cap.36 vnde si cœli calor reciperetur, vt est ibi, nil remissus per distantiam, in his inferioribus, quod fit quandoque per reflexionem radiorum Solis, & multiplicationem, vreret omnia, sicut tunc fit, quando non minus, quam noster deuorat, & in ęstate vrit, & exsiccat Sol immenso calore hic multiplicato, quid ergo faceret si tantillum descēderet? quapropter vterq. vrit vicinus, & remotus

R.

tus generat dum spiritum ingenitum nequit elabi facere; & viuificat, vt existimare non liceat, quin eiusdem sint speciei, & hoc idem Platonici dicere tenentur, & si aliter quandoque dicere appareant. Plato enim in Timæo cõfirmat fabulam de Phaëthontis casu, & quo dãmodo uerificat; etenim à cœlo quandoque aduenit inflammationis uastitas, & plurimã terræ partem cremauit, facta quadam permutatione cœlestis circuli. Quod credo illud significari, quod dicit Plinius 2. lib. naturalis historię cap. 60. Anaxagoram prędixisse cœlestium litterarum scientia Olympiadis septuagesimę octauę, anno secundo, quibus diebus saxum casurum esset è Sole, idq́ factum interdiu in Thracię parte ad Agos flumẽ, quod igneum fuit, ac adustum. cuius etiam meminit Galenus in lib. de histor. phil. ubi iuxta sententiam Anax. ad modum ignitæ Stellæ cecidisse corroborat; licet Plin. alia ponat prędicta ab eodem; quare ignis uterq. ũrit ut passim Plin. ponit experientias, & uterq. generat, & uiuificat apud excellentes philosophos: quinimmò Peripa. omnes ponunt mixta ex quatuor elementis, ubi patet ignem reperiri, & multa ponunt ignea à prędominio, & in 2. de gen. t. 21. dicunt Perip. quod calor ignis in sui excellentia nihil gignit, sed benè si remittatur: quare generationes uolunt fieri à qualitatibus actiuis, quæ sunt calor, & frigus. Sed frigus cõcurrit per accidens, quatenus tenet, ne dissoluatur calor. sicut ait Auerr. in paraph. 4. metaph. sed per se corrumpit, calor verò per se generat, & uiuificat, inter actiuas quidem calor est actiuior, ut probauit Alb. 4. metap. tract. 1. c. 2. qui constituit, & informat, quin Arist. ignem moderatum instrumentũ animę. 2. de an. tex. 41. uidetur dicere. & passim in paruis naturalibus ipse & Auer. calorem gignere, & uiuificare, sedemq́ue animæ esse pr[illegible] fantur. uerùm de hac materia in 1. disp. diximus. ad quam lector accedat, si reso
3 lutus esse uelit ab horum calumnijs.

Sed arguebat Marta. calor igneus siccitati associatur omnium destructiuus, & nullius generatiuus, omnia enim homogenea habet congregare, & heterogenea disgregare se semper multiplicando, & destruẽdo, calor autem naturalis humidus, & debilioris uirtutis est igne: qui adeò fortis, quod fortior est calore Struthionum, si itaque alter destruit, & alter saluat ergo contrarij: & si per calorem cœlestem spiritus possunt in esse reponi, vt patet in animalium respiratione, & flatus aeri sursum tẽ-
R. dunt, qđ nõ esset, nisi calor aereus esset ille, q ambitus in nostris corporibus per aspirationem, & respirationem iterum reuertitur. Respondendum est calori non posse coire siccitatem; quęcunque enim calor exuperat, & occupat deducit in tenuitatem, prius autem in lentorem, mollitiem fluorem, & vaporem, horum autem humidius est vapor, dehinc tenuitas, omnesq́ gradus hi species sunt humiditatis, vt Tel. declarat primo mai. c. 20. quin Arist. in 2. de gen. t. 10. tenuitas inquit, mollities, uiscositas, lubricitas non sunt principia, sed in humiditatem rediguntur,

vt

vt eius species;& in sequentibus de singulis declarat modum, quo reducũtur. Et non magis,sed hęc facere apparet, qui terram, q̃ sicca est in vapores conuertens,& aquam fluidam facit, ac aerem humida elementa, & denique ignem elementarem teste Arist.1.metaph.qui quidem ignis humidissimus ex eius constitutione, & ratione propria decreta Aristoteli respicienti poni debet;etenim illud siccum reor in via etiam Arist. ibidem,& 4.metaph.quod resistit,ac renititur tangenti,durumq́. cõsistit, hęc nimirum se consequuntur inuicem . cuius contrariũ competit igni elementari,benè tenuissimus cum sit,fluidi mollis,ac labilis, quæ quidẽ species humoris ponuntur ab Arist.vnde ipse in 2.de gen.t.9. ait humidum quidem,quod proprio termino indeterminabile est,sed alieno facilè terminatur;& post hæc inquit,quia humidum est omnium repletiuũ, & continentis figuram insequitur ; iccircò tenue, & subtile huiusmodi existens , ad humidum reducitur. Siccum autem benè est terminabile termino proprio,difficulter alterius,& ideo grossum est humidum consequens,& similiter aridum:quare Auer.in c.10.ait , declaratum est , ꝙ subtilitas,& tenuitas est ex humiditate,quæ prior his est natura, sic oppositum eius est ex siccitate;quare si proprietates humidi cõpetunt igni elementari,& earum contrariæ repugnant in via Perip. nil verendũ est, ignem humidissimum esse,& non minùs igne cœli. Sed de hoc latiùs lege Tele.in 3.maio.c.27.& 14 quod etiam benè cognouit Arist.& Auer. tamen præstigijs capti priscorum philosophorum , & Empedoclis, & Ocelli contra proprium morem , vt sustineant quaternitatem elementorum,ignem distinxerunt ab aere per siccitatem . calor ẽt nostri ignis in terræ superficie receptus , qui est eiusdem naturę cum sublunari , ad quem tendit in via Arist. quamuis ob suam immensitatem videatur exsiccare,tamen materiam,quam exuperat(in qua natura eius est inspiciẽda,non in ea,quę remanet)benè emollit,& in fumum,ac aerem conuertit,entia nimirum valdè humida: & hoc etiam cognouit Auer. in parap. 4.met.inquiens,ignem emollire ferrum per se,ac si non dixisset , sensus manifestat:molle autem,inquit Arist.est humidi species;etenim tangenti,quod cedit,& ad modum illius figuratur,molle est, sicut ferrum cale factum cedit malleo,& Aristo. ac Auer.2.de gen.an.c.1.per se indurant, aiunt,liquefaciunt,& emolliunt: quod distinctim intelligo ; vel si calor, quandoque induret,per accidens hoc facit(quod ipsi non negant interdum) quatenus entia dissimilaria,composita ex tenuibus , & crassis partibus,spoliat tenuioribus,& sic crassæ duriùs concrescunt in ens à tenuioribus destitutæ,veluti manifestum est in luto igni admoto,cuius subtiliores partes elabuntur,& crassiores , renitentesq́. ignis humori remanent,in eis durius confectæ . quod cùm ignis per accidens id faciat, nõ est attribuendum, vt propria operatio,contrariorum enim contrariæ ꝑ se sunt causę,si interdum non per accidens,per se verò frigus indurat,&

compingit quęcunque occupat, vt aerem in aquas gelat, & aquas in entia dura, vt lapides, vel terram, si actio sua non intercipiatur calore. Concludeergo, quod etiam Solis calor exsiccat, quem humidum esse, Marta concedit, vt patet in æstate quando omnia exsiccat partes minùs renitẽtes humectando, tenuefaciendo, dum reddit interminabiles termino ꝓprio, veluti in aerem, & ignem, vaporesq́. commutans: & si ignem gignit Sol, ille etiam eodem pacto exsiccabit per accidens, non sunt ponendi alienæ naturæ, ac ęquiuoci, vterque enim vbi est remissus emollit, & humectat paulatim, vt dicitur de luna emolliente, & humectante apud Peripa. & Plin. itidem meminit in 2. c. 9. at vbi mox increuerit, vt tenuitatẽ, ac humorem, quem generat possit educere, exsiccat vterque, vt patet de Sole æstiuo, quia quamprimùm mollities spoliat, siccitatem detegit. Hi autem hebetes ingenio non capiunt, quid sit humiditas, nec effectus ꝓprios causarum intuetur. Quocirca Marsi. scribens super 2. en. Plotini libro *3.c.6.* Sol, inquit, per accidens exsiccat, quia radij Solis in concauis nimis duris conteruntur, vel ex diuerso percutientes fortiùs ad nos reflectuntur, & quia radij congregantur apparet, his inesse natura, quia congregatione propria intendatur, & agat vehementiùs. hęc Marsili. sed tu elige, quod nos diximus de mente Telesij.

4 Prętereà si essent eiusdem naturæ, non mouerentur diuersis motib⁹, modò cœlum mouetur circa medium, & ignis, cęteraq́. elementa mouẽtur motu recto, vt ad medium, aut è medio, & mixta motu mixto. Si aduersarius diceret, ꝙ cœlũ posset moueri motibus oĩbus. Contra, vni motui, vnus est motus contrarius, sed cœlum quocunque alio motu moueretur haberet contrarium, ergò corrumperetur, quod repugnat naturæ suæ. P. si posset moueri alio motu à circulari, tunc corrumperẽtur omnia hęc inferiora, & totus mundus rueret, quia motus circularis continuus, & regularis regit terram. P. si potest moueri alio motu potentia naturali, quandoque mouebitur, & cùm motus posteà corrumpatur, ergò & cœlum corrumperetur, vel corruptum fuit, & regeneratum: si potentia est intentionalis; contra, q̃a non repugnat hęc naturę suæ, sed esse corruptibile repugnat. P. motus cœli non habet contrarium, vt ꝓbãt doctores super 1. cœl. tunc si cœlum potest moueri diuersis motibus, vel secundum speciem, vel numerum, non secundo modò per se, sed contrarietas est inter species, ergò motus cœli habet contrarium, sed hoc repugnat naturæ suę; nec potes dicere, quòd non repugnat ei quatenus corpus, sicut Auer. dicit cœlum esse corpus corruptibile; nam dicitur corpus de his ęquiuocè. Diceret aduersarius, quòd ignis elementaris vrit non in propria sphęra. Sed contra, nam idem ignis est in sphęra, & genitus ex lapide per se, sed genitus vrit: ergò, &c. itẽ in sphera vrit exhalationes, quæ huc descendentes adurunt, & si non sic esset, tunc esset causa sine effectu; vstulatio enim dependet ex calidissimo, & siccissimo, cuiusmo

di

di ibi existit,& etiam si esset humidus per te,id faceret, quia humiditatẽ exsiccaret. Dicendum puto ad primã partem, ꝙ si motus proprius igni est assignandus, & non quilibet, vt infra tenemus, maximè sibi debetur circularis,quo mouetur in proprio loco, non in alieno; vnde licet moueatur sursum,tamen hoc est,vt fugiat contrarium,& tendat ad suã vniuersitatem, quæ ibi prouisum est à natura vt sit, igitur appetitus se conseruandi, reditus in naturam, fugaq́. contrarij debet videri motus, qui est sursum igni,non autem naturalis,& secundum naturam;sed talis est circularis,quo mouetur in propria sphera,non fugiens, sed gaudens illo,& sempiterno,tanquam propria operatione illo fertur,nunquam ab eodem destitutus;motus verò sursum competit igni,quandoq; nõ semper,& dum fugit,& est extra naturam,non cùm in propria permanet: & hoc subtiliter dilucidat Tel.in 2.mai.cap.14.& 1.min.cap.43. & cùm sit totum cœlum id,quod est supra terram,ideò totum.quoquo pacto vult moueri circulariter;quapropter primus orbis,tanquam calidissimus, & cui magis lumen,& calor est cõglobatus in stellis, mouetur velocissimo motu,& inferiores minùs velociter,qua de causa Astrologis vidẽtur moueri alio motu,vt infra dicemus: & aer circulo fertur apud Perip. etiam, sed minùs velociter, & maximè qui apud nos est à montium verticibus interceptus,& terræ frigore impeditus. hinc mare, & aquæ non potẽtes circulum explere quoquo pacto, vt in calore seruari possint, mouentur eodem,vt colligitur ex 1.& 2.maioris commentarij. Terra aùtem per se quiescit sola,& immobilitate naturaliter gaudet. quod etiã voluit Aris. 2.cœl.t.17.vbi de necessitate terram quiescere, statuit: & Auer.ibidẽ ait, quia cœlum,& terra sunt in vltima oppositione,& quod semper mouetur est cœlum,& terra,quæ semper quiescit. & si quandoque terra mouetur deorsum, cùm videlicet extra locum naturalem sunt eius partes, non erit dicendus motus latio illa naturalis, sed regressus ad naturam, vel impotentia ad motum, vt posteriùs dicemus. ea autem competunt entibus naturaliter,quæ in proprijs locis sortita sunt. Quas ob res valdè errarunt Perip.non distinguentes inter motum secundum naturam, q. est operatio propria in loco proprio,& regressum ad naturam. à Platonicis saltem debebant permittere se commonefieri; Plotinus siquidem 2.en.lib.1.cap.3 postquam,ait,ignis ad alta conscendit, quia velox,& acutus nõ quiescit in terra,sicut nec terra in alto,vbi sistere transitũ oportet,nimirum torpere non debet,nec existimandum est,eum sic se habere in propria sede collocatum,vt ipse minùs,quàm alia amplificationẽ suã vndiq. quærat; ad superiora: nequit ascendere;nihil enim est vltra superiùs; ad inferiora ferri natura non patitur:quamobrem reliquum est,vt ductu facilis sit in amplum,tractuq́. naturali ab anima ducatur ad vitã, ideoq́ in pulchra admodum regione,in ipsa videlicet anima circulo moueatur, Marsili. etiam ibidem.cap.4.& super Timęum,cap.25.circulus,

R.

air, maximè competit igni, cum enim à terra distantissimus sit, sicut terra est semper immobilis, sic ipse semper mobilis, si semper mobilis, ergò in orbem: quod enim mouetur in rectum peracto spatio, quoniam finitũ est, finit & motum. moueri verò in circulum, tàm ignem, quàm aerem, ostendit circulus cometarum, circuitum verò aquæ testatur perpetuus influxus, & refluxus: & hoc idem edoctus est Simplicius ab Xenarcho, in 1. de cœl. hęc quoad primam. Responsio illa non est vera in via Telesij, sed quam nos dedimus. sed non mirum si hæc ignorat Marta, cùm etiã sua, & suorum dicta nil intelligat. Cæterum nos dicimus ad instantiã, quòd proprium calidorum entium est motus, & maximè circularis, & secundum robustitatem, ac imbecillitatem caloris, & materię cõmixtione penes magis, & minùs variantur motus; quare cœlum igneum est, & calidissimum, propriaq. natura omni crassitie materiæ expoliatũ, vt nulla vi, nullaque resistentia eam mouere possit, proprius calor, rapidissimo defertur motu, quæ verò minùs calida sunt, vt descendentibus apertum est, minùs velociter mouentur, vt aer, & aqua, quę si motu priuentur, corrumpantur oportet: & sic quia eorum materia minùs benè est exuperata, imbecilliter mouentur. animalia itidem, quæ sunt calidiora, ac calidissimo spiritu prædita, ad motum sunt promptiora. Soli autem terræ competit immobilitas naturaliter; principium quidem quietis est in ea natura: iccirco nullus motus conuenit illi; etenim si duo motus contrarij non competunt vni corpori simplici per Aristo. 1. cœl. multò minus motus, & quies: quæ sunt in vltimo oppositionis gradu: quare motus deorsum est passio, delapsusque, vt infra aperiemus. & si qua calida entia mouentur deorsum, vt carbones accensi, hoc ideò est, quia calor non penitus exuperauit molem, neque redegit in tenuitatem, quoad ꝓprium locum, vbi continuò moueatur circulo, euehere queat, sed crassities subiectę materiæ non possibilis attolli, descensum concitat deorsũ, sicut optimè Tel. in 2 mai. cap. 7. & seq. & 1. mino. c. 43. & seq. explicat. videmus autem quantò tenuiora sunt entia, tantò citiùs sursum ascendere, & ibi per circulum deferri: quę densa, & crassa sunt, vel fiunt assumpta grauedine, deorsum ire; quapropter non est putandum, quòd motus sit contrarius motui, sed quieti, & impotentia non nihil ad motum: ita quòd cœlum contrariatur solùm terrę, sicut mobile immobili; nec ideò corrumpi dicendum est, non enim contrarium suum est præpotentius, & iuxta positum, quod requiritur, vt corrumpat, & Arist. in primis, ac Auer. tenentur, hoc affirmare: etenim in 2. cœl. t. 31. inquiunt. Nullũ elementum potest esse ita leue, & æquale, sicut corpora cœlestia, & quantò magis ei appropinquant, eò magis sunt leuiora, & sphæriciora. vnde Marsi. super 2. en. lib. 3. cap. 6. inquit, cùm à terra sursum quis ascendet, frigiditatem, siccitatemq. fugiet successiuè, & ad leuitatem tendet, & humorem, ac auspicium caloris blandi. Aliæ instantiæ non essent reijcien-

da, quia contra responsum à se inuentum pro Tel. procedunt, nõ aduersus id, quod nos diximus primò, verùm quia non alloquor solum hunc homuncionem, sed omnes Perip. & doctrinam Telesij aperire intendo, non tantùm dictis friuolis huius occurrere, subiungamus ad tertiam dicentes, quòd non potest cœlum altero à circulari ferri motu, tùm quia est proprius eius, quia igneum, tùm quia, vt dixit Plotin. nec sursum, nec deorsum labi potest. vnde sicut impossibile est, ei admisceri crassitiẽ, molem repugnantem motui, sed omnis eius moles est tenuissima facta, agilis acuta, mobilisq. velociter ab insidente calore; nec à suo contrario potest impediri. sà frigore illa suprema pars, quam consueuerunt cœlũ appellare, licet hęc infima, vt aer, & aqua retineantur à terræ frigore; sic impos. est alio moueri motu. at fallax est opinio perip. quia dicunt, omne possibile, ne potentia sit vana, debere in actum duci, & pręcipuè in actũ corruptionis; namque ignis, quem ponunt in concauo lunę, corrumpi potest, cum communicet in materia iuxta eorum doctrinam, & ẽt partes terræ centrales, & tamen nunquam reducentur in actũ; etenim multi dicunt in 3 phy. si elementum vnum corrumpatur, vniuersus rerum ordo labetur repentè. at nil repellendus est error ille, qui tenetur Peripateticis in primis Nipho, partes centrales semper sursum tendere, vt faciant se corrumpi, & partes ignis deorsum, vt corrumpantur, ne vana videatur potentia, quid enim falsius, quàm attribuere motum alicui contrarium suo motui in via Arist. & illum dicere naturalem, (nam potentiam in actum duci apud eos à natura prouisum est) & appetitum contrarium suæ conseruationi, tendentemq. ad sui exitium, obliuionemque proprię naturæ; vt Niphus facit de mente Arist. 1. cœl. scribens super dicta Auer. corruptibile igitur est, quod habet contrarium iuxta se positũ pia potentius, cuiusmodi non habent illæ superæ cœli portiones, & q̃ habet, quandoq. mutatur in ens vicinius contrario, vt aqua in glaciem, & crystallum, eos certè vicinius terræ, & tandem in terram, nisi Sol adueniens in se mutaret magis, & cognatius sibi constitueret. longè absurdum est id, quod putat, cœlum sustinere terram, immò huius contrarium pronunciauit Arist. 2. cœl. t. 21. & 17 cœlum enim mouetur appetitu suæ conseruationis, motu siquidem seruatur, & per consequens, vt Sol, continuò motu diuersas terræ partes occupans, diuersa constitueret entia, & si non moueretur, non generaret entia nostra, sed corrumpitur in parte cui immineret directè, & in altera opposita frigus; quia si semper eandem terrę portionem aspiceret, & ipsam in cœlum conuerte re dubium foret; semper enim nouas continuò partes tenuissimum in ens conficeret, & quocunque motu moueretur alio à motu, quo sapientissimus opifex iussit moueri, statim vniuersi pulcherrimus ordo, vel q̃ citò rueret. terra autem manet immobilis in centro, vt ęquè distet à cõtrario propter frigus, quod condensandi, compingendi, ac in sublime

conti-

continendi vim sui natura, ac facultates habet, non propter cœlũ ergò, vt hic vir dicere videtur. Ad aliam dicimus, quòd non potest aliter moueri cœlum propter causas allegatas: non enim motus potest intercipi à contrario, & hoc magis seruatur; & dato per imposs. quòd quandoq. aliter agitetur, nil tamen corrumpetur, cùm terra nequeat illud superare: ea quippè cœli portio, quę nonnihil à frigore oblædi valet, eius circulus compleri nequit, vt est aqua, ad quod crassities, vt causa accedit, nõ omninò deuicta: quæ verò non superauit omninò calor, aliis agitatur motibus, vt animalia, quibus multus ingenitus est spiritus calidissimus, inter crassitiem habitans non superatam: quare crassa moles à calore est vectanda; quandoque autem defatigatus spiritus calidus, vel resolutus veluti onus deponens, quiescit animal; calor verò semper agitatur, vt thoracis, & arteriarum pulsus ostendit, secus enim extingueretur: quia tamen crassitiem omnem superare nequiuit, nec labi spiritus, vehere nequit circulo, & hoc agnouit Auer. in de sub. orbis: vbi animæ circularem dat motum, qui impeditus à materia editur progressiuus, licet ipse de anima incorporea locutus fuisset, sed si meminerit eorum, quę dicit ipse, & Arist. in paruis naturalibus, calori animalis motum tribuisset, sicut nos calidissimo spiritui communi cunctis mobilibus, ad propositũ igitur diximus, quòd frigus, aut crassities cœlo non potest coire, quare Plotinus inquit, ignis crassus si ascẽdat sursum, vt exhalationes, vel flectitur deorsum quid immutatus, vel mitior fit, & tenuior à cœli calore. sed de contrarietatibus infra dicetur ipsorum motuum. Ad aliam dicendum, quòd cœlum, vt sępe exponimus, contrarium tantùm habet terram, & motus eius terræ immobilitatem, nec potest alio agitari motu illa pars superior, quia eousque non protenduntur vires contrarij, & de illa parte argumentum intendit. motus etiam non sunt contrarij, vt mox sustẽtabimus, illi præsertim, qui eduntur à natura in suo loco, & sic omnia calida mouentur circulo, sed secundum magis, & minùs iuxta impedimẽtum frigoris, vel crassitiei: motus autem recti sunt potius reditus in locum cognati; nec repugnat cœlo, habere contrarium quinimmò summè necesse est; data enim ignea substantia in rerum natura, cuiusmodi est cœlum, datur terra, etiam per Arist. 2. cœl. nec ideò est corruptibile; nam contrarium eius non valet illud corrumpere, cùm imbecilliorum sit virium. Verùm hic homo ignarus logicæ arguit contra nos ex illis dictis Arist. quæ nobis sunt contraposita, & illud, quod negamus, sibi assumit, vt concedamus. s. æquiuocè dici ignem de elementari, & cœlesti, & corpus etiam de hoc, & illo. quod nunquam probauit, vt vidistis; non. n. si mathematicè sumamus sunt ęquiuoca, cũ ambo tribus sint prędita dimensionibus; nec si naturaliter, cùm vterque sit ignis, easdem operationes edens, vterque vrit approximatus rebus crassis, & remotus generat, & viuificat remissus, vterque conglobatus lucet, aliter minus, attenuat

eleuat,

eleuat, & circumfertur, si benè consideretur ignis sublunaris, & superlunaris; ita quòd non imaginabile est, quo pacto non sint eiusdem naturæ. Responsionem autem illam benè intellectam acceptamus in via nostra, quia est Tele. & Plot. ac Ioan. Gram. quod ipse ignorat, & pro resolutione dicimus, tunc ignem quemlibet vrere, cùm materiæ immiscetur alienę, cupiens illam siquidem in se conuertere, vehementer calefacit calor intensus, ac vrit, attenuansque, proprium subiectum facit, videlicet tenuissimum; & quia in propria sphęra non habet materiam alienam. s. crassam, quam vrat, & suam faciat: sed, quam habet, materia sua est, facta ibi nimirum tenuissima: iccircò ibi vrere non dicitur. cũ hoc tamen stat, quod quando ascendũt exhalationes aliquantulum crassę, vel quid viscosæ, renitenteque, statim illas inflammari, vriq. à cœli calore, in sui subiectum omninò tenuissimum volente inuertere: & si quæ tenuissimę fieri nequeunt, spoliatas tenuioribus descendere, & inferiora multa vrere ignitas dum existentes. at de fulminum generatione aliâs loquemur; quapropter Plot. in 2. en. lib. 3. vrens flamma, inquir, non põt esse in cœlo, nec in cœlũ vsq. percurrere, sed vel extinguitur vento, vel si sit in materia ficciore, atq. tenaci, in fulgura reflecti deorsũ, vel si altiùs insup euolauerit, creari cometas, si aũ diutiùs ibi restiterit flãma, multiplicari p aerem, mitioremq. euadere, lumenq. à cœlo sortiri, & adde cœlũ fieri.

Arguebat Marta quintò principaliter, si cœlum esset igneum tũc cõponeretur ex elementis, & ipsa essent extra locũ proprium. tunc quæro 5
quomodo inclinantur ad motum, non ex natura, quia elementa nõ mouentur circulo naturaliter, nec ab anima, q̃a iste motus esset cũ fatigatione, & calore, q̃a mouetur hoc corpus ab aĩa contra suã inclinationẽ. Sed R.
hoc dictum ostendit hunc hominem deprauata imaginatione, ac erroneâ donatum à natura, non minùs, quàm ineruditissimum; dũ positiones Telesij, & Arist. nil capiens suo modo fingat. non enim igneum cęlum si sit, ex elementis componi sequitur, pręcipuè apud nos negantes tot elementa contraria, nec diuersis motibus moueri asserentes, cùm sit penitus ignis, & hic crassiusculus homo dicit, quòd si est igneum, ergò ex elementis componitur, nunquid audiuit Aristotelem, vel alios Perip. aut Telesium dicentes ignem ex elementis componi? hi quidem omnes ignem simplicissimum elementorum ponunt, nobilissimum, ac purissimum. & in 2. de gen. t. 50. dicunt, ignem veluti solum nutriri, ac comparari cęteris velut formam materiæ, & in 4. metap. ignem nusquã putrescere. c. 5. quomodo ergò hic rudis homo imaginatur, ex elementis componi debere cœlum si est igneum? Item infinities Telesius, & Plato in Timæo, Plot. & Marsi. ignem moueri circulariter enuntiarunt à propria natura, & nullo alio pacto; nisi à calore, non putandum est, materiam illam tenuissimam cum fatigatione moueri, cùm videamus entia quantò calidiora, & tenuiora, tantò ad motum promptiora: immò summa

ob

oblectatione mouetur ignis per circuitū, quia est eius operatio, qua ser uatur: quare ignis in angustum actus, ac motu priuatus repentè extinguatur oportet; & sic nulla dubitatio est, ne moueatur alio motu. infimę autem partes quoad possunt motum conficiunt in gyrum. apud Platonicos nonnullos cœlum ex summitatibus elementorum est compositum. Sed Plot. in 2. en. lib. 1. c. 6. illud negat in via Platonis, & dat rectam intelligentiam eius, quod affirmare videtur in Timęo diuinus Plato, vt amplius inferius adducemus nos: quare argumentum potiùs procederet contra Simpl. id affirmantem de mente Aristo. & Plat. in 1. cœl. c. 20. in digressu, ex habitis ēt cessat sextum argumentum Martæ, tā in via Tel. quàm Platonis, quod dicit non componi ex elementis, quia tunc mouerentur sursum, & deorsum ad modum suum, nos quippè negauimus cōpositionem illam, & Plot. similitudinarium ponit.

Diluitur 6 arg.

7 Præterea tunc corruptibilium essent principia ęterna, quia cœlū constat ex calore elementari, ergò ex materia prima, quia nō est maior ratio cur calor occupauit materiam ignis, & cœli, & per te sunt eiusdem speciei, ergò ipsum corruptibile; & cum intelligentia sit actus purus, & ęterna tunc informaret corruptibile, sed cœlum non constat ex materia prima, vt probant Auerroistæ.

R. Dicimus, quòd ignorat quem incusat arguens; etenim non possibile corrumpi cœlum tenemus: ita, quòd aliquando corrumpetur, quamuis ei materiam assignemus, quia non potest in illud contrarium, vt exposuimus. Item nec volumus intelligentiam, orbi applicatam, vel eius formā factam mouere, vt falsò putant Perip. sed à propria natura caloris peragi talem motum dicimus, vt Tele. in 4. li. c. 19. & 24. demonstrat & sic eiusdem naturæ ponimus vtrunque ignem; nec iccircò corruptibile est cœlum, à quo causæ corruptionis sunt remotæ. Item dato, ꝙ intelligentia sit motrix, vel forma cœli, nil absurdum sequitur cùm nil lędi posse dicamus. Plato autem eam posuit in cœlo, sicut, in naui nautam iuxta expositionem multorum, ac eius gratia cœlum incorruptibile dixit, vnde nullum etiam sequitur repugnans, immò magis intelligentiæ natura exaltatur, dum incorruptelam cœlo influere præconizatur, & hoc Plato in Timæo optimè videtur velle, & Ioan. Gram. vt recitat Simpl. in 1. de cœl. de mente Plat. enuntiat, licet Simpl. motus ex dictis Plat. nō tàm ab anima, quàm à natura id cœlo attribuat. Plotinus verò in 2. en. lib. 1. c. 4. siquis, ait, animam diu permanentem non iudicauerit omni vinculo fortiorē, is profectò causam omnia continentem ignorare videbitur. Sed de huiusmodi opinione vide Marsi. ibi, cap. 5. ad Telesij opinionē declinantē, & iuxta dicta nostra de mouente calore Platonicos exponentem. Sed hic homo ignarus, & proteruus audiat Theologos, & philosophos christianos cum Telesio ponentes incorruptibilem animam nobilem, quasi intelligentiam corpus humanum, quod oportet corrūpi, informare; qua-

propter

propter multò magis dicent Platonici cœlum,quod nunquam corrumpetur,tùm quia à contrario est semotum, tùm ab anima præseruatum, non esse corruptibile,ac posse ab intelligentia informari. sed ipse nihil considerat,& tamen philosophum se appellat, tãquam si ad philosophũ non pertineret consideratio.sed quis acceptat illum? si sunt Peripatetici,cur non considerauit Auer.& Aristo.dicentes in 3.de an.intellectum immixtum,& incorruptibilem esse formam nostri corporis incorruptibilis,vel animam immortalem à Deo infundi,non meminit,nil inspiciẽs dicta D.Tho.& interpretum Christianorum,vel quę dicit in sua Apologia de immortalitate animæ,cur est oblitus? nonne ibi ponit informari corpus corruptibile ab incorruptibili anima? sed vt pręsentes positiones nostras deturpet ore sinistro,nil se,ac suos dilacerare non cessat. dicit deinde in argumento,ꝙ cœlum non cõstat ex materia, & probat authoritate Auer.sed hoc cęteri nolunt,ipse dicit,nobis soluendas esse rationes Auerroistarum. Verùm rationes eorũ procedunt ex dictis Arist. cui non adhæremus;iccircò nullæ sunt, sed potissima vnica est, vel nulla alia, vt ex dictis eorum percepi.s.est, ꝙ tunc posset corrumpi cœlum, & necessariò corrumperetur,ne sit ociosa potentia materiæ: nos autem illud negamus consequens, & potentiam materiæ ad corruptionem ociosam ponentes,quę forsan nihil est; nullo premimur malo. sed ea tantũ volumus corrumpi posse,quibus contrarium pręualens occasione quauis superuenit,vel potest superuenire, vt diximus. At illi talibus excipiuntur malis, quibus nunquam exoluentur; etenim terræ partes centrales, & ignis in concauo lunæ existens,nullo vnquam pacto poterit corrumpi, & tamen habent materiam,& quomodo potentia eius est ociosa.Sed Niphus,qui fallacias effugere profitetur,nunc pertinax in illis dicebat in 1. cœl.c.t 19.tam ignem,quam portiones terræ infimas moueri ad terrę superficiem,& ad aquas.quò corrumpãtur,vt satietur appetitus materiæ, quod etiam Arist.testimonio in de long.& breu.uitæ.c.1.probat. cuius rei falsitas est tam apparens,vt rejicientem non expetat: mirum quidem quomodo ignis appetitum materię, qui sibi erit exitio, non extinguit, & sui oblitus propriam appetat corruptionem, vel procuret,dum contra sui naturam deorsum vadit,& centrales portiones telluris sursum, & quomodo respectu appetitus materiæ sint naturales hi motus, & quomodo ignis calor,& terrę frigus se exponunt corruptioni, vel coguntur à materiæ potentia, quæ nullis agendi viribus ęst donata,ipsæ naturæ agentes:quare melius dicunt Iuniores Perip.licèt non ad mentem Arist. & Auer.nunquam illa corrumpi;nam potentia ad corruptionem,& priuationem est imperfecta,vel ipsa imperfectio,ac ad imperfectionẽ directa,& ideò non debet reduci ad actum,sed manere ociosa.

Pręterea si cęlum esset igneum ergo humidum,nam humidum,& tenue idem ait,est apud Tel.in 2.lib. & tũc qua ratione ignis est humidus, 8

quia termino alieno terminatur, ergo eadem, & cœlum, terminoq. alieno terminari debet, nec deueniendum est ad naturam, quæ non est naturalis, & repugnat naturæ cœli, qua tunc possem dicere cœlum frigidũ, quia esset naturę casei recentis, ex eodem enim esset factum. P. tu concedis, ideo cœlum moueri, quia est mobile, ergo pariter debet terminari, quia terminabile. P. posito possibili non sequitur impossibile, ergo si possibile est terminari, terminabitur, & sic de corruptione corrumpetur. Diximus iam ignem quemlibet humidũ esse, ac humectare, atq. ad eius calorem sequi humiditatem de mente Telesij.in 2.min.c.10.& 3.maio.c.14.& 27.idq. non tantùm sensu probat Tel sed etiam Aristo. testimonio; qui tenuitatem, mollitiemq. dat humiditati, & tamen hęc à calore inducuntur. Item quę calidæ maximè sunt, & à calore deuicta tangenti maximè cedunt, ac proprio termino vix terminabilia sunt, cuiusmodi humidũ ab Arist. diffinitur, ac Auer. in 4.metaph. è calore deriuat mollitiem ferro, & in de long. & breu. vitę humidum, inquit caloris est conueniens subiectũ, & frigoris siccitas: sensus autem in his attestatur; quocirca si veritatem, quam etiam ab eorũ decretis excipimus, sequi velint, caliditati humorem dabunt: verùm hi viri humidum tantùm illud apprehendunt, quod veluti aquosum est, ac irrorationis modo qd tenue factum: intendant autem magis humidum oportet, quod magis tenue est, ac ab altero terminabile, fluidumq. omnia replens, non quòd tantillum est tenue: ipse enim Arist. aerem elementorum humidissimum vult esse, à diffinitione humidi à nobis modò posita procedens, quę potius competit igni, vt in disputatione de elementis comprobabimus, & paulo ante memorauimus; aliud autem humidum, quod quidã diiudicant, pręcipuè medici non primò, & maximè aeri, sed aquæ competere, sensu discernitur, Aristo. autem præcipuam dat aeri: vnde Ficinus super 2.en. cap.6. cùm cœlum sit viuens, atque viuificum, putandum est calefacere, & humectare, hæc enim conducunt ad vitã, frigefacere, & exsiccare sunt priuatio vitę: calor, ait, postea, amplissimus spatio nullam patiens vim, familiarem habet humorem, illi calori cœlesti humido, humoriq. temperatè calido similis est spiritus animalis, calor, humorq. vitalis manifestꝰ in animalibus, & occultus in plantis passim à cœlo omnibus insitus: humor in cœlo differt ab aereo, quantũ aer ab aqueo. Quare omnibus modis fatemur cœlum humidum, ac terminatum quidem in suprema parte, etenim omnia continet, & omnia replet, & vsq. ad fines vniuersi extẽditur; extra quem, quia nihil amplius existit, terminatur, quod Plato sentit, & Arist. 1. de cœl. t.9 ꝗ nec locus, nec tempus, nec vacuum inquiens est extra cœlum; itaq. terminatum est cœlum; sed quid sit eius terminꝰ, & quo pacto cœlum summus opifex circumdederit, miro sapientiæ suæ ordine nemo scit, nec imagine quidem capi potest, quomodo extra cęlũ sit nihil: vnde Carolus Bouillus in suo tractatu de nihilo, inquit, nihil

est.i.nullum ens est, non ens, seu nullum ens, esse ens nullum: nihil neq. in mente est, neq. in rerum natura, neque in intelligibili, neque in sensibili mundo, neque in Deo, neque extra Deum: quodlibet ens est, quodlibet aliquid est; ente omnia sunt plena, nihil vacuum, ociosum nihil, nihil inane, exulat ab vniuerso nihil; quapropter pessimè dixerunt Stoici, extra cœlum ponentes vacuum, in quo mundus dissoluetur, & Possidonius, qui illud non infinitum, sed tantum ponit, in quod possit dissolui modus, & capi; alijq., vt cœlum igneum eueniet, & respiret: vnde melius Democritus, & Leucippus tunicam, & membranam quandam mundo circumponunt, sed hoc quis scit? O quàm benè Plin. in 2.lib.cap.1.aiebat, mundi extera indagare, nec interest hominum, nec capit humanæ coniectura mentis, est enim immensus totus in toto, etiam ipse totum, finitus, & infinito similis, omnium rerum certus, & similis incerto, extra, intra, & cuncta complexus in se, idemq. rerum naturæ opus, & rerũ ipsa natura: furor est mensuram animo quosdam agitasse.i.astrologos quosdam furor est profectò egredi ex eo, & tanquam interna eius cuncta planè iam sint nota, ita scrutari extera, & quasi mensuram vllius rei possit agere, qui sui nesciat, aut mens hominis videre, quę mundus ipse non capiat. Quapropter igitur tantùm dicimus cœlum terminatum esse, & simile interminato, ac ignem eousque ascendere, quousque locum reperit, vt potius liceat imaginari, quamuis imaginatio non apprehẽdat, alieno finiri termino, itaque dicimus illud terminatum; nec sequitur, vt diximus, à simili potest corrumpi, ergo corrumpetur, sicut terminatur. Verùm nota duplicem terminum, alterum durationis, alterũ verò punctualem quantitatis corporeę; cùm dicimus humidum non terminari proprio termino, intelligimus nos, etiamq. Arist. de termino quantitatis punctualis, vt etiam idiotæ sciunt: hic autem homo idiotis rudior intelligit de termino durationis, vt video, nam secus eius argumentum simile esset vento dum procedat à simili in termino quantitatis, quę actu habet ad corruptionem, quæ terminus est durationis; longè ẽt à potentia remotum: quidquid itaque intelligit, vel Arist. non intelligit, vt solet, vel nihil dicit, vt magis consueuit. Sed clamabat, si cœlum esset naturæ igneæ, tunc haberet contrarium, ergo corrumperetur, sicut ignis. Allegant, ait, isti maximam distantiam esse causam, quare non corrumpatur, quia frigus eousque peruenire non potest. Contra, omne agens, in agendo repatitur, sed cœlum agit in hæc inferiora per caliditatem, ergo repatietur, vel caliditate, vel humiditate, non primùm, quia passio est ꝑ resistentiam contrarij, ergo vel à frigiditate, vel siccitate. 9

Præterea sunt tibi soluendæ, ait, rationes philosophorum aliquorũ, & astrologorum, ponentium planetas aliquos frigidos, vt Lunam, & Saturnum; sed ibi aliqui sunt per te, etiam calidissimi, vt Sol præcipuè; se igitur oppugnabunt, & occident. P. contrarię sunt causæ contrariorum,

ſed caloris eſt proprium aſcendere,& deſcendit,ergo cùm frigoris ſit proprium deſcendere deſcendet.

R. Ad hoc,quod infert contra reſponſum noſtrum occurrimus dicẽtes, ꝙ pars illa,quę terram attingit,repatitur à terræ frigore,calorq. illius remittitur,& tandem omnino corrumperetur, niſi Solis calor accederet: ſed de hoc diximus in diſp. 1.opinio aſtrologorum attribuentium vitã, mores,penurias,mutationes religionum,& quęcunq. alia ipſis aſtris,& præcipuè contrarias qualitates ſatis reiecta eſt à Ioan. Pico Mirandulano in 12.libris,quos aduerſus Aſtrologos conſcripſit,& à philoſophis illuſtribus,nunquam accepta fuit,vel in totum:quare Plin. inter philoſophos pręſtantiſsimus,omnium rerum explorator certiſſimus, quamuis indocti contra illum latrent,in 2 lib. c.8. ſydera,inquit,quæ affixa diximus mundo,non illa(vt exiſtimat vulgus) ſingulis attributa nobis clara diuitibus,minora pauperibus,obſcura defectis, & pro ſorte cuiuſq. lucentia ad munera mortalibus:quia nec cum ſuo quæq; homine orta moriuntur,nec aliquem extingui decidua ſignificant nõ tanta cœlo nobiſcum ſocietas eſt.ex quo,vt credo,vult reprehendere Hermetẽ Aegyptiũ, qui vnicuiq. enti, & effectui inferiorum proprium aſſignauit aſtrum in cœlo,ad ſui creationem,& augmentum conferens; cuius opinionis fuit Enoch,& Mercurius,ac plures Indi:diuinus etiam Plotinus,qui (vt tradit Porphyrius in lib. de vita Plotini) cùm diligentem aſtrologię operã dediſſet,deprehendit,aſtrologorum iudicijs non eſſe credendum,eaque ſermone,& ſcriptis confutauit,quod fecit in libro de Fato, & in de Prouidentia,& in 3. en. per totum:vbi cœlum, nec ſi ponatur animatũ,nec ſi inanimatum poſſe agere malè,vel bene, & aſtrologicorum effectus ex ſituum mutatione rationibus oculatis demonſtrauit:magis autẽ reprobatæ ſunt à Marſilio Ficino, ibidem in commentis hę opiniones, vt nõ amplius correptorem expectent.Qua de cauſa prętereuntes tot falſa dicta,ſolo lumine calefaciendo,ſolùm agunt aſtra,& cęlum ipſum in hæc inferiora,nullum alium effectum,vel frigefaciendi, vel exſiccandi per ſe, & primò agere: quidquid enim eſt in cœlo calor eſt,calidumq. ens;Stellę autem nonnullæ videntur infrigidare,non quia ſunt frigidæ,ſed(vt inquit Mars.) Stellam,quæ minus eſt calida,quàm reliqua,frigidã appellamus; forſan, & quia dum illa meatus noſtros aperit radijs tepentibus, facilius ingreditur terrena frigiditas. Sicca Stella, quę humefacit minus, dicitur,& quoniam humectando purũ ſępè pabulum ſuggerit igni,inde materia feruentius exſiccatur;dicimus etiam,ꝙ Stellæ,quæ multũ calefaciunt,ipſeq. in primis Sol,dum partes tenuiores, & humidiores, quas ſic concinnant,eleuant,remanent partes craſſæ, & ſiccę, quare videntur exſiccare,ſed hi viri non conſiderant materiam bene ſuperatam,quę bene calida eſt facta,& humida: calefaciunt itaq. Stellę non motu, vt vult Ariſ.quod Tel.reprobauit in 4.& nos in altera diſp.dicemus, ſed natura

luminis:

luminis: vnde Auic. ait, vbi est plus luminis, ibi plus est caloris, qđ sensus testatur. Abraam Auenazara Saturnum frigidum dic t, quia calorem affert, nostro remissiorē. Picus super illud Moysi: vt lucerent in cęlo, & terram illuminarent, decl rat ex dictis prętantisſimorum virorum solo lumine, & consequenter calore cœlum in hęc inferiora agere, motu aũt significare tempora: relinquo, q̃ adducit Ficin. super Plot. & horũ opinio est satis rationi consona; nam dicunt astrologi, Saturnum esse frigidũ, & siccum, & tñ primum conceptionis diē, ac primum mensem cõmittunt Saturno, qñ est principium vitę, qđ si verum esset, destrueret vitã fętus: q̃ in calido consistit, & humido apud sapientes oēs Item Theologi antiqui mentem datricem vitæ dicebant, esse in Saturni sydere. Item Astrologi tradunt in regionibus Indię vitas Saturno subiectas esse longisſimas, vt testatur Ficin. & Perip. in primis calorem à cœlo fieri, aliud nihil tenent dicere. Arist. n. 2. de cęl. t. 42. cœlum, & Stellas oēs calefacere vult, p̃ motum aerem flagellantes, & in 1. met. cœli motum ex attritu aeris calorem immittere dicit, & q̃a Sol est solidior, & vicinior alijs, vt melius atterat, ideo plus, vt ait, calefac t. Auer. aũt Simplic. Alb. reliqui ēt moderni dictis eius acquiescere impotentes, cùm falsa deprehendant p̃ lumen, & motũ calefacere astra enuntiant, vt aliás dicemus: & licet Simpl. concedat, cęlũ infrigidare, exsiccare, dare paupertates, artes, diuitias, & alia p̃ motũ, tñ Auer. fidelisſimus Arif. sacerdos, atq. alter Arif. Arabs solũ calefacere sustinet, & cum eo plures Perip. de mente Arif. & si q̃ Stellæ frigefacere dicantur, comparatiuè intelligit Auer. etenim, ait, Luna, q̃ frigida ponit̃, manifestè calida apparet cùm calefaciat: etenim varia commouet apud Arif. qđ est caloris opus, calefit. n. mare lumine illius, & rarefactum crescit, deinde recedente ea, condensatur, & frigefit, ac decrescit: hoc etiam probat Plin. 2. lib. c. 99. vbi ex augmento, & decremento luminis Lunæ, dicit, fieri ęstum maris, & fluuiorum, sed augmentum est à Sole, exhibente lumen, & calorem; etenim Sol, vt ibi dicitur, causat ęstum, & fluxum suo calore, & si Sol calefaciat lumine, & hoc imbibitur & Lunæ, Lunaq́. per illud agat, vt sensus testatur. Item Aristotel. quilibet motus cœli, & lumen calorem generat, cùm ergo omnia astra id habeant, omnia calefacient. Item cœlum totum dat vitam per motum, vt dicitur octauo physicorum, & per lumen; si ergo demandat frigus, & siccitatem, tunc etiam inferet mortem, quod non satis probatum est apud Aristot. semper à cœlo vitam suppeditantem. Item omnes Stellæ illuminantur à Sole, vt tradit Aristotel. secundo lib de causis proprietatum elementorum, & planetarum, cui concordat Ptolemæus in Almagestis, Auicen. & Mestullac in libro de sphæra mota per viam figurarum mathematicarũ ostendens. Metrodorus etiam Chius, Plin. in cap. 6. eiusdem inquit Sol cęteris syderibus lumen fęnerat. modò lumen Solis apud Aristo. est vehemens calidus, & sensus manifestat, vnde Plin. in c. 104. vim igneam dat

ſoli, item ſenſata ratione arguit Ioan. Gand. ſi ſtellæ frigefacerent maximum frigus inferrent igni, qui vicinior eſt cœlo, quàm terra. Niphus autem pertinax in fallacijs approbandis. 2. de cœl. q. 6. volebat pro aſtrologis ſuſtinere Ariſtotelem, & inquit, quòd motus, & lumen inquantū ſic ſunt cauſa caloris; vt verò Saturnium, & lunare eſt cauſa frigoris, & ſic de cęteris: ad Ioan. ait ignem non poſſe frigefieri, quia ibi ſunt cauſæ cõſeruationis illius: ſed hæ reſponſiones non quidem eſſent reijciendæ, nã earum fictio manifeſtat errorem, quem cõtinent, quòd enim Saturnus non frigefaciat ſit probatum per ante dicta, quod nec Luna videat Ariſ. dicentem in 4. de part. ani. c. 5. in plenilunijs tepidiores fiunt noctes, qđ in illis à Luna vniuerſa veluti à ſpeculo reflectitur lux calorem ingerens quidem, Luna eſt hic Ariſt. Item cùm totum cœlum ſit materiæ vniformis, & formæ eiuſdem differens penes rarum, & denſum non vid eo quo modo lux Solis in tot Stellis recepta, quæ eiuſdem ſunt naturæ, vni fiat frigida, alteri Stellæ calida, & ſic de motibus, nec poſſunt rationes aſſignare Perip. vnde Nipho dicendum erat cum Auer. quod frigus eſt comparatione aliarum Stellarum in Saturno, vel per accidens in his inferioribus; nam agnouit ipſe ibi ab eadem cauſa per ſe, & per accidens fieri contraria. Item Luna facit effectus blandi caloris, vt humectare, ſoluere, humorem trahere, ſed nõ auferre, vt dicit Pli. c. 104. quod eſt, quia calor eius non poteſt tenuitatem educere, implet conchylia, adaperit carnes, & rarificando adauget: quæ omnia inducuntur à calore moderato. Alber. autem 2. de cœl. tract. tertio. cap. 5. diuerſitates qualitatum à Stellis venire ratiocinatur ab intelligentijs mouentibus, & lucem Solis recipi in illis, iuxtaq; eorũ diuerſitates diuerſificari, vt exemplificat in paruo mũdo, qui eſt homo. Sed quæ dicit nulli innituntur rationi, etenim quomodo hic motor cauſet mortem per frigus ſuæ Stellę à ſe imbibitum, & hæc vitam per calorem non video, nec ad aures Ariſt. peruenit, qui vitæ cauſas per motum eſſe intelligentias decernit, item quomodo in cœlo ſtellato ſint plures Stellæ, quarum alterę ſint mortificatiuæ, alteræ viuificatiuę ab eadem intelligentiæ virtute informatę non video, & ſi intelligentiæ agunt, vt Deo aſſimilentur, & Deus dat eſſe, & viuere apud Ariſ. quomodo quædam dant mortem neſcientes Deum imitari, & quo pacto ſi motus eorum atterit aerem à quo calor emanat, & lumen & quanto intenſius, tantò calidius, quomodo ſit ab intelligentia in Ariſto. frigus, & eorum natura, & actio patitur perpetuò vim, dum quod ꝓpriũ eſt deſtruit, & improprium indit, & quomodo lux Solis reflexa hinc eſt calida, & à Stellis non, ſed frigida; nam Niphus ibidem, & 12. metaphy, c. 18. motu, & lumine non influentia talia fieri in via Ariſt. probat, & ꝑfectò ſi Sol eſt maximè generatiuus, & cęteris aſtris infuſus per lumen diuerſas cauſat proprietates, & omnia ſydera Solis luce reguntur, ſicut à corde totum animal per Alb, & Niphus in allegatis narrat, tunc Deus

esset in Sole: vt multi philosophi astrologi fatentur, quod cũ nolit Aristotel. & illum includat primo orbi non est dubium, quod Aristotel. in his libris, solum calorem assignauerit astris cum Auer. suo: aliud dictum est Niphi, quòd ignis conseruatur ne lędatur à frigore cœli. Sed passione sectandi positiones deprauatus non nouit, quòd ignis in concauo Lunę, quę est frigida, reperitur, & eius motus causat frigus quatenus lunaris, vt ipse ait, & lumen eius, ac multarum Stellarum, & motus, quę sunt frigidæ, nonne hec omnia oblędęrent ignem, & destruerent, pręcipuè cùm in tot cœlis sint intelligentiæ dantes frigus, & lumina, & motus? Vel datis his, calor ignis, qui est tantę molis supra cætera elementa, vt Arist. ait 1. metaph. & tantę vis, & fortitudinis supra cętera nonne frigus cęli, quod per tot regiones ignis, & aeris est transiturum, penitus destrueret, vt nil ad nos veniret? & maximè hæc omnia sequuntur, qa ignis communicat in materia cum elementis, & nobis, qui frigore cœli afficimur per aduersarios: ita quòd dato, quod frigus à Saturno procedẽs cęlos medios non infrigidaret (quod non facere, nec imaginatione capere possunt ẽt Perip.) non tamen euaderent de igne, qui non minus, quàm cętera recipit peregrinas impressiones, vt vel extinguat frigus Saturni, & aliarum Stellarum, vel extinguatur.

Remanet ergo fictrix turba præsumens confusa, ẽt in sua via confunditur Marta, qui impudenter loquitur, & nil horum agnouit, sed de dictis astrologorum iuxta propriam sententiam, & rationem, quã nemo hucusq. agnouit, dicere ne grauemur.

Quoniam quidem multum errasse arbitror antiquos, qui quatuor dederunt elementa, & hæc substantijs, & qualitatibus distinxerunt, cuiusmodi non esse nos in disputatione de elementis demonstrabimus; itaq. & errasse eos, oportet circa assignationem effectuum à cœlo deriuãtiũ, & dispositionum scientia, & qualitatum, complexionumq. inde prouenientium: vnde contrarios effectus videntes à cœlo fieri, alia elementa præter ignem igni penitus contraria cœlo dederunt antiqui physiologi, & moderni quamplures, secumq manere, quod nobiles eorum partes & flores putarunt, vt multi Platonici, & ante illos multi aliarum sectarum asseclæ, & ex Peripateticis, Simplicius, & qui illum sequuntur: alij verò Perip. non sat capientes, Arist. dicta dixerunt à motu, & lumine fieri frigus, & calorem, & effectus per se penitus contrarios, in primis Niphus in 12. metaph. ex opinione Auer. & Arist. intuens cœlum calorem solum immittere dixit, calorem illum omnibus dare vitam, & esse tã frigidis, quã calidis, nil frigida à frigiditate remouere, quia talis calor nulli horum inferiorum est contrarius, nec frigori, quę nunquam somniauit Arist. & contraria sensui longè apparent: quis enim cœli calorem, in primis Solis frigus terrę oblędere, non videt terram, & aquas eleuare, & frigora remouere non intuetur? sed profectò putarunt Peripate. omnes in

æternum eos adoraturos veluti numina impossibilia, vt errent, & veritatem propriam, ac sensum deserere, vt illis, sicut & Deo adhæreant: & sic crediderunt sibi astrologi tot influentias contrarias cœlo attribuentes, ad hoc vt facilè rationes euadant, & ad virtutes occultas fugiant, quibus errores suos tegerent, & hominum mentes allucinarent. Verùm nos à sensu, & Telesij inter omnes præteritos philosophos primi absq. dubio, principijs edocti, cœlum igneum esse asseuerantes, & ea, quæ sub Luna sunt, præter terram, cœlum esse dicentes, & calida secundum magis, & minus supponentes, alibi declarandum, de vnaquaq. re primi causas reddere præsumimus.

Infinitæ quasi in cœlo sunt Stellę infinita diuersitate calorum distinctę, iuxta quantitatem suam, & spissitudinem pluribus aspectibus coniungibiles, & in pluribus sitibus; vnde magis variari contingit earum calores, diuersificatosq. calores in hęc inferiora (cui adde distantiam diuersificantem) immittere, diuersissimosq. effectus facere: quibus omnibus ęquiualet Solis calor multis distinguibilis viribus, diuersisq. agens lationibus, vnde diuersissima fiunt entia, & his diuersitatibus adiungendæ sunt diuersę materiæ partes, diuersimodè dispositę, ac diuersimodè immutari aptę, diuersę itidem resistentię, tum à frigore terrę semper se adiuuante, operaq. calorum deuastante, tum etiam à materiarum crassitiebus prodeuntes. Itaque à calore pręcipuè Solis omnia constituta apparent tot diuersa entia tot diuersificata figuris, proprietatibus, & actionibus, non modò hęc quę elementa appellata sunt antiquis, vno excepto terra, sed omnia, quę elementata, & secunda corpora dici consueuerunt: horum autem nonnulla nos appellamus calida, & hæc sunt apud vulgares tantùm, quę sunt in tactu calida, vt ignis, aqua ebulliens, & q̃ effectum calidum faciunt corpori nostro medici appellant calida: vt piper, allium, & vinum: quædam frigida dicit vulgus, quę tactui frigida apparent vt aqua, & nix, medici autem, quæ etiam applicata in medicinis, quid frigefaciunt, vt mandragora, camphora, cicuta: hęc enim cùm sint minus calida, quàm corpus nostrum, & calor eorum sit frigore obtecto frigida apparent: verùm cùm herbę omnes nutriantur, & sola calida nutriantur apud Aristo. & ipsi fatentur, nulli dubium erit eas esse calidas: siccum appellant iterum, quod corpori nostro siccitatem infert, vel cũ frigore, vt acetum, vel cum calore adurente, vt alumen: humida sunt ea apud hominum opiniones, quæ corpus nostrum humectare apparent, & veluti madefactionem, & irrorationem imprimere: vt canna sacchari, pisces recentes, flores papaueris: nil enim aliud à madefactione cognoscunt homines pro humiditate, & hęc etiam entia inter se cõmixtas qualitates habere iudicant medici, nil curãtes scire, si possunt esse simul, sed videntes, q̃ diuersas inferunt corpori nostro actiones, diuersas dãt qualitates, vt videndum est apud Auctorem illum, in lib. de quinta essentia,

verùm

Verùm Perip. in tantum processerunt, vt cognoscerent aerẽ esse calidum quem sensus, vt plurimum frigidum iudicat, ac etiam humidum, cũ nõ influat hanc humiditatem, quę vulgo est nota; sed dixerunt, quia fluit, nec propria figura terminatur esse humidum. rectè sanè, sed videntes ignem magis fluxibilem, & se terminabilem minus, debebant dicere humidum magis, & non quia per accidens corpus nostrum exiccat, siccũ appellare. corpus autem nostrum cùm sit in media veluti mensura calidum, & spiritus noster calidissimus, licet sit tamen est obtectus corporea mole; vt in extrinsecis modificata sit eius caliditas, ideo calida, quę sunt in remissiori gradu, & affecta ab extrinseco frigore terræ frigida diiudicat, & collata pro medicamento quid infrigidant, & sic de his, quæ sunt sibi sicca: & has etiam qualitates collata ad corpora animalium, entia sortiri apparent medicis, vel paulo diuersiores, quia eodem spiritu calido ipsa sentiunt, vel paulo diuersiore: verũ quę frigida sunt nobis, animalibus remissè calidis calida apparẽt, sicut dicit Aristot. quod aqua fluuij calidior apparet Cocodrilis tempore nocturno, quã aer: & aqua nonne est calida potius, quam frigida plantis, quæ spiritum crassum obtinent; iccirco enim plãtas aqua nutrit, quia vicina, & simili calore sunt ambę constitutæ, & plantas calidas esse quis dubitat cùm nutriantur? & animæ earum non mortificari ab aqua, vel terrę superficie, quod si essent frigidę, facerent, sed viuificari potius apparent: nam quomodo à tanta mole terræ, & aquæ circundatæ plantę, pręsertim in hyeme, quando magis deberent esse contraria terra, & aqua, non citò corrumpantur si sint frigida in vltimo gradu, vt ipsi aiunt, nõ video. iniecta etenim igni, ne tam magno portiuncula paululum frigida statim dissipatur, & vritur. Nos igitur omnia entia calida ponimus in propria natura; cùm omnia sint effecta à Sole deuicta oppugnataq. terra, & quandiu non redierint omnino ad terrę naturam, vnde detracta sunt, calida sunt à calore facta: vnde has etiam terræ portiones supremas cùm continuò à Sole oppugnentur, à natura terrę etiam explosas consideramus. Sed miror Platonicos, & pręcipuè Plotinum, ac Ficinum, qui intuentes, & prędicantes calorem velut vitam, & formam cunctis rebus inclusum, nil tamen dubitarunt, & ipsi pręstigijs capti quatuor elementa ponere inter se distincta: ipsi siquidem in 2. en. lib. 1. cap. 5 mundi animam, quã Plato assignat per totum extensam calorem esse cœlestem manifestè pronũtiant ab anima spiratum, aiunt siquidem mundi anima non iungitur cęlo, sed spirat cœlum vbique, & parit, cùm sit maximè viuens spirat vitalem flatum, atque sensualẽ, non qui necessariò sentiatur ab alijs, sed quo ipsa viuificet, & sentiat alia: flatus hic penetrans vniuersum omnibus est infusus, imitans animam penetrantem. Vnde Virgilius Platonicus Poeta, ait in 6. Aen.

Principio cœlum, ac terras, camposq. liquentes,

 Lucen-

Lucentemq. globum Lunæ, Titaniaq. astra,
Spiritus intus alit.

Imitatur animam continentem talis spiratus calor dum velut oleo omnibus supernatat: hinc Moyses Hebręus, Theologus ait: spiritus domini ferebatur super aquas, vel incumbebat aquis fouens materias frigidas, quę ipso vitaliter, quãuis occulto calent, atq. hinc calefaciendi vim sortiuntur occultam: hoc flatu animæ primæ verbo factum est cœlum, immo eiusmodi spiritus est ipsum cœlum, spiritus .i. ignis tantò saltem nostro igne subtilior, & efficacior, quãtò noster acutior aere: visus hic quasi naturæ est, tactusq. nullam cum nostro visu, & tactu habens proportionem, est & animæ verbum extra prolatum ipsum cœlum, ideo omnia viuificans, & nutriens. Conclude ab anima mundi semper animalẽ, quendam spiritum, quasi interioris vitę propaginem pullulare, igneq. hunc esse, & quasi animale lumen in dimensiones iam porrectum, spiritum actu lucidum, calidum generationis omnium vbiq. fomitem, cœlum inquam non circunfusum tantum, sed etiam in cunctis infusum cœlumq. cœlorum, flatum diuinioris animæ sub quadam forma animę proxima .i. cęlesti, ignea, trãslucida calida protinus euolantẽ mox in aerẽ aliquantò dissimiliorem animæ tumescentem, subinde in aquã terrãq. compactum sic sub terra quędam, quasi cœlestia generantur; sic solo calore viuunt omnia, & occulto quodam calore viuunt, quę manifestus calor destituisse videtur: ex quibus verbis mirabilibus iam patet omnia ignea esse ac calida entia, vnoq. calore viuere: vnde Arist. Platonem secutus dixit in omnium semine inesse calorem similem elemento stellarum, & respondentem protractum à rationali anima, vt ait Io. Gram. Proculus, Plutarchus, & Phleton: quare Niphus in 12. metap. tex. 18. ait, Debes scire, quod apud Arist. & Auer. quod esse omnium, & opera omnium sunt velut vita: nam viuere viuentibus est esse, & operari, & sic lapidis esse, & eius operari vita est lapidis, vt ita loquar, similiter esse, & operatio plantæ est vita plantæ: adhuc in animalibus, & hominibus est similiter, esse enim animalium, & hominum est velut vita eorum: vita autem omnis à calido est, vt Aristo. dicit, videtur ergo, concludit Niphus, quod vniuersi totius perfectio, & omnia viuentium opera à calore debeát esse, & Mars. ẽt ait, cũctas ab vna causa inter se cõnecti mira discordium rerum cõcordia probat: vna vita viuere, spirituq. afflari discimus ex agendi, patiendiq. communione: quam mirabiliter ergo hi homines agnouerunt caloris naturam, & ignis, quam Theophrastus admiratur, & hunc spiritum verum genitorem dicunt Aegyptij: vnde proculdubio anima mundi calor esse videtur apud Mars. à quo nec abest Plot. sicut & Tel. omnia calida ponit, caloremq. exquisitissima virtute sentiendi, & cognoscendi, appetituq. conseruandi donat: tot naturæ igitur sunt fugiendæ, & vna in primis danda contrarietas frigoris, quę est sola terræ purẽ

insidens

insidens,cæteris ab extrinseco,& caloris omnia informantis præter terram,& licet Virg.ponat etiam terrę intelligendum est de supremis portionibus,vbi fiunt plantæ,vt nos diximus,& Mar.testatus est. Cœlo itaque sola,vt ad nos redeamus,calefaciendi vis est data, & illę quæ sequuntur ad calorem: siccitatem includuntur omnibus per se à frigore omnia confringente,sicut & corpori nostro:multa enim sunt entia externo frigore veluti occupata,& nostro corpori iniecta veluti,& animalium exiccant frigefaciendo: inducuntur etiam à calore siccitates per accidens, quatenus labi facit tenuitatem,& mollitiem,detegitq. crassitiem,& siccitatem:humiditas verò fit nobis à calore blando,qui emolliens aliquid tenuefacit,& paululum modò labi sinit, omnia adęquans,qua de causa emollire apparet, & humectare in via communi; verùm vera humiditas est in materia penitus tenui,ut aeris,vel ignis,non in mollibus tantũ vulgò inspectis:infert etiam frigus quædam vis caloris, dũ poros à se apertos frigus ingreditur, vel dum tenuitates cum calore interno trahit ipse abundans,remanet parum caloris facilius à frigore occupabilis:vnde nil mirum si tot contrarijs qualitatibus sua simplicia, & medicamenta medici donant.Item quia corpus nostrum, & cętera entia nostra sunt composita crassitie, & tenuitate longè diuersificatis diuersis in partibus, nõ tantùm ex crassitiei, & mollitiei pluribus donatorum gradibus, sed etiã calorum viribus,& spiritibus,quod plantis euenit etiam,& animalibus, ideo etiam vna,& eadem res diuersas qualitates inducit in nos,& vnum idemq. medicamentum quosdam humores infrigidat,quosdam calefacit,aperit,& stringit,ex tot diuersitatibus enumeratis. Nos hęc omnia considerantes,& à cœlo euenire videntes calido,calorẽ tantùm assignamus cœlo; stante quod has diuersissimè variatas quas qualitates vocãt, indere potest calor in hęc inferiora propter à principio huius sermonis, & nunc assignatas causas. His scitis dicimus,quòd ad cuiuslibet rei constitutionem cõcurrit propria vis caloris in partibus dissimilaribus (si talis est illa res) etiam diuersificata, & in his specie conuenientibus ab eodem simili constituuntur calore indiuidua:cuius actiuitatem spiritus calidus ingenitus cognitionis capax transgrediens,ac cognitione,qua afficiebatur relinquens dissimile causat in specie,sicut in 2.disp. tetigim⁹: itemq. inter indiuidua eiusdem speciei longa potest esse diuersitas calorum,non transgrediendo limites. Quare dicimus, quòd cùm tot sint sydera in cœlo diuersa, diuersissimisq. prędita caloribus, & viribus, contingit,vt vnaquęq. res in natura habeat consimilem calorem constitutiuum,qui etiam est nutritiuus successiuè genitus,ac alter alteri aduenienti in affectionibus communicatus,consimilem,inquã,calori vnius Stellę,quę est in cœlo; non dico in proprio loco existentis, nulla enim res est in his inferioribus,quę sit tantùm calida,quantùm vna stella:sed stella tantùm remota cùm sit,dirigens calorem suũ in hęc inferiora, remis-

ſum demandat,ob diſtantiam, & moderatum admodum, quo res vna poteſt eſſe hîc conſtituta: & quia ſimile à ſimili adiuuatur in conſtitutione,generatione, actione,& augmento; ideo vnaqueq. res in vniuerſo habere poteſt proprium aſtrum in cœlo correſpondens calori ſuo cõſtitutiuo,conducens ad procreationem,& augmentum: ſicut dixit Hermes,Enoch, & Mercurius; quod hi viri enuntiarunt videntes hos effectus,& neſcientes indagare cauſas, attribuerunt influxibus occultis, & animabus ſtellarum.Quocirca Plato etiam conſultò dixit,vitam corpoream nobis à Stellis infundi,& cum eo Timęus conterraneus noſter, & Ariſt.in ſecretis ad Alexandrum Magnum miſſis in ſua ſenecta omnibus rebus largiri vitam,& eſſe à cœlo,omneſq. diſpoſitiones pronuntiat: in 2.autem de gener.vitas omnium,& periodos ſignis cœli attribuit. Hippa.vt narrat Plinius 2.lib.cap.27. animas noſtras partes cœli eſſe dixit. Ptolem.vnde,& Magot,Germa,Hermes Gimer, & Thebita quorum caput fuit Zoroaſter,totùm genus naturę, & artis ad corpora cœleſtia reducunt:quęcunq. fiunt,inquiunt,& generantur,virtutibus cœleſtibus primò,& per ſe mouentur: quare incitari ad quid faciendum ab aſtris nos iudicant,& cum his Alchimiſtę reſpicientes ſydera,quę diuerſis metallis diuerſa dominantur ob ſimilitudines calorum, ab eis prouenientium in generationibus cuiuſq. metalli,opus ſuum conficiunt, credentes influxum, vt teſtatur ille in libro de ſecretis naturę, & Ariſtoteles in ſecretis ſuis docet,quo pacto vegetabilia, & lapides reguntur à cœlorum aſtris,confirmatq. auctoritate Hermogenis: itaq. ſub qua conſtellatione conſtitur res,ea regnante augmentatur,vel ſub quo caloris gradu magis à Sole,quàm ab aſtris aduenientis, eſt genita, eo exiſtente per zenit,vel illi ſimili perpendiculariter aſpiciente roboratur, & generatio in eadem ſpecie ſi tunc fiat,adiuuatur: & quia diuerſis viribus caloris in diuerſis partibus,vt manifeſtauimus,eſt pręditum animal,idcirco diuerſum ſignum aſſignant Aſtrologi,& Medici aliud capiti, aliud pectori, aliud genibus. Verùm notabis,quòd conſtellatio,ſeu calor in aliqua aeris regione ad terram ſi protenditur perſimilis calori conſtitutiuo hominũ,bona erit generatio pro hominibus, & ſic de alijs;vt diximus in pręcedenti diſp.nec vnum ſydus tantùm,ſed diuerſa concurrunt ad vnũ effectum, vt plurimum, & ſi vnum non eſt bonum illi, poteſt ab alijs bonificari,quocirca diuinus Albertus(vt traditur) omnium ſimplicũ herbarum,& lapidum virtutes perſcrutatus obſeruans mirabiliter cœleſtes conſtellationes,confecit caput humanum:ipſe ſiquidem applicauit plura ſimplicia ad illud componendum, quæ optimè correſpondebant ſimul iuncta temperamentis animalis,& virtutibus,tum paſſiuorum,tum etiam actiuorum ſyderum,ingenerauit ſpiritum ſenſitiuũ in nobili gradu conſtitutum,ex nobilibus herbis,& caloribus ortum:quem doctum fuiſſe faciliter ab eo,vt loquatur nõnulla, quæ ipſe operante natura docendum

cendũ curauit, & quid mirum si absq. anima intellectiua, ad quã creandam Deus non cogebatur, eloqui potuit, nõne psittaci, & multa animalia, quæ persimile hominis temperamentum obtinent, loquuntur, & hominis opera edunt? idem dicitur de Boetio fecisse columbam, quæ cum cæteris euolabat: de quibus omnibus (si vera sunt) non alia ratio reddẽda est, nec potest à nostra: hos viros multum insudasse in talibus operibus, diligentissimosq. fuisse putandum est, supra cæteros homines eleuatos, quod dicitur de statuis ab antiquis philosophis effectis constitutas fuisse, vt loquantur, non credo absque dæmone incluso euenisse multis rationibus persuasus. Alchimistæ etiam hoc pacto applicantes conficiunt aurum, & argentum: verùm quia materia, quam subijciunt, non bene semper est concinnata, nec calores cœli, eis ignoti, bene obseruantur; tum quia descendentes ab aere contrarijs affecto, retunduntur, vt plurimum errant: quare Arist. in suis secr. inquit, scire producere aurũ, & argentum verum est impossibile; quoniam non est possibile comparari Deo altissimo in operibus suis; dehinc concludit, quòd ex obseruationibus actiuorum, & passiuorum non erit impossibile aurum, & argentum imitatiuè componere Nec aliud existimandum est esse quintam essentiam, quàm nobilissimas partes calorum insidentes in entium materiebus nobilioribus: ipse quidem dicit ex summitatibus elementorũ constare, quæ nobis ponuntur calida calore viuifico, & moderato; etenim, ait ipse, quòd vinum dum fit acetum, perdit quintam essentiam, ꝙ ideo est, vt puto, quia calor nobilis deperditur, licet remaneat exilis obtusus, & occultatus: quare dicebat Marsi. cœlum esse infusum singulis entibus, & occulto cœlo, seu calore viuere omnia, quæ calor manifestus destituisse videtur: quapropter Ioan. Damasc. in lib. de simplicib. medicinis à cœlo causas assignauit quintæ essentiæ, & etiam Hip. in lib. de prognosticis, inquit est quoddam cœleste, quod ipsum medicum præuidere oportet, ꝙ si faciat admirabilius erit, nimiumq. stupendum, &c. quod exponitur in lib. de quinta essentia.

De omnibus constellationibus, seu caloribus contrarijs temperamẽtis eorum, quæ generantur, dicimus inferre destructionem potius, & diminutionem, tam à viribus stellarum infœlicium tali generatione, quã à Solis diuersitatibus, inde aduenientibus, & hic receptis.

Verùm illud penitus abijcio, quod Astrologi faciunt assignantes cuilibet diei, & mensi astrum, quod prædominatur fœtui in vtero: quomodo enim duæ fœminæ in eadem domo concipientes, altera vno mense ante alteram, & vni dominetur Saturnus in eodem tẽpore, & alteri Iuppiter, non video; præsertim cum hęc signa non sint directè super locum generationis: quapropter potius dicam, quòd in constitutione, & nutritione pueri in vtero variatur calor eius diuersimodè, vt videatur correspondere astrorùm caloribus diuersis. Sed quod faciunt astronomi putantes

tantes scire hunc hominem periturũ gladio, illum casu, vel febre, & quæcunque venirent, penitus incondecens esse videtur, quod allegati Doctoris mirum in modum detestantur, & eorum falsitates aperiunt, & si posset certa periodus vitæ hominum decerni, & animalium, quatenus tantus calor tanto tempore conseruari potest in corpore, & illud augere, quandiu enim potest plus inuertere cibi in substantiam aliti, quã defluere, fit augmentum; deinde roboratur calor, quoadusque exiccet, ad quod sequitur frigus, & mors ipso calore paulatim elabente, tamen potest benefitio Medici, qui diuinam sapientiam æmulatur, vita produci applicando medicamenta moderatè calida, quæ mollificent: vnde Plato ait, in lib. de legibus. 34. quòd vinum est datum hominibus aduersus senectutis duritiem, vt reiuuenescere videamur, & mœstitiæ nos obliuio capiat, ipsaq. affectio animi, sicut ferrum in igne, ex duritie in mollitiem deducta flexibior fiat: poterit etiam produci per aeris temperiem, per cibos conuenientes naturæ, alijsq. modis infinitis qui calorem naturalem conseruent: vnde Arist. in secretis ait, ô Rex studeas omnibus modis custodire, & retinere calorem naturalem, quandiu caliditas est temperata in homine, & humiditas, calor temperatur, & roboratur; sanitas enim in duobus consistit: ex quo non bene ab astrologis determinatur: item causæ corruptionis (licet tanto tempore dicatur calor seruare corpus) sunt infinitæ: tam ab externis contrariis, vt aeris, & loci intemperie, tũ ab interno, vt à cibis, inadæquationibus humorum, qui nobis ponuntur calidi secundum magis, & minus, & quando vnus eorum alteratur à sui naturali calore destituitur, & variæ inducuntur febres, infinitiq. morbi, à corporis diuersis partibus affectis, vt nunquam possint astrologi determinare de hominum vita, cum præter ea, quæ à stellis eueniunt, infiniti modi corruptionis, & cõseruationis sint illis: relinquo corruptiones violentas appellatas multis casibus occurrentes de quibus nunquam rationes dabunt. Quocirca ablatis violentijs melius possunt medici de ortu, & augmento, interituq. iudicare, quàm Magi, & Astrologi, quod Plin. testatur in lib. 30. cap. 1. dicens hanc scientiam fraudulentissimam ortã fuisse à medicina, ac specie salutari irrepsisse, velut altiorem, sanctioremq. quam medicina, cui additæ sunt mathematicæ artes è cœlo omnia petentes Zoroastre primo inuentore, qua nunc scientia totum caligat humanum genus: non immeritò igitur Pontifices Romani Spiritu sancto cõmoti eam prohibent nobis.

Non tamen negem immutationes plures à cœlorum calore euenire: itaque, & corporibus nostris vitam largiri, vt Virg. ait. Igneus est ollis vigor, & cœlestis origo: largiri etiam mortem secundum diuersam temperiem, vel intemperiem nobis vnigeneam, vel non vnigeneam immissam à diuersis aspectibus syderum, diuersos radios emittentium diuersis tẽporibus penes varios situs eorum, qui eis contingunt. Verùm à Sole has

immutationes fieri magis intuemur potiori modo longè diuersificatis viribus propter varias causas agentes,& nunc non,quia adhuc disponit, & nunc sic,quia finis dispositionis inducitur:itaque ad mores bonos,& malos,ad tristitiam,doloremque,& ad lętitiam nos inclinari contingit. Quare Virg.inquit.

Hic metuunt, cupiuntque, dolent, gaudentque, nec auras
Respiciunt, &c.

Vt enim ait Christophorus Landinus Platonicus, ibidem apud Platonē æther,ignis,& aura sunt corpora tenuia,quibus animus inuolutus labitur in corpus terrenum,& vt plurimum ex talibus animus etiam immortalis afficitur: nos autem talibus affici contingit magis secundū quod diuersimodè immutatur, & afficitur spiritus noster à calore cœli externo corpus immutante,vt enim ait Arist.in physiognomia:corpus alteratum,alterat animam,& è conuerso,de mortali loquens.Et modus maximè,quo in principio constitutionis,vel tenellus immutatur fœtus,semper retinetur:nam spiritus addiscit seruare motum in augmento,& vita reliqua,quo egit in constitutione.Potest esse etiam in nostro cœlo concursus multarum stellarum,quæ fœlicem spiritum calidum immittant, & ingenerent in nostro hemisphętio,& alijs etiam, ad quæ lux obliqua earum cum altero ibi directè signo pendentes respiciat, & sic constituere fœtus in vtero mulierum bona cum complexione, taliter disponēdo temperaturas humorum,qui apud Tel. constituti sunt ex diuersis calorum viribus, & tunc temporis homines illustres præcellunt, vt tradunt astronomi fuisse tempore Arist.Gal.Alexan.Magni, Cæsaris,Ciceronis, quos sic euasisse illustres à propria complexione credo, & si à syderibus contendant,dicam fuisse respectu bonitatis calorum,non in se,sed in similitudine quam habebant cum illis dum generabantur, & aliquando dissimilis,& consequenter mala potest protendi constellatio,& sic pessimos homines enasci, & pessimè nutriri.quas ob res Homerus ex Empedocle accipiens dicit talem esse intellectum virorum qualem quotidie summi fert rector Olympi maximè conueniens cum Vir. Et quia quot sunt effectus rerum,& indiuidua tot variationes contingit fieri calorū, ideo tot constellationes,seu calores à stellis immitti possunt,& hi calores variantur etiam coniunctione Solis, & reliquorum astrorum simul iunctorum in cœlo,vel in angulis, & lineis radiorum huc contingētiū: quoniam autem variantur hominum complexiones, & voluntates sensitiuæ à caloribus; iccirco etiam variantur eorum effectus, & actiones à voluntate procedentes:qua de causa cœlum cupiditates rerum nouarū, vel dominandi iniuriasue inferendi, vel vlciscendi, aut gloriandi potest immittere hominibus,& in dominio constitutis cæteris imperantibus ex quibus bella resultant,mortalitates primatum hominum,regnorum mutationes,& religionum nouitates,pręcipuè cum à principio constitutiuo

tutiuo animi regum sic disponuntur: optimè siquidem Telesius in lib. 8.& 9. virtutes,& mores sequi spirituum naturas sensitiuorum ex qbus opera prodeunt, sicut etiam,& quaslibet affectiones,& Gal. in lib. de hac re explanauit: quare non oportet Ptolemęum in his explicandis confugere ad virtutes occultas: cęterùm omnia hæc contingentia putamus,& variabilia non pro nobis à cœlestibus caloribus primo intenta, quod agnouit Auer. in destruct. destruct. disputatione 14. in solut. primi dub. à quibus nec cogitur anima nostra immortalis infusa à Deo, sed inclinatur, sicut nec satis cogitur spiritus noster caducus, quia supra cęteros animalium spiritus est eleuatus, maximè autem in ætate perfecta, quando consuetudinem iuxta proprium ingenium agendi seruat tum ab immortali custoditus, tum etiam potens effugere externas impressiones à corpore veluti indurato etiam obtectus: nam in constitutionis principio, & ætate tenella magis immutatur, quàm immutationem retinet spiritus noster, & paulùlum dehinc excitatus aggreditur noua: quæ autem eueniunt homo poterit præcauere mutando facultates complexionis naturalis medicaminibus, & astrologi tradunt puerum natum octauo mense veluti semianimem tamen medicina curatum diu vitam peregisse, & non solùm in his: sed etiam in cæteris effectibus potest homo præcauere, vel illis obcurrere à cœlo venientibus. Qua in re notanda est distinctio Chrysippi summi logici antiqui: q aiebat, quòd quorundã effectuum cœlum est causa totalis, & crastina lux Solis, & calor, communis terræ immutatio, & hæc necessariò eueniunt, quare de his formantur propositiones necessariæ: quidam verò effectus sunt à cœlo, vt à causa partiali, sicut sic, vel sic imprimere in animum animalis ad actionẽ hanc edendam, vt ad iugulandum inimicũ, aut infirmitatem patiendã: & hęc, quia nobis euitari possunt, & concurrit natura patientis, & resistentis, ac voluntas, non necessariò fient, ex quibus formantur propositiones contingentes: itaque hęc, & multa alia possunt vitari à nobis, vel loca fugientibus, vel contraria causis applicantibus, vel precibus apud Deum sparsis: namq. ad quid consilium nobis natura, Deusq. tribuisset, qui nil agunt frustra? ad quid leges, & statuta etiam diuina, ait Arist. in primo Periher. Quare Albumasar potest, inquit, forsan quis pręcauere mutando locum, in quo futura est pestis, potest totum repellere malum futurum, fugere infirmitatem, inuasionem hostium. Ptolemęus etiã sapiens dominabitur astris. Iudęi per artem Kabalisticam docent vitare fatalem sortem cœlitus imminẽtem. Iamblichus per efficacem deorum cultum iubet effugere. Porphyrius in lib. de oraculis per magicam sapientiã: vnde consultò oraculo cur ineptus aliquis ad rem quampiam fuisset, & qd faciendo aptus fieret, respondit eum fatorum vi impediri, quam magicis artibus superare poterat: quas credo esse medicinas à qui sumpta est ars magica, teste Plin. Item Aristo. in secretis secretorum laudans astro-

nomiam ait:confert ergo multum per astronomiam ventura præscire, quia melius declinantur;sicut futura hyems,de qua cõsiliamus, & quia possunt homines,quando futura prægnoscunt, destinatorem excelsum tantum precibus implorare, quòd per suam potentiam futura ab eis auertat,& aliter ordinabit: non enim prædestinauit, quòd potentiæ suę in aliquo derogetur: igitur fata,quæ ponit Virg. Ouid. Cicero,Seneca, & Hom.multiq.antiquorum sunt causarum concursus non essentiales sed accidentales,possunt à nobis euitari, cùm præscimus, vel non sunt totaliter à cœlo:omnes quippe hę causæ (si non ordinauit Deus omnino)sunt à cœlis calidis in suis densitatibus, qui diuersimodè immutant hæc:cùm per diuersitatem aspectuum,accessuum, & recessuum diuersimodè calorẽ efficientes,& modificantes oẽs effectus conficiant,vel ꝑ se, vel per accidens,itidem corpora permanentia,& fluxibilia. Ex his scire licet,quomodo fiunt pestes,fames,& pluuiæ à cœlo, fiunt autem quia cœlum diuersis modis immutat,cùm semper variet situm,poterit quandoque talem immittere calorem improportionatum similem calorẽ rei pestiferæ,& ex diuersa mutatione,quæ fit in aere,tum etiã respectu passi multipliciter dispositi hæc fieri,vt pestis,fames autem fiunt quando calor fit intensus,& improportionatus,contrarius constitutiuo,vt sic,frugum,frumenti eorumque,quæ nobis sunt cibi,ex quo fames deriuat, & hoc quando apparent cometæ fit magis,vt exemplificat Auer. 1.metap. & Niphus scribens super de sub.orb.Quod quidem fieri dicendum est, quòd tunc fortis calor corrumpit fruges,& exiccat, vaporesque quibus spoliat materiam crassam attrahit,& facit cometas. Quæ etiam indicant mortalitates grandium;in hos etenim magis potest calor improportionatus cùm mollibus assuescant viuere; in rusticos verò agit minus edoctos quouis modo viuere,vel etiam in eos cadit; mors, sed non adnotatur,vt in Grandibus.Sinautem mors est violenta,hoc ideo est,quia accẽduntur animi inimicorum,vel proprij ad bellum ex quo sequitur interitus eorum.Sapientum etiam mors sequitur magis, & pręsignatur cometis,quippe cùm eos intemperies magis vincat,eo quòd continuo studio,& cogitationibus agitatur eorum spiritus,& irritatur,ac ad interitũ veluti disponitur.Pluuiæ fiunt,quando calor cœli est talis,qui possit eleuare vapores multos,non autem omnino attenuare, vt ignis fiant, qui ad aerem vsque eleuati diuersis vijs compinguntur in aquas,vel frigore, vel contrarijs spirantibus ventis,condensationem agentibus, vt alibi dicemus,& hoc cùm sunt multæ stellæ blando calore præditæ, vel Sol ipse obliquus,& præcipuè Luna,quæ calorem actum ad huiusmodi vapores eleuandos,sed non in ignem resoluendos habet, vel in aerem: maximè dum est plena,& ex hoc signa Aristo. posita in libro inscripto de signis ventorum,aquarum,& tempestatum,possunt dignosci,quo pacto sint vera,pręcipuè quę sumuntur à cœlestibus: vnde Virg.multas stel-

ſine ratione,nec poteſt de ſtellis aſſignari, quę infinitæ ſunt partes maiores,& minores ipſa terra.

Præterea totus mundus eſt calidiſſimus etiam in tenuitate cùm contrarium ſemper alterum agat frigus quidē aget, & ſic cùm robur ſumet in aqua,aere,& igne poterit totum cœlum corrumpi:conſiderare autem nemo poteſt figuram cœli etiam tenuiſſima, & ſine ſtellis etiam, & non quendam punctum ſolum vrere: parum enim niuis etiam in aqua tepida collocatum extinguetur.

Ad hęc omnia reſpondentes,dicimus primò non iccirco cœlum, nō vrere,quia habet ſenſum ſuæ cōſeruationis,vt falsò putat Sciolus : nam quando agit ſe conſeruat,quapropter vtrunque in alterutrum agit . Et arguens penitus inertem philoſophiæ, & logicæ ſe manifeſtat,qui enim valet,ergo calor non ageret, quia contrarium agit in reliquum ? immo magis agit, quia conſeruari cupit, ſed pudet me valde per Deum hęc friuola dicta repetere, & redarguere, & admiror fortiter hominum temeritatem. Ad quę ſequuntur,inquit Teleſius in 4.mai.cap.29. & in 2.cap. 16.& in 1.cap.10. quòd caloris natura pręſtantior, diuiniorq. cùm ſit oportuit fieri à Deo longè maiorem,& robuſtiorem, & entia,quę ab eo conſtituuntur ratione explicataq. & maiora fieri oportuit veluti eſt totum cœlum,& id quod non eſt terra ignobiliorem contra naturā, quæ frigus eſt,longè minorem eſſe longeq. ab eo minora conſtitui entia, & compacta in ſe ipſa denſataq. opus fuit penitus in contrarium cùm agat à ſuo contrario:quas ob res comparata ad cœlum centri, & puncti formam Mathematicis tenere videtur ipſa terra, quapropter vt entium generatio proſequatur,in medio orbium cœleſtium ęquè diſtantē ab omnibus contrahi in ſublime quoddam à frigore ſtatutum eſt, ne ſi in partem quampiam ſurſum declinet à cœlo ſupremo ipſoq. Sole comburatur.Item partes cœli non vniformes ſunt, ſed longè maxima ipſius portio omnis quidem,quę non eſt Sol,& ſtellæ tenuitate ſumma maximeq. exilibus donata fuit viribus leniſſimoq. calore, vt potius eas natura terrę prorſus reijciat exuperetq. cùm ſit frigus eius robuſtiſſimum vnitūq. & illius calor diſgregatiſſimus:vnde & exiliſſimus præſertim eius, q̄ terram ambit; partes quę paulo collectiores factæ ſunt proindeq. copioſæ,& hæ omnino datę ſunt calori,qui terram exuperet:ſtellę nimirū longiſſimæ à terra dimotæ ſunt omnes,& quæ minus ſunt remotę, vt Luna longè terra ſunt minores.Luna enim,& minor eſt terra, vt eclipſis declarat,& ea donata eſt diſpoſitione in qua Solis lux copioſior,itaque & nobis fiat conſpicua,at non certè,& in qua is colligi poterit calor qui proprias vires,propriamq. ad terram emittat ſpeciem,quapropter, & Luna hac cauſa reliquęq. partes,quia in immenſum quid remotæ ſunt,eius,& illarum calor non eſt talis,qui à terrę frigore non poſſit reprimi, & vinci:prouiſum eſt ergo ſummo opifici,quòd cœlum totum, licet ſit extenſiſſimum

R.

fiſſimum explicatiſſimumque nequeat tamen ſuperare terram, quæ frigus continet in ſe compactum, & eſt denſiſſima quin audeam dicere ſi terra tota, vſque adeo explicetur, & tenuiſſima fiat, ſicut cœli materia exiſtit poſſe extendi in maiorem quantitatem, & ampliorem, quàm cœlũ eſt, vel æquè amplam in molem, & quòd illæ partes, quæ collectum calorem, & robuſtiorem, quàm frigus terræ, continent; ſint valde remotę, veluti ſtellæ, & inſenſibilem quaſi, vel parum mittant ad terram caloris. falſa ergo ſunt omnia ſuppoſita, quòd aqua ſit calida, & aer, quę cœli ſunt portiones eo calore quo terræ noceant & ſtellę, quòd agant. Sol autem ſolus eſt cui ea magnitudo collecta materia eaq. caloris quantitas iſque tributus eſt locus, vt è terra cui pręſertim directus imminet propriam naturam frigus nimirum, & proprias deturbet conditiones peni tuſq. corrumpat inq. Solem agat, & huic non, vt punctum comparatur terra, verùm longè maioribus Sol pręditus eſt viribus, & ideo Deo optimo maximo prouiſum eſt, vt in tãta ſit diſtantia, & rapidiſſimo circum-uoluatur motu, ac diuerſo ſuper terram, & non totam aſpiceret, ſed continuò alias, & alias ſuperficiei partes, eaſq. immutaret in diuerſa entia, & dum hanc occupat, alijs ſe reficiendi tempus pręberet; in quo ſibi cognata à frigore inuerterentur caloris opera, & indíti caloris ne prorſus corrumpantur obliquè eas terrę portiones ſaltem aſpicit, & illi terræ frigori reſiſtunt: rarò enim, vel nunquam omnia frigus in hyeme corrumpit, plantas videlicet, animalia, aquas, & reliqua caloris opera: calor q̃ppe cùm puriſſima materia vnitus eſt in cœlo, quo frigori terreno, & vmbræ reſiſtant, itaq. abſente Sole noctu ſtellę aerem ſeruant ab omnimoda frigoris actione, & quæ fecit Sol entia, non patiuntur prorſus corrũpi. Quapropter non eſt verendum ne frigus cœlum deturbet, nec calor terram; ſumma.n.ratione agere, ac menſura prouidet Deus, vt ex vtriuſque actione fiant entia abſque alterius totali corruptione. Exemplum de niue iniecta aquę tepidæ nil demonſtrat, pręter ſuam imperitiã: nix enim eſt calida intrinſecè, & adhuc habet conditiones caloris, licet à frigore correpta, cui ſemper repugnat, reducitq. in naturam aquæ, adiuta à quouis calore externo, & ab aqua tepente tota penetratur; frigore extraneo expoliatur, & à calida fluiditate aquæ fluida redditur magis, q̃d ipſa cupit. Terra autem eſt maximè frigida intrinſecè, & craſſiſſima, duriſſimaq. ac robuſtioribus viribus, quàm hęc pars cœli, q̃ eam ambit: reliquę omnes magis calidę ſurſum poni intendunt, nec inſidunt ſup terram eam circumquaque tangentes, & penetrantes, vel vt aqua ſuper niuem, ſed longè remotę ſunt, & quid mirum ſi terra non deſtruitur omnino, nonne multi ſunt ignes in cauernis terrę perpetuò ardẽtes, vt narrat Plin. & ipſis vidimus oculis; quinimmo in Inſulis Aeobiæ eſt ignis in cauernis montium circumſeptorum, vndique aquis maritimis, & tamen in tanta parua quantitate exiſtunt reſpectu ad terram, & aquã longè

Th.

gè

gẽ frigidissimam ab Arist. positam, & veluti puncta, qui nunquam corrumpentur, sed perpetuò ardent? & ego quotidie videbã fumum & flãmas ex conuentu, vbi commorabar in Sancto Georgio, vrbe sic nuncupata, & narrant incolæ, & historiæ antiquę mihi testantur, quòd semp fuerunt ignes illi, & quomodo non corrumpuntur à tot contrarijs circundati? ita etiam minus est dubitãdum ne terra destruatur: fieri potest etiam demonstratio in flammis subtilissimis, quæ ex apparentibus fiũt, & haud multus colligitur calor in illis, & hæ tangentes nos, & lambentes nihil vrere, sed vix calefacere sensibiliter apparent, vt ait Tel. in 1. minor. cap. 49. quapropter bene dicebat Ficinus, quòd in Sole, & Stellis est plus caloris, quàm humoris; nam ibi est soliditas quędam, in cœlo autẽ plus est humoris, quàm caloris, quia materia illa est tenuissima, & fluidissima iccirco nec potest oblędere terram sicut Sol: itemq. apud Arist. ignis, & aer ambientes terram sunt calidissimi, & apud Martam aer est calidus in summo, & tamen nihil nos offendunt, quia non continent calorẽ vrentem, vt ipsi dicunt: igitur nos ponentes aerem calidum, & aquam minus calidam, quę terram nil lædunt, nec nos exurunt, veluti nec aer apud Arist. nullo pacto erramus: item nec aer calidus Aristoteli vrit exhalationes, quæ sunt bene calidę, sed ignis sublunaris, qui in terrã nec agit sensibiliter illi; quapropter nil supremus ignis agit, qui remotior est lunari, nec stellæ possunt vrere rationabiliter. Solus itaque Sol exuperat; at distans positus, & huc ac illuc circumactus velocissimoque motu altero ab orbis etiam motu, vt plures mathematici, & Telesius in 2. maio. c. 19. exponunt non potest omnino destruere, & huius rei potest etiam fieri demonstratio: si sumatur lucidum corpus, & ignitum, vt pila ignea, vel facis flamma maxima, q̃ circũuoluatur rapidissimè circa corpus quoddã terrestre in situ, & quantitate, ac viribus, & distantia proportionatum flammę circumactæ ad situm terrę, quantitatem, & virtutem ad Solem, collectumq. habens in se frigus, nam nihil vnquam, vel parum destruet, quandiu vis voluatur: non ergo dicat nos allegare irrationabilia Sciolus iste.

Pręterea (ait ultimò) motus omnes per te causant calorẽ, & totus mũdus calidus in tenuitate pręter terram punctum, & iste aptus vlterius igniri: eius igitur partes cùm moueantur magis ignirentur, & terra immobilis, & frigida vstularetur. 16 Nos dicimus quòd motus non generat calorem, vt in prima disp. demonstrauimus, sed ipse est operatio caloris, & ideo omnia entia mouentur, quia sunt calida, quod nõ magis nobis, quam Plotino, & Ficino placet, & quę cœli portio est magis calida, velocius mouetur; quapropter aqua, & aer, quę iuxta terram sunt segniter, & vix circulum complentes mouentur, motus verò excitat, quandoq. calorem pręinexistentem, & obiectum mole crassa, vel frigore, vt patet in molaribus lapidibus, quæ contritione calefiunt, & Arist. exemplificat de R.

ſagittis plumbatis, excitat etiam in mari, & aqua, niſi frigus immediatè aſſiſtens dum meatus à contritione aperiuntur ſubintret, ſed quòd nequeat terram vrere diximus non ſemel.

R. Mar. ad 1. Tel. His appoſitis argumentis Marta conabatur reſpondere rationibus Teleſij quas paulo ante recitauerat, & inquit ad vnum dictum illius nō omne lucidum eſſe calidum, vel igneum: nam ſenſu percipimus lapillos pretioſos lucidiſſimos, & frigidiſsimos.

Th. Præterea dicimus, quòd lumen cauſat calorem per reflexionē. In quibus verbis ſuam patefacit inſcitiam, cùm dicit non omne lucidum eſſe calidum: namq. tamen percipimus, quæ magis lucent eſſe calidiora: vnde exhalationes, quæ vruntur in ſuprema aeris portione ipſi Ariſt. vidētur eiuſdem conditionis cum Sole, & Stellis adeo quod nequimus diſcernere inter ipſas & ſtellas orbis octaui, & ideo multi Philoſophi Pythagorei, & Democritus, & Anax. eiuſdem naturæ eſſe cum cœleſtibus aſtris exiſtimarunt, itaque corpora per ſe luminoſa ignea videri debent, & illa entia, quę conglobata ignita apparent de natura ignis ſunt dicenda: vnde cœlum in aſtrum compactum igneum videtur; quapropter dicebat Ficinus ſuper 2. Enn. Plotini lib. 1. quòd propter ſuam exilitatem, ac tenuiſſimam molem non apparet luciditas eius in cœlo, niſi vbi eſt cōſpiſſata, vt plurima lux reflecti queat, ſicut in ſtellis, & in his inferioribus manifeſtatur in carbonibus. ſ. & fumis accenſis: quare inquit Tele. in 1. maio. cap. 1. quòd flammę noſtri ignis cū euanuerint à noſtro viſu, non eſt dicendum, quòd in non ens abierint, ſed in tenuiſſimam molē, quæ noſtrum effugiat ſenſum: ad illud de cryſtallo, & lapillis dicimus cùm Tel. in 1. mai. cap. 16. effecta ſunt ex fluoribus, qui ſunt bene tranſpicui, non ex terra, & ideo correptis frigore, denſatiſq., vel tenuioribus ſui partibus ſpoliatis à frigore expreſſis, vel quauis occaſione exhalātibus: vnde frigida fiunt ſenſui noſtro, quorū reſidua materia cùm ſit propè frigus antea erat frigida, & remiſſo calore intraneo donata, & nunc condenſata magis tranſpicua apparet, vt facilius lux externa in ipſa recipiatur, & multiplicetur, & ex hoc magis lucida, quàm alia entia videtur, cùm per ſe non ſit in tali lucis gradu, quaſi videtur donata, & ſi frigida ſenſui noſtro ſunt hęc tranſpicua, non tamen frigida ſunt dicenda, non enim adhuc tranſmutata ſunt prorſus ad terrę ſpeciem, ex qua initium à calore tranſmutante ſumpſerunt: ſemper itaque entia lucida calida ſunt, non negem tamen in his inferioribus eſſe entia calidiora rebus lucidis, vt ſūt corpora animantium, multæ plantę, & mineralia, quę quia effecta ſunt ex mole craſſa, & opaca calorem intus cōtinente minus lucida apparēt: itaque tranſpicua ſunt hęc corpora non luminoſa, ex explicata mole cōdenſata pacto quouis effecta, & ideo apta magis ad lucem ſuſcipiendam, & quę denſiora ſunt intenſius ſuſcipiunt illam, magiſq. multiplicatam, & intus permeantem nulla facta ex opacitate nulla reſiſtentia admittūt,

corpora

corpora autem luminosa omnia,& calorem emittunt,& lumen, non recipiunt modò,& hęc bene possunt dici ignea: cuiusmodi nobis Sol,& stellę apparent,& nō minus antiquioribus, vt Pythagoricis, Platonicis, Thaleti, Emp. Anaxa. Demo. Xenophani, Stoicis,& Plinio: vnde Ficinus cum Plotino, inquit, in igne cœli est sua soliditas. s. stellarum, non per terram, sed per solam sibi alicubi densitatem, sicut in aqua sæpe nō per terram, sed per propriam sibi coinhęrentiam crystallus fit, atq. metallū .s. aurum,& alia,& sumpserunt ex Timæo Platonis, vbi ex aqua fusili dicitur fieri crystallus, & metalla: multiplex ergo fuit error Martę: arguit enim ex transpicuo ad lucidum, ex non potente edere operationem suā à contrario cùm sit obiectum, ad calefaciendumq́. inepto, ad potēs edere,& aptissimum, inq. actu calefaciens; ex vicino suo contrario ad remotum, ex eo etiam, quòd nobis apparet ad id quod aliter esse ratio cōmunis dictat, transpicua enim superiora cùm sint à frigore terrę occupata nequeunt calorem manifestare, sed superiora fortiter manifestant, quod dicit lumen causare calorem per reflexionem alibi improbabitur; nunc dicatur tantùm, quòd reflexio non est, nisi luminis vnitio, & multiplicatio, quapropter oportebat lumen esse calidum saltem insensibiliter, vt multiplicatum sit magis calidum,& ad sensum: lux siquidem Solis apparet sensui calida, sed in speculo recepta, ac itaq. multiplicata vrit. Sed argumentum suum est contra illum; nam non omnis reflexio sensui calorem infert,& ipse respondet inferre exilem, vt ait in disput. 6. de calore, ex quo sequitur, quod quęlibet lux est calida, licet nō sensibiliter, & quod respondere etiam nos possimus, quod insensibiliter ad nostrum sensum calefacit lucidum corpus; sicut ait ipse de reflexione: sciendum tamen, quòd hoc non fuit argumentum Tel. totale, vt ipse inscius scripsit blaterizando, sed quę nos adduximus, & illud de lumine fuit confirmatio quarti, sicut legenti Telesium patebit, sed examinemus aliud Martę responsum.

Ad aliud aiebat Marta, quòd quę mouentur cum calore,& fatigatione sunt calida, nō tamen omnia, sed illa, quę propria natura sunt huiusmodi saltem potentia,& quę possunt frigefieri per accidēs,& postea mouendo calefieri, vel magis calefieri: item, ait, motus causat calorē, sed nō est calidus: item omnia, quę mouentur,& agitantur sumunt calorē à motu, quia graue velocissime mouetur circa medium, & tamen non magis calefit, quia est perpetua frigiditas cùm terra sit simpliciter frigida: item & doctrina Arist. motus non est proprium calidi, quia cœlum,& elemēta frigida mouentur, quòd autem motus non causet calorem, nisi in potentia calidis probatur: nam tractoria organa dicta artemones nunquā fiunt calida cum velocissimo motu antlia descendens absque quod aliquis ei resistat mouetur deorsum,& hoc est sensatum: motus igitur velox velocitate per se calefacit, quando approximatur calefactibili: vnde Mar.

velocitas motus est dispositio ad calefaciendum, sicut grauitas ad descẽdendum, & hoc verum est in aptis natis calefactibilibus, & si cœlum mouetur illo motu circulari, qui maxime est potens calefacere, non tamen est ipsum calidum hac ratione, quia non est aptũ natum: artemones.n. velocissimo, & circulari mouentur motu, non tamen calidi: at si cœlum magis calefaciat ignem, non est mirandum, cùm ipse sit corpus calidissimum, magis aptum accendi, & illuminari.

Th. At nos dicimus, quòd nugę sunt, quę dicit; etenim ait, quæ mouētur cum calore, & fatigatione esse calida, & tamen idem est dicere ea, q̃ mouentur cum calore, ac si calida: ita quò d sensus dictorum eius est, calida sunt calida, vel fiunt, & ipse hoc confirmat, quia ea quę saltem in potentia calida sunt talia, vt ex motu calefiant. Sed intelligentia hęc est suis dictis incompossibilis; etenim calida in potentia est aqua, & terra apud Peripat. cùm communicet in materia cum igne, & tamen si mouentur sursum, vel circulariter cum fatigatione, nunquam calefient, etiam testimonio ipsius Martæ sic arguentis in disp. prima aduersum nos, & quod sequitur est ludicrum magis, dicit enim quæ possunt frigefieri p accidens, & sui natura sunt calida, dumq. mouentur, posse est calefieri, illa sumere ex motu calorem: sed hoc verè nuga est, etiam sibi contraria; etenim quæ calida sunt natura, non oportet sumant à motu calorem, sed maiorem faciant quem habent, & sic motus non generabit calorem, sed excitabit, vt Telesius tenet aduersus Arist. item in prima disp. arguens aduersũ nos posuit marmor frigidum, & nunc lapillos; & tamen si moueantur contriti ignem emittent: igitur in sua via non solùm calida per se motu calescunt.

Pręterea cœlum calidum esse concedit Auerr. in de sub. orb. & Marta etiam calore æquiuoco, sed formaliter; sed cœli calor eiusdẽ speciei generat ignem cum nostro in his inferioribus: igitur vniuocè erit calidũ; nam ideo Auer. & tu dicitis ęquiuocè, quia hic destruit, & ille saluat; at demonstratum est vtrunq. appropinquatum, multiplicatumque vrere, & remissum generare vtrunque eodemq. immutare pacto: at hoc nulli non persuadeat, quòd si est æquiuocè, calidus ignis cœli, cur non gignit calorem in his inferioribus suæ naturæ æquiuocè dictum cum nostro, sed semper vniuocè? nec dicant, quod immittit calorem salutiferum tantùm: etenim & noster ignis hoc facit remotus aliquantulum, & cùm demandat Sol calorem intensum destruit, & resoluit, vel si accendit ignem sua intensione, sicut noster ignis alterum accendit, etiam eodem modo permutant; patet ergo quòd calidum cœlum est vniuocè. Sed quòd cũ fatigatione moueatur, nihil credimus nos, at in via eorum probatur. Aristo. namque in 2. de cœl. t. 71. cum resistentia, & labore moueri vult cœlum, inquit. n. si cœlo adderetur astrum difficulter, vixve moueretur igitur astrum inferret laborem, vbi Auer. duplicem dat laborem, alterũ

qui eſt reſolutio ſpirituum,vt Niphus loquitur ibi de mente Auer.alterum,qui eſt ab additione reſiſtentię, ſiue à variatione proportionis, & hanc concedit Simplicius in cœlo,quod Auerr. itidem in c.38.meminit ponens proportionem inter motorem,& mobile in cœlo, auferens ab illo vigoris infinitatem,& non minus,quàm Simpl. dat eam Auer. itaq. poteſt moueri cum fatigatione;tum quia motor es agunt de neceſſitate apud Ariſt.& Auer.quantum poſſunt: vnde facta additione omni vi, & fatigatione poteſt moueri cœlum,& eſt calidum,vt probauimus, calorē ergo à motu ſumet,iuxta Martæ reſponſum, & licet non moueatur labore animalis.ſ.reſolutione cœlum apud illos,mouetur tamen labore lapidis,vel ſagittæ,quæ igniri Ariſtoteli apparent. t.42.item Ariſt.docet inferiores orbes rapi à ſupremo, igitur fatigatur dum contrario mouetur motu à motu ſuo, vel intelligentię proprię: intelligentiæ ſiquidē agunt quantum valent neceſſariò Ariſtoteli,& magis Auerroi, qui Ariſtoteles eſt Arabs,quapropter vi mouentur; nam ſi non raperentur à primo citius conficerent gyrum:nec valet confugere ad vnitatem indiuidualem totius cœli,velut animalis,(quod facit Auer.in deſtruc. deſtr.1. qui omnes orbes etiam 2.cœli, moueri dicit ab vno primo motore totaliter, ſicut animal ab anima vna totali,& proprijs motibus à proprijs intelligētijs,ſicut membra animalis,quæ mouentur retrorſum, & antrorſum,vt brachia ipſo toto moto progreſſiuo incedente)tum quia hoc nō ab omnibus Perip.conceditur,tum quia ſi ſic,elementa cùm reſpectiuè ad vniuerſum mundum,qui totus regitur ab vno motore,& anima, ſint membra eiuſdem indiuidui,eodem pacto mouerētur ab anima prima,& animalia cùm ſint membra etiam vniuerſi.

Præterea primus motor eſſet anima totius cœli, & ſinguli motores eſſent potentię eius,ſicut imaginatiua, phantaſia,vegetatiua,&c.in animalibus quorum nullum admittit Ariſt. nec Auer. deſpiciens Auicennam. Item quilibet motor proprium habet orbem diſtinctum omnino ab alterius orbe,non coniunctum,ſicut mēbra animalis,& proprio mouetur motu,ac eandem contiguitatem, nec maiorem habet, quàm elementa,quę tamen nil conueniunt,ſicut membra in animali:nuga igitur eſt Auer.dictum,vt alibi infra aperiemus; ex reſponſione itaque Martę ſequitur cœlum eſſe calidum.Aliud dictum hominis eſt contra Ariſtotelem ſuum,qui tenet motum generare calorem,dum mota re nil calida ipſi calorem demonſtrat: nos verò dicimus motum eſſe operationem calidi agentis, quæ excitat calorem in his, quorum calor eſt obtectus, ac remiſſus:hæc ſiquidē dū velociter agitantur,& conteruntur,excitant ad ignem emittendū intrinſecus latentē,illumque multiplicandum, expergeſit ſiquidem calor propriam perſentiens operationem , vt aliàs declarauimus. Auer.autem hoc agnouit dum dixit motum eſſe perfe-

ctio-

ctionem,ac operationem corpus calidi, & ideo calefacit: & hoc poterat monere Auerroem,vt ponat cœlum igneum.Quare licet motus non sit calidus est tamen caloris actio; ad aliud dicimus adhuc ipsum ignorare nomina motuum.Arist.enim circularem motum appellat circa mediū, in 1.de cœl.& multa grauia,quæ deorsum labuntur ad medium velociter incalescunt,veluti animalia magna de alta turri proiecta,& plumbū: terra autem quiescit tantùm in medio, & motus partium eius ad mediū non sunt à principio mouente, sed ab impotentia ad motum, & ad naturam est regressus,vel delapsus, vt infra dicemus; quapropter perpulchrè D.Tho.2 phy.lect.1.graue,& leue passiua contendit esse principia: motus itaque deorsum velut aquę competit, est impotentia ad motum, & casus: quandiu etenim fuit aqua sub tenuitate, & robusto calore in forma.s.vaporis in aere, potuit moueri, sed densata in molem crassam cecidit deorsum,motus itaque non ille,sed casus procedens à crassitie calorem violentante: potius autem motus debet dici qui fit in Amphitrite;nam est à calore interno cupiente suam edere operationem qua seruatur,adiuuante tamen externo lumine calido Solis,& stellarum, vt placet Plinio, & Peripat.etiam magnis:illud quod exemplificat de trocleis, seu artemonibus repugnat Arist.nam vel erit lignea troclea, vel ferrea, ac metallica:sed Arist.in 2.de cœl.t.42. exemplificat de lignis, & ferro, cùm ait motum causam esse caloris: verùm dicimus nos,quòd si nō incalescunt,ideo est,quia non tandiu mouentur,quandiu opus est,& sua duritie nimis obtectum calorem pręsertim addito frigore continent:sed si frequenter incessanterque, & celeriter moueantur incalesceret tandem, ignienturq. vt diximus in prima dispu.de rotis currus, quæ accensæ fuerunt,& de ferro contrito,quod calorem manifestat iuxta nostram declarationem; at in cœlo non est durities, nec frigus, nec motus breuis, sed infinitus ferè in tempore,& velocitate, vt nil sit dubitandum illud esse igneum,vel accendi; verùm notabis,quòd ea quę oblectātur motu semper mouētur,Telesio sunt calida,& calor principium est motus,ac illius motus est operatio,& calor præcedit motum tempore,natura,& dignitate in entibus præsertim calidissimis, ac tenuissimis nullam admistionē recipientibus sic esse sensu est manifestum;quapropter ignis,cœlestis totumq. cœlum sempiterno circumfertur motu;quare Auer.inquit si priuetur motu ignis extinguetur, tandem quippe cùm propria operatione, & perfectione priuetur, & sic quæ minus sunt calida mouentur tardius,quòd aer inferior,& aqua manifestant vis cursum explentes:animalia autem quoniam composita sunt ex spiritu calidissimo, & mole crassa mouentur quidem quandiu calorem habent;verum,quia corpus dissoluitur motu,vt calor exhalet,oportet animal quiescere,quandoque nunquam tamen calido quiescente spiritu, vt pulsus arteriarum,ac thoracis
declarat

declarat:sunt etiam quædam entia à calore constituto, sed vel à frigore, aut propria inhærentia partium ve tenuiorum exhalatione désata, sicut ferrũm,ligna,& metalla, & hæc ex se ipsis nil mouentur cùm sit penitus obtectus eorum calor,& à densatione,ac materiæ crassitie superatus paucas,& exiles caloris operas producunt::qua de causa non mouentur vno excepto argento viuo, quod multo calore, & veluti spirituosis partibus est confectum : igitur hæc entia si confricentur, ac conterãtur laxitur, quodammodo eorum crassities,& veluti aperitur,& calor inexistens excitatus ab illa operatione augetur, & manifestatur:vnde Aristo. errauit valde negans calorem his duris rebus,licet Diuus Albertus in 4. metap. tract.1.cap.2.egregiè agnouerit, quapropter Aristotelici ex motu horũ putant generari calorem,quod absurdum esse,& eorum positionibus cõtrarium in prima dispu.explicuimus:existimarunt etiam in his calorem accidentaliter,& de nouo gigni; sed non excitari;quo posito falsò plura subsequuta sunt: namque motum dixerunt cœli principium esse ignis lunaris,sicut videbatur eis à non calido apud nos fieri calidum per motũ, quinimmo in tantam deuenit Arist.absurditatem,vt dixerit non calorẽ modo,sed & lumen à motu cœli aerem flagellantis fieri, sicut à lapide excuditur calor,& lux ignita, nec vnquã manifestare valuit quo pacto Sol & astra non tangentes aerem ipsum cõterant,quod posterioribus in primis Simplicio in imaginabili apparet,at Aristo.obligati varias fictiones efferunt,vt figmenta Arist.erigant,quas quidem reprobauit Tele.& nos dicemus in disp.de calore.Nos autem intuemur lumen esse à stellis non à motu,& lumen faciem esse caloris,calidumq. demãdari:iccirco igneũ, quod antiquioribus nobis est factum cœlum esse prædicamus, & omnibus disputationibus è quibus ab antiquis non fuit liber Arist. itaque, & fingere quintam essentiam est coactus satisfacimus sensatis rationib⁹ veluti positio nostra est sensata nil ficta ; quapropter Telesius in 2. mai. cap.18,postquam per sensum cœlum esse igneum,& Arist. satisfecit concludit,quòd etiam propriè decreta monere poterant Aristo.cœlum esse calidum;namque si calor est causa motus,& frigus immobilitatis,vt explicuit Aristo. & quę velocissimè mouentur igniuntur,sicut sagittæ,& q̃ mouentur celerius igniuntur magis,debebat Arist.coniectura quin sensu assequi expositione sua cœli calorem,quòd circulari non remisso,nec cessante motu fertur:vnde hæc ratio positis, & probatis princip.js Telesij est necessaria,sed Arist.admonitoria ex his quæ ipse assecutus est : vnde fingere non debebat, & hinc patet error Martę qui Telesij dicta, nil perpendens putauit inductam in via Arist pro demonstratione: sed nõ sic est,nisi ex nostris principijs,vt ibi patet posito.f. quòd penitus calida per se mouentur,sed Arist.qui agnouit motum, & contritionem accendere,& superos orbes inferiores conterere;nam quomodo contererẽt aerem,nisi magis se ipsos terant præsertim, quia à superiori contraferũtur

per

per motum raptus: vnde debuit etiam agnoſcere inter ſe igniti orbes, vel maximè eſſe calidos, at alij Perip. percepta falſitate multipliciter deſtruentes textum, & luminis attribuentes calorem reflexioni, qđ non eſſe ad Ariſt. mentem alibi probabimus, videntes reflexionem fieri in aſtris, vt in Luna, ac Stellis, in quibus lux Solis reflectitur, ſignum & ipſi debebant accipere ex hoc cœlum calidum eſſe.

Mar. Ad aliam Teleſij rationem dicebat Marta cum Zimara, ꝙ licet ignis ſit primum calidorum, quę ſunt hic, non tamen eſt primum calefaciens: nam ſicut eſt deuenire in mouentibus, & motis ad vnum, quod moueatur motore immobili, ſic in alterationibus eſt deueniendum ad cœlũ, quod in alterando non alteretur, & hoc calefacit motu, & lumine per reflexionem, & calor, & frigus cùm ſint contraria, contrarijs uijs procedũt à cœlo hic propinquitate motus, hoc verò diſtantia, ſicut motus Solis in circulo obliquo ſui acceſſu generat, & receſſu corrumpit, idem enim ſecundum idem ſemper facit idem, & contraria ex cauſis contrarijs fiunt aut ab vna ſub contrarijs diſpoſitionibus, ſicut abſentia nautæ eſt cauſa ſubmerſionis nauis, & præſentia ſalutis, & ſequens, inquit Auerroẽ ſic tenuiſſe 2. cœli, quòd corpora cœleſtia per ſe non operantur, niſi calorem, & frigus, & nota, quòd cœleſtia ſunt cauſa vniuerſalis omnium effectuum inferiorum, & qualitatum: non tamen ad omnem effectum cõcurrunt per ſpecialem qualitatem; nam videmus naturas rerum, valde diſtare in perfectione: entia enim ſunt, ſicut numeri, & animalia perfecta fiunt à cœlo, & ab agente particulari: ſecus eſt de ſponte ortis; nam ſufficit ibi calor cœleſtis in terra diffuſus, & aqua eodem modo frigus cũ ſit caloris priuatio, calor eſt perfectior frigore, & ideo principaliori intentione producitur à motu, & lumine, itaque cœlum videtur eſſe cauſa ꝓductiua caloris, ſed reſpectu frigoris eſt cauſa priuatiua, pro quanto ꝑ ſui diſtantiam motus remiſſam operatur caliditatem. Item, ait, quod nõ calor cœli formaliter concurrit ad aliquem effectũ, ſed productus à motu, & luce illius, & corpora viciniora calefiunt per motum mediante attritione, & lumen calefacit, quatenus reflectitur, & quia in diſtãtioribus fit reflexio; iccirco quæ diſtant magis, calefiunt magis per lumen, & quæ appropinquant, per motum. Vlterius, inquit, quod in ipſis animatis motus eſt cauſa caloris: nam per illum expanditur calor naturalis, & de centro tendit ad circumferentiam ſpiritus, præſertim ſi motus eſt velox, & cum menſura; nam ſi ſuperfluus, accidit ſpiritum, & calorem reſolui, & ſic infrigidat, ſed in inanimatis cauſat calorem diſtrahendo, & rarefaciendo partes mobilis: vnde raritas diſponit ad calorem, ſed diſcutiamus hæc.

Th. Hic ſermo plenus erroribus, vt totus reprobandus ſit: vnde aduerſus primum infero: propter quod vnumquodque tale, & illud magis: igitur ſi cœlum eſt primum calefaciens, erit etiam primum calidum per eſſentiam,

tiam,& cætera per participationem,dicit Auer.quòd verificatur in causis vniuocis hæc propositio,sed cęlum est calidum per excessum alterius rationis,& virtutis,ignis verò per excessum caloris:sed quam ęquiuocationem hi perceperunt; visus cùm sit vterq. ignem generare admotus, remotus verò,& remissus viuificare,animaliaq. gignere? Item vterq. subtiliare, attenuare,attenuatáq. euehere,& vterque in materia crassa receptus rubere,vt Ficinus inquit,in media pallere,nitere in tenuissima si cōgregetur,sin minus colligatur vterque inuisibilis est, vt de igne in concauo Lunæ dicitur ab Aristotelicis esse inuisibilis, & superata crassitie, vterque velocissimè mouetur, eodemq. pacto in omnibus denique immutare in eodem situ, & vehementia positus, itemq. perpetuus omnis, ignis enim in Lunæ orbe,nunquam valebit ab aere imminui,cū sit molis maioris,& actiuitatis,quàm ille,itemq. perseuerat semper in sui quantitate,aliasq. aeris portiones potius in se inuertit,& si qua ignis pars hic corrumpi videtur,non est sat verum; nam potius calor exhalat sursum cum tenuefacta mole, vbi non amplius rubet; quapropter ait Ficinus, ignis noster edacitatē quadam materiam subito deuorat, mox inde luxurians euomit flammam,quasi feruorem,quæ etiam longius, quasi consumit obiecta:cùm enim ignis ob naturam tenuem,amplificabilem, mobilem facilè dispergatur,ne mox intereat natura fibi datum est, vt facilè propinqua deuoret,& ne deficiat tam nobilis natura datū est, vt ex omnibus recreetur facillimè,& ex minimis crescat in amplum,& his simillima dicit Plin.in 2.lib. cap.110. quapropter videtur ignis attenuata materia sursum tendere, non autem corrumpi,& quamuis Ficinus subiungat,(ignis cœlestis consumit nihil, quia nec ipse consumitur, quia non dissipatur,quoniam nec locum mutat,nec vnquam vita deseritur) oportet tamen id intelligere de igne,qui est in regione suprema cœli;nam ille nihil habet,quod in se conuertat comburendo, vel de blando,qui in corporibus infimis apud nos reperitur: at qui à Sole aduenit apertè cōburit,vt in speculis patet,& Plato exposuit de fabula Phaethontis,quare& Plin.ibidem loquens de miraculis ignis annumerat ignē Solis, & astrorum:vnde apud hos incorruptibilis,videtur ignis natura,vel cùm maxima difficultate corrumpitur, & qui corrumpi apparet feruor est illius; nam ipse sursum tendit cum subtiliata mole,& ex hoc Marsi.inquit, hic non est ignis,qui apud nos est,sed ignitum elementum, & in hoc errauit Arist,qui hunc appellat ignem,& qui est in concauo Lunæ,nō ignē, sed veluti ignem,& ętherem secutus potius vulgi opinionem: itaq. nec in corruptione differunt hi ignes actiua,nec passiua: ignis enim Solis hic accensus vrit,quia inquit Plin. magis vrit lumen Solis in speculis receptum,quàm alius ignis apud nos: quoad passionē dato, quòd vna pars ignis extinguatur(vt credo)quibusdam exhalantibus nactis subiectum tenue,quibusdam non,sed correptis à contrario, non propter hoc non

erit eiusdem speciei hic ignis cùm cœlesti,& vniuocus; nam & partes terræ centrales,& supremæ sublunaris ignis remotę à contrario non corrũpuntur, sicut cœli portiones altæ, & cùm centralia terræ,& sublunares ignes nil corrumpantur etiam apud plerosque Perip. & tamẽ sunt eiusdem rationis vniuocè cũ his,quę quotidie dissipantur,ita cœlestis ignis, & calor,si non corrumpatur:quia remotus est à corrumpente præpotẽti,vel non reperitur tale contrarium,sed imbecillius, similiter ex hoc nõ est dicendus æquiuocus,& alienæ naturæ: eiusdem itaque rationis sunt omnes calores,& ignes,tantùm in materia differẽtes,& viribus, & locis, & Sol est causa agens qua cætera sint calida,calidus itaque erit per essentiam,& formam suam vniuocam,vt ratio Telesij conuincat. Quod dicit de primo motore immobili,& primò alterante inalterabili perperã inquisitum est,non enim omnia mota à distincto motore mouentur,sed multa à sui natura, quod fatentur de elementis,& argento viuo. De hoc diximus in prima disp.dicta Arist.circa primum motorem sunt bene reiecta à Telesio.in li.4. ita,quod deuenimus ad primum mobile sui natura motum cœlum,inquam à calore suo; ab alio nullo pacto mobile existens cœlum supremum,quia non est quid se potentius,nisi Deus optimus max.qui creauit,& gubernat omnia propria virtute, sic & cœlũ est alterans terrã non alterabile ipsum,quoad partes superas, sed bene quo ad inferiores, & Sol in primis à nullo contrario olędi naturaliter potest. Verùm apud Perip. distinguitur de alteratione;nã alia est perfectio, sicut illuminatio,& motus localis, quem dant cœlo ferè omnes ,& sensu coguntur affirmare:alia est imperfectio,& corruptiua; quam nõ dãt cœlo, quod ipsi ponunt supra Lunam; & ideo quia est quinta essentia nos autem dicimus,ideo non competere illi talem alterationem, quia remotum est à contrario, ast aqua, & aer positi à nobis cœli alterantur à propinqua terra,sicut partes terrę superę,nõ inferę,nobis igitur vtrũq. principium est alterans,& alteratum perfectiuè,& corruptiuè,vtrunque enim est principium primum, nec aliud ab his creauit Deus primũ corpus:at cœlum calefacit tantùm,sicut terra solum frigefacit,& oẽs mutationes edit mediante calore,ad quem,quascunque edit,operationes cõsequuntur,vel per se,sicut humectatio,& motus, vel per accidens, sicut frigefactio. Contraria enim calori operatio non editur per se à cœlo, duo enim contraria non per se intenduntur ab eodem; igitur frigefactio,& quæ ad eam sequuntur à terra per se fiunt: ab vna siquidẽ forma vna operatio editur,vel multæ eam consequentes ex parte sui, distincta igitur sunt hæc principia, & quæcunque operationes sunt, ab his sunt sequentes calorem,& frigus diuersis viribus in diuersis materijs diuersimodè agentia Quod cœlum nequeat motu calefacere, vt Aristoteli apparet alibi probabimus, & ibidem aperietur, quod non est de intento Arist.per lumen fieri calorem à cœlo: ruditas item illa aperietur, & dis-

soluetur qua dicunt lumen per repercussionem facere calorem: quomodo enim reflexio faciat calorem, nisi proueniat à calore reflexo, & in se vnito, quod ipsa solùm præstat, non video: at irrationabile est, quod sequitur, quòd videlicet frigus sit à cœlo per distantiam; sicut calor, &c. nulla enim imaginatione recta capi potest, quòd idem per se sit contrariorum causa, qua propter frigus non est per se effectus cœli præsertim motus, & luminis, quæ omnibus per se calorem dare teste Aristo. apparent, & illud exemplum de nauta nil valet; nam quantò magis aliquid distat à sua per se causa, tantò minus ab ea causatur: vnde si frigus sit à motu cœli, ergo minus fit cùm motus recedit, tum quia ablata causa effectus aufertur qui ab ea pendet, igitur ablato cœli motu frigus nō esset ab illo; iccirco itaque nil exemplum manifestat: quādo enim nauta abest nil causat in naui, sed submersio est à vento, vel procella, aut fluctibus intumescentibus, tanquam à per se causa, absentia verò nautæ est causa attributiua, & extimatiua. Sic etiam Sol, vbicunque est, diem facit semꝑ, sed æstimamus per absentiam facere noctem; quæ tamen fit à terra se obijciente inter nos, & Solem, & suam vmbram effundente; dicendum est igitur semper Solem, & cœlum calefacere, sed sui absentia per se nil frigefacere, vt sic, velut causa principalis: sed terram dicimus frigefacere, quæ antea prohibebatur à Sole præsertim directè imminenti, vbi nos habitamus. Et hic homo deinde veluti se retractans, (nam ex multorum dictis non bene intellectis hæc adunat verba ignorans, quod vnum alteri dictum contrariatur) inquit cœlum esse causam priuatiuam frigoris, quatenus per sui distantiam motus illius demandat calorem remissum: igitur, inquam, nunquam cœlum largitur frigus, sed terra. Item quia effectus positiuus dependet per se à quapiam positiua causa, ergo frigefacere debet attribui per se terræ, vt positiuæ causæ, & per accidēs cęlo, vel comparatiuè, & attributiuè, vt nos paulo ante memorauimus, & ex hoc apparet inconstantia huius viri, qui modò dixit cœlū per se dare frigus, & calorem, & supra meminit se ad astrologos remittens, & alios Peripa. & hoc dicit modò de mente Auer. 2. cœl. 42. quod penitus falsum est, ac explosum rationibus ab Auerr. ipse enim probat ibi Solem, & stellas, ipsumq́ cœlum totum per se calefacere contra astrologos, & Auicē. & respectiuè quandoque frigefacere contendit, quatenus inferunt calorem, sed non robustum, sensum nostrum fortiter qui moueat: illud dictum, quòd sequitur cœlum non agere per specialem, &c. est illud inquam voluntarium, nec dictis suorum consonans: etenim si non per specialē modum agit cœlum, omnes tunc eiusdem modi facit effectus, non itaq. distantes in perfectione, vt ipse tenet, item Sol si tantùm calefacit, concurrit per calorem, tam in sponte ortis generandis, quàm ex semine, differēs tantùm penes magis, & minus; nam in his concinnat terram ad modum vteri, & putredinem ad seminis speciem suo blando certoq́. calore, in his

verò adiuuat calorem ſeminis, & vteri ipſe moderatus pertingens eodē. Hæc tenetur dicere Marta nobiſcum, quod alij Perip. deteſtantur. Simplic. enim per ſe omnes qualitates facere vult cœlum, ac ad particulares effectus, particulares demandare influxus, & cum eo alij multi, & boni, vt Alber. D. Thomas, quia Ariſto. ipſe in ſecretis ad Alex. idem pronuntiat, & 2. de gen. periodos omnium ponit in obliquo circulo, & ſoluat rationis Thomiſtarum hic homo, & Perip. nec reddet rationes, quomodo hæc fiant à cœlo. Nos autem diximus plures cū Tele. Solem ſuo calore cuncta efficere diuerſificatis viribus, & materia quauis occaſione: frigus autem eſſe à terra per ſe, & licet Ficinus in 2. Enn. lib. 3. cap. 6. dicat frigus fieri per diſtantiam ad cœlum, non ait tamen frigus fieri ab ipſo cœlo; etenim inquit, cùm cœlum ſit viuens, atque viuificum putandum eſt ipſum calefacere, & humectare, hęc enim conducunt ad vitam, frigefacere autem, & exiccare per accidens eſſe à cœlo; nam ſunt priuationes vitę. quapropter vult fieri à terra, & ſubdit: frigus & ſiccitas in rebus noſtris fit hinc non inde à cœlo: ſiccitas enim ob loci huius anguſtiā, denſamq. naturam, aſperam, reſiſtentem, percutientem, formationi, motuiq. ineptam; frigus autem ob diſtantiam, tum per naturā à cœlo toto, tum perſitum à ſtellis: vbi intelligit cauſam poſitiuam ipſam terram, ac diſtantiā ſicut priuationem impedientis contrarij.ſ.caloris, vt ex verbis elicitur, & alibi manifeſtat, cùm ait cœlum; iccirco frigefacere interdum, quia poros aperit, & facilius ingreditur terrena frigiditas, quod ait poſtea Marta cœlum non eſſe formaliter calidum falſum oſtendimus cum Teleſio de motu, & lumine aliâs. Quod ſequitur poſtremo de calore animalis facto à motu, nil exponit; nam in animali cauſa naturalis motus eſt, calor ſpirituum conſtitutiuus, vt in prima diſputatione probauimus, quo ablato animal nequit moueri: agitatio verò ipſius excitat calorem maximum qui poſſit exitum ſibi parare, vt labatur: vnde frigeſcit animal vſquam. At ſemper excitatur calor, & accenditur interdum, vt egrediatur ſi vehementer agitetur, ſin minus multiplicatur modo, & reuiuiſcit, quādoque ſuffocatur, oppreſſus à corporis mole ſi quopiam concurrit, vbi exitum non valeat agere: nihil ergo, habuit quod bene dixerit Marta in tali ſermone: at quia argumentum non bene percepit, reſponſio nō fuit ad propoſitum; inquit etenim Ariſt. 2. metaph. dicit deueniendum eſſe in qualibet ſerie ad id quod eſt tale per eſſentiam; vnde principium omnium frigidorum frigidiſſimum per eſſe debet per eſſentiam, & non ab alio per participationem. at ignis in concauo orbis lunaris non eſt talis per eſſentiam, ſed per accidens eſt ignis, quia ſibi accidit cœli motus à quo aer ille incaleſcat, vt dicitur in 1. metheororum. Ariſt. ſiquidem nec aerem, nec ignē dicit ibi reperiri, ſed id quod à motu cœli incaleſcit, ſed non feruet, vt ignis, niſi eouſque exhalatio aſcēdat, eſt calidum per participationem, quatenus motus accidit cœli ſibi, vnde incaleſcat, qui ſi deſi-

ſtere

ſteret ceſſaret etiam ignis,& quid peius,quàm ignis,tã nobiliſſima ſubſtantia,qua cuncta generantur,& viuunt,non per ſe exiſtat, ſed ab ignobiliſſima re proueniat à motu,videlicet poſito Ariſtoteli actus, quòd ſit potentialis imperfectus, & accidens? debet igitur primum calefaciens eſſe per ſe calidum,ſicut primum frigefaciẽs:iccirco Teleſius vult,quòd ſi Ariſt. ſuam perpendiſſet propoſitionem, didiciſſet cœlum eſſe per ſe calidum,tum quia non eſt cauſa ignis ſublunaris, vt cætera ſint calida; nam calor illius nunquam deſcendere deorſum valet,vt quę ſunt hic calida ſint ab eo,nam eſt contra naturam ſuam apud Perip. hic motus, tũ quia ab aere humido ipſius ſicca portio deſcendens conſumeretur,prę ſertim quando aer eſt multipliciter affectus,& entia,quæ in cauernis terrę fiunt calida non ſunt ab igne ſublunari,quin Auer.in 8.phyſico. vult ignem hic genitum,niſi aer impediret,in eodem inſtanti ſuę generationis fieri in Lunæ concauo,quare ignis calor deorſum nil aduenit,ſed potius ſurſum, nec quiſpiam ignem entium calidorum apud nos cauſam eſſe vidit,vt contra ſui naturam deſcendat, vt magis probabimus in diſputatione de mixtione,& Tel.in 3.ca.43.at Solem videmus ad calidorũ entium factiones concurrere per lucem calidam, Sol ergo videri debet cauſa totius caloris, & non ignis ſub orbe lunari, qui etiam eſt effectus Solis ipſi Ariſtoteli,& ſtellarum aerem conterentium,nec per ſe intenditur à cœlo:intelligentiæ ſiquidem ideo mouere volunt Perip. vt primò aſſimilentur motori, & ad motum ſecundariò ſequitur diſgregatio aeris,& flagellatio;vnde fit calor ignis.Conclude iterum,quia in illo textu Ariſt.dicitur,quod eſt tale per eſſentiam eſſe cauſam vniuocam, vt cętera ſint talia,ex quo concluditur ab omnibus Peripa. Deum eſſe maximè per ſe cauſam cunctorum entium, quia ipſe maximè eſſe habet formaliter non effectiuè tantùm, ex quo multi concludunt pręſertim Scotiſtæ vniuocationem entis:igitur & quod per ſe calefacit, & primum eſt calefaciens maximè calidum eſt vniuocè,ſicut Deus eſt maximè ens,vel analogicè,vt alij concludunt ex textu illo præcipuè Thomiſtæ, itaq. omnia ſunt calida per attributionem ad primum calidum,ſicut habent eſſe per attributionem ad primum ens;cœlum itaq. primum eſt calidũ,& igneũ cauſa,& cætera ſic ſint ſine cõtrouerſia apud veridicos, & Ariſtoteli nõ obligatos,ad confirmationes nil dixit Marta.

Fugiens tandem Marta vltima Teleſij argumenta concedit cœlum calidum eſſe non calore elementari,ſed cœleſti,ſicut ſupra,nec hoc ſequitur ait ad principia Ariſtotel.nam ſi ſic cùm caliditas faciat leue,tunc cęlum eſſet leue,in via Ariſtotel.& tunc moueretur ſurſum,item grauitas, & leuitas inſunt rebus in comparatione ad elementa,non ad cœlũ,quia ipſum non eſt graue,nec leue,quin nec mobile; nam Sole circulari mouetur.

Th. At nos demonstrauimus nõ semel hoc, calores esse vniuocos, & eiusdem rationis, ad alia dicimus, quòd volumus nos cœlum esse leuissimũ, cùm moueatur agillimè: non enim est de ratione leuis absolutè tendere sursum; nam his est motus ad naturam fugitiuus contrarij, sed agilitas maxima, ac mobilitas continua est de ratione leuis, quæ non secus potest expleri, quàm per circulum, vt dixit Plot. nobiscum, quin Arist. 2. de cœl. t. 32. ita leuissimum illud ponit, & æquale, cui nil possit assimilari in leuitate, & æqualitate; quas ob res falsum est in elementis tantùm considerari grauitatem, & leuitatem: item quia habet Aristo. si cœlo addatur astrum difficultatem fieri motui, quæ non aliunde esset, nisi à grauitate: item in 1. de cœl. simpliciter leue appellat, quod omnibus supernatat, & est sursum simpliciter, quod magis cœlo competit, vt arguit Io. Grã. quàm alteri, ex his ergo admonendum fuisse arbitramur Aristotelem, vt det cœlo leuitatem, vel sui oblitum demonstramus: cùm enim videat quantò plus entia ad naturam cœli, & tenuitatem pertingunt, tãtò plus festinare motum circularem, & hinc ad cœlum considerantibus rerum tenuitates, vt aquæ, aeris, & ignis, apparet tenuius esse, leuius, & mobil.ᵘˢ, vt nil verendum sit cœlum celerrimè motum leuissimum esse, & quia leuitas est à calore, ipsum dicendum erat calidissimum, & circumlatum rapidissimè in suo loco: at Perip. considerant tantùm motus, quos edunt inter contraria ipsa elementa, qui non motus sunt naturales; nam semper essent, sed ad naturas regressus, & appetitus mala declinandi: notandum autem, quod Marta in prima disp. dixit leuitatem esse causam caliditatis, & nunc contrarium refert, sed mos suus hoc exigit, & videns calorem cœli facere leuitatem nil veretur cœlum non ponere leue: at magis incusandi sunt nostri contemporanei, qui intuentes huiusmodi veritatem, & ex dictis nostris confitentes, pio (vt putant) affectu Aristoteli velut numini adhærent: cui magis displicent impio (vt videntur) affectu veritatem fallacijs verborum occultantes, quam Arist. etiam vitæ antepónendam esse docuit, & fecit, vel facere credidit, dum præceptori suo resistit Platoni: ast hic homo absque pudore, cum maxima petulantia, nec mobile cœlum posse dici, nedum leue proclamat, sed quid ad nos? persistant in erronea imaginatione.

Arist. 1. ar. Oportet nunc omnia Arist. argumenta examinare singula loco suo, quibus cœlum diuersum esse à sublunaribus colligit, & 1. inquit Arist. 1. de cœl. omnia corpora naturalia habent moueri, quia natura est principium motus: igitur quæ similem illum habent, sunt inter se similia, sed cœlum prorsus dissimili fertur motu: nam circulo mouetur, & omnia alia mouentur motu recto, vel sursum, vel deorsum, sursum quidẽ aer, & ignis, deorsum verò aqua, & terra: hoc adducit Marta de discursu Aristotel. vbi plurima desunt quæ confirmant, & nos singulis cum Telesio satisfaciemus; sed superficialiter aperiamus, infra magis dilucidandum

quid

quid dicat ad hoc Telesius.

Inquit igitur Tele. propriam caloris operationem esse motum præser tim circularem, & quæcunque ignea non mouentur prorsus circulariter, id fieri vult ex impedimento crassæ materię adhuc non bene subtiliatæ, ex quo calori mouenti non resistat, & sursum fiat, vbi perpetuò ferenda sit circuitu, vel ex impedimento frigoris extranei caloris operationes intranei opprimentis, obtegentisq́.: ita quòd motus terrę deorsum, & aquæ non est dicendus motus, sed ad motum imbecillitas, & casus: at motus ignis sursum, nec est motus, sed appetitus malum declinandi, sed circularis, quo perpetuò oblectatur in proprio loco, est motus, propriaq. operatio; cætera verò secundũ accessum, & recessum ab ignis calore, & tenuitate magis, & minus mouẽtur in circulum: duo igitur statuit Tel. prima corpora, ignem videlicet, quem semper moueri decernit, & terram, semper quæ quiescit: inter media verò, quæ partem de ignis tenuitate, partem de crassitie sortiuntur terræ, motu in loco suo circulari, & torpescenti agitantur: motus autem omnes inter se non sunt contrarij, cùm sint omnes vna operatio à caloris natura emanantes, & secundum magis, & minus velociter differentes, quæ differentia non inducit re motum diuersitatem. R. Tele.

Marta cupiens hoc responsum repellere, præsupponit infra probandum, quòd elementa in proprijs locis quiescunt, & cùm sunt extra proprium locum mouentur naturaliter motu recto ad illum, & vni corpori simplici vnum competere motum simplicem. Cœlum autem solum circulo fertur naturaliter, & quia omnia infra se continet mouet ignem, & aerem per circulum rapiens, qui motus vtrum sit à natura, vel præter naturam infra exponetur, & quia motus circularis, & rectus differunt specie, igitur cœlum non erit eiusdem speciei cùm igne, cùm motibus diuersarum specierum ferantur; homo enim, & auis mouentur ambo, & tamen non sunt eiusdem speciei, ita quod non quęcunq. mouentur eandem naturam habent. Mar.

Quęcunq. præsupponit probanda, quę tamen nec probat, nos præsupponimus ibidem reprobanda, ita quòd responsio viri huius nullum fundamentum habet, sic etiam supponimus ignem, & aerem per circuitum naturalissimè ferri, at non rapi à cœlo, ac motus rectos corporum, quæ simplicia ab his nuncupantur, non esse motus, sed fugas, & regressus ad propria, vel delapsus, at quos edunt in proprijs locis, & vniuersitatibus, motus esse veros; igitur cœlum, ignis, & aer erunt eiusdem naturæ cùm ab eodem calore, eodem circumferantur motu diuersis tamen viribus agente calore, & hinc paulisper diuerso motu, sed circulari tamen: exemplum de aui, & homine Martæ patefacit in capacitatem, & imbecillem inspectionem. Omnia etenim entia apud Aristo. sunt ex eisdem elementis; vnde & eiusdem naturæ, & tamen non sunt vocata eiusdem speciei Th.

ciei,& etiam quæ ab vno prædominium habēt,vt oleum,& vinum, quibus dominatur ignis, ex quo maior con uenietia specifica esse debet,nec tamen sunt eiusdem speciei, quin in eodem subiecto differentes species ponuntur,sicut corporeitas,& incorporeitas in animali, & vegetatiua, & sensitiua potentia specificè differunt ab vna anima manantes totali; & ab vna natura duæ res specificę proueniunt: non est ergo mirum si omnia animalia,quæ conueniunt in eadem natura mouente(omnia.n. spiritus calidus mouet)dicantur diuersa specie. Vbi notandum, quòd duo principia rerum in natura reperta sunt apud Tele.calor videlicet,& frigus,& quęcunq. constituta sunt à calore calida nuncupamus,& eiusdem naturę,& sic quę à frigore. Verùm quia Deus opt.max.ab initio diuersa rerum genera creauit intermedia diuersos calores applicans diuersis materijs, diuersitates rerum ortæ fuere,ac perseuerarunt iuxta illius pręfixum ordinem,quem adhibuit in propagationibus earum; quapropter homo semper hominem generat, quia vires caloris, & spiritus retinentes formam hominis,& figuram, quam informabant in generante, eodem semper agunt pacto,sicut in altero agebant, vt in huius hominis formatione operantur eisdem motibus, quibus in sui genitoris formatione,compositione,ac aggeneratione agebant,& genitoris spiritus egit iuxta alterius hominis,qui illum genuit,constructionem:sic de antecessoribus,quousque deueniamus ad primum hominem,quem talibus cōditionibus caloris,& taliter concinnata materia mirabiliter ex terrę mole creauit:cuius actionem primam cætera entia nunc imitantur agēdo, & quod fecit ipsæ hæc faciunt: non enim solùm communicauit nobis summus opifex esse; sed etiam agere, & operari singulis tribuit iuxta singulorum capacitatem,& opportunitatem,& quod diximus de hominibus de cunctis affirmamus, differentiam tamen ponimus, quia infunditur à Deo singulis nobis anima immortalis,quę nulli alteri datur,vt Tele.in 5.lib.demonstrat.Item incrementum entium, & adiumentum eorum actionibus dedit Deus principia, quę ipse creauit Solem videlicet, & terram,ex qua velut ex abysso cuncta entia Sol gignit, sicut Deus docuit in sua prima actione.Sol quidem non tantùm exequitur, quę fecit Deus vniuersaliter adiuuando illa(nam nequit omnia illa generare:nequit siquidem Sol homines ex terra absque semine procreare,& animalia perfecta,multaq. entia,quæ Deus primò instituit,vt Tel.in 6.li.c.23. demonstrat,vt valde liceat Auicennam incusare,& cum eo plures cōtrarium asserentes;at istuc mōnere poterat saltem Auerroem,& Aristo.vt ponant mundum effectum à Deo,siquidem ipsis elementa, quæ ponūt nequeunt tanta opera conficere) sed etiam suas vires diuersificans Sol altera conficit semina,& alterius naturæ constituit entia in figura, materia,& actionibus diuersa,& tandem multa efficit nullis, quę pręfuerūt similia,secundum diuersas vires,situs,materias,resistentiaq. diuersa fri-

gora

gora in diuersis actionibus, vt in plantarum, lapidum, animaliũ, & aliorum naturis speculās philosophus agnoscet, & supra meminimus. Mox autem spiritus noster tot diuersitates, ac cōuenientias simul in entibus discernens iuxta diuersitates, ac conuenientias motuum, & specierum, quibus ab his entibus mouetur, & inde retinet illas species, & motus, inter ea, ne vagetur, diuersitates specificas, & conuenientias, & genericas, numerales sub quodam ordine considerauit, quo horum species diuerso modo, & simul conuenienti conceptas speculetur, & horum scientiã logicam appellauit. Vnde quæ idem prorsus in spiritum agunt, & plura sunt, diuersa numero appellat, & specificè vna, & quæ deinde non prorsus idem, sed cōmunius primo agunt spiritus vna genere dicit, specieq. diuersa, & sic ascendendo gradus horum, inuenit secundum ampliationes, & constrictiones differentiarum, & similitudinem; decernit itē indiuidualem vnitatem, cùm vnam rem nil in se diuisam realiter, & ab alijs diuisam agnoscit; in vno etiam prorsus indiuiduo etiam genericas, & specificas diuersitates distinguit, quia pluribus motibus, & speciebus particularibus in eo existentium partium, & membrorum mouetur, vt Tele. in 8. li. c. 1. innuit, & si idem omnino in indiuiduo vnius speciei comprehendit, quod in alterius speciei indiuiduo agnouit, licet illa indiuidua differant specie inter se, tamen eorum partes sic similes easdem specie esse censet, & prædicat si est verus, & philosophicus spiritus, quod notanter dico; nam quidam sanguinem hominis, & leonis dicunt esse alterius speciei: cuius principium constitutiuum passiones, & proprietates declarant esse eiusdem, sicut albedo cygni, & columbæ eiusdem esse videntur, ab eisdem causis effectæ, & passionibus gaudentes ijsdem, eodemque modo immutantes sensum nostrum, at liceat hoc illis nescientibus: vnde rerum differentiæ indagandæ sunt, sed credo, quòd aliter ipsi considerent naturas, & vsum, quem instituerunt obseruant. Sic respondentes dicimus nos ad exemplum Martæ, pro quo hæc induximus, quod licet homo, & auis differant specificè inter se quo ad logicam æstimationem, quia diuersas species motuum spiritus collectiuus recipit ab eis, tamen calor vtrique idem existens vnius est naturę ab vno Sole procedens, differt tãtùm in virium diuersitate, & in subiectorum difformitate, quibus insunt, diuerso modo agere ĩ diuersis edocti: igitur licet ignis, aer, aqua, animalia, plantæ, &c. disconueniant in multis, conueniunt tamen in vna communi natura non logicali, sed reali constitutiua. s. in calore, qui ea sic effinxit diuersificatis viribus agens in diuersis materijs: attamē diuersæ caloris vires, diuersæ specie à spiritu quandoque existimantur, cũ diuersis modis agant, alter alterius opus cùm destruat, immoderatus. s. opus moderati vastat caloris: agunt tamen omnes ad vnum finem, vt in se contrarij subiectum conuertant, & per contrarij interemptionem se multiplicent, & quòd nequit subiectum sibi parare calor blãdus eo pa-

ℭo,vt ſurſum euehat,parat, & ſubleuat intenſus, quod ſi conſideraſſet Auer.nil veritus eſſet cęlum calidum vniuocè aſſeuerare:hęc omnia huc vſque ignorarunt Peripa.quæ ergo primus perſcrutatus ſum vobis omnia concordans dictis Teleſij: & niſi ſic dicant Perip. cùm omnia ſint apud eos ex elementis compoſita omnia ſpecie conuenient:ſed forſan latius conficiam tractatum logicè,iuxta viam veridicam, & naturalem, à qua deuiantes Peripat.& fingentes multa corrumpunt vera:quare boni ſpernunt illa,ſed redeuntes intuemur dictum Martæ nullum, videamus ergo diuerſitates motuum.

Tel. Motus à ſe ipſis non eſſe diuerſos,& ſibi ipſis contrarios malè Ariſtoteli viſos eſſe,qui tamen ſunt verè motus,demonſtrans Tel.in 1.minor. cap.42 & 2.maio.cap.13.rem ſiquidem,ait,ſupponit Ariſt.quæ nō ſup-

1 ponenda,ſed manifeſtè declaranda erat; quapropter oportet, vt probet illam Ariſt Nos quidem negamus,quia contrarium experimur, omnes enim motus ſunt vna eademque operatio, & ab eadem eduntur natura, quod enim per ſe mobile eſt, non magis hoc quàm illo moueri apparet motu:animalium etenim ſpiritus calidus per ſe mobilis nō arterias modò contrarijs mouet motibus,ſed omnibus aptus ipſe moueri circūpoſitum corpus mouet ſecum,quod à calido ſpiritu moueatur corpus, vide

Confir. Tel.in lib.7.abundè,& confirmatur id; nam diuerſitas operationum eſt à formis diuerſis per Ariſtot. formarum dicentem eſſe operationes:ſed

2 vnus ac idem ſpiritus mouet corpus ſurſum,deorſum, ante, & retro,ad lęuam,& dextram partem.Item omnes motus æquè calorem ignis excitant,accendunt,illumq. ſeruant,nec vnde differant apparet:at ſui obliti Peripat.contrarios ideo volunt eſſe motus,quia ad diuerſos terminos terminantur,ſed ſurſum,& deorſum ſunt ſic differentes.Sed contra loca non differunt,niſi ratione,& reſpectu, igitur & motus non differūt. Nā ſicut via ducens à Megaris ad Athenas,& ab Athenis ad Megaras eadem re eſt,ſed diuerſa ratione,& ſcalæ iter ad inferna, & ſuperna vnū eſt rea-

Confir. liter,duo ratione, ſic motus ſurſum, & deorſum ſuper his ſpatijs factus eſt vnus re,& confirmamus nos iſtuc; nam quantitati nihil eſt contrarium per Ariſt.in prędicamentis,vbi inquit,quia maximè eſſet in locis, vt ſummū contrariaretur deorſum, ſed in his non eſt,ait, cōtrarietas, & Auer.dicit,quod in ſitu eſt contrarietas, ſed ſitus eſt reſpectus, vt tenet Auer.6.phy.tex.85 & Burlæus cum illo,multiq. alij, igitur ſolum reſpectibus differunt,ſed non re.Item Niphus 10.Metaph.diſpu.8.de mente meliorum Perip.dicit eundem eſſe aeris motum,qui fit à concauo Lunę ad concauum ignis,& à ſuperficie terræ ad eundem ignem, ergo motus qui fiunt ſuper idem ſpatium ſunt minus contrarij, vel ſic reputari debent,vt ſola ratione differant. Verum eſt enim dicere deſcendentem ex Luna venire deorſum,aſcendentem ex terra ire ſurſum ad eundem termi

Confir. num:& confirmatur auctoritate Platonis in Timæo ponentis diuerſitates

tes esse sursum,& deorsum respectu nostri tantùm,inquit enim neq. sursum,& deorsum est sphęrico existente vniuerso, sed ad nostrum caput, & ad nostros pedes iudicamus:quare fingit hominem cuius caput sit in aere,& pedes in igne retrahentem libram in aerem, & duo proponētem super lances,hoc quidem maius,hoc autem minus:pellens autem vtrăq. ignis portionem in dissimilem aerem facilius minorem proijciet,& magis versus aerem,quàm maiorem,& illa quę facilius proijcitur dicetur leuis, ac sursum ferri, quę minus faciliter proijcitur, & magis resistit, dicetur grauis:hoc idem contingit,ait,nobis terrę habitantibus, qui partes terrę vi proijcimus in aerem, & quæ facilius tēdit dicitur ire sursum, & esse leuis,quæ non sic mouetur dicitur grauis,& concludit Plato, qđ gressio ad connaturale corpus facit graue, & deorsum.i.reuersus glebæ ad totam terram existentis in aere facit,vt dicatur grauis terra, & locus illius deorsum:& idem dicit Themistius,teste Io.Gram.& Simpl.in 1.de cęl.textu suo 18 attamen non intellige apud Platonicos,hos esse motus, sed regressus ad naturam,vt dixit Plato in illis verbis,& nos pluries locuti sumus,& mox dicemus. Simplicius concordans semper Platonem Aristoteli alio pacto exponit dictum istud,sed nos sumus cum Plotino,Xenarcho, Marsilio Ficino,Themist.& Ioan.Gram.melius audientibus dicta Platonis passione insectandi Aristotelem spoliatis;& confirmatur ipsius Arist.testimonio qui in secretis scriptis ad Alex.Magnum suum discipulum in nullo deuians à suo pręceptore Platone, inquit, ò Alex. sciuisti,quòd substantiă huius mundi in nullo differens est in vniuerso, & eius superioritate,& altitudine,inferioritate, & profunditate,anterioritate,& posterioritate vna est nullam habens differentiam,secundū substantiam,sed solummodo in accidentibus. Item locus,vt probat Tel.1. maio.cap.25 & seq.est spatium spirituale à contentorum corporū mole diuersum aptum natum ad suscipienda corpora quælibet, sed vniuersus mundus est in hoc spatio, in quo nulla est differentia secundum se, sed secundum corpora, quæ in his continentur,in quibus nec longa est, nisi in principijs,igitur quoad locum non est diuersitas,vt authoritates etiam declararunt,& antiquiores nobis exposuerunt,sed quoad corporum vniuersitates in spatij partibus diuersas ipsas situatas; quapropter per se mobilia mouentur ad quamlibet spatij partem veris motibus, at quia vniuersitates corporum contrariorum sortitæ sunt spatij remotas partes,& vna alteram oppugnat, ideo pars vnius ad cognatam semper tendit auidius,vt ab ea foueatur,& contrariam aufugiat. Quamobrem pars terræ à propria vniuersitate,quam natura fixit in centro, abstracta illuc redit,vbi quiescit,& aqua impotens,vt in sublimiori moueatur,quia calor eius non est tantarum virium,vt possit euehere,etiam decidit,aer, & ignis tendunt sursum, quò fugiant contrarium,&ad propriam vniuersitatem, vbi foueantur declinant, veluti ferrum ad magnetem iuxta de-

Confir.

3

clarationem Tel.in li.4.c.23.& si magnes est sursum, ferrum effertur sursum, deuicta veluti grauitate crassitiei materiæ, quo illa potiatur: nulla iccirco diuersitas est quoad locos. Itē arguit Tel principaliter. Arist. duplicē naturam decernit, alterā immobilem, à qua moles, quā subit immobilis fit, vt in aqua, & ferro considerant Perip. q̃ in medio Aristo. quiescunt propter grauitatem à frigore emanantē, vt alias manifestauimus nos, alteram verò mobilē, à qua occupata moles fit mobilis motuq. gaudet, vt aer, & ignis à leuitate, q̃ effectus est caloris, & hęc entia semper mouētur ac ad diuersa: vbi igitur vni naturæ motus oēs competunt, nil inter se diuersi sunt ponibiles, nā cū ab aere, & igne motus oēs fiant quantumuis diuersi in diuersis entibus, ac locis exercitati, vnos esse motus similes, ac cognatos natura statuēdū est. Item aerē, & ignē, q. sunt calidi, & tenues, & cœlū saltem alia ratione apud eos, & nos vniuocè probauimus, oīaq. calida, ac tenuia mobilia esse intuenti, & nil non calidū, & tenue moueri contemplanti, & spiritū item mouere calidissimū quomodolibet, & oīa torpere non calida, vel tenuia minus, quam euehi possint, calori motus oēs attribuendi sunt, vniusq. naturę inter se ponendi, nec ab agentibus, diuersitatem, vnde sumi deberet, nec à locis à quibus cōsueuerunt apud Perip. assumere, cùm non sortiri appareant: itaq. motus motui cōtrarius non est, sed immobilitas, quæ ab alia natura emanat, motus quidem oēs sunt ab eadem natura, nec se inuicem destruunt, sed à quiete, vel causa quietis corrumpitur motus, contrarium.n. à contrario destruitur, & cōtrarij causa alterius, contrarij causa dissipatur, quod Arist. prędicat, cęlū ergo, ac sublunaris ęther cū continuò deferuntur motu, eoque maximè seruentur, & gaudeant, & vniformiter, quasi per circulum, & quātò plus frigori terrę adhærent, & calore quopiam priuantur, tantò tardius mouentur, summè simile igitur his videtur cœlum, quæ mouentur, & soli terræ dissimile contraria natura donatæ, & omnes motus ab vna natura sunt vni, vnaq. operatio.

Mar. Marta quædam verba affert horum, quæ dixit Tel. circa hanc considerationem, & illa valde diminuta: quibus putat respondere, & ad hoc ponit fundamentum Arist. quòd vni corpori simplici competat vnus motus simplex, & hoc fuit vnum præsuppositum, quod paulo ante præsupposuit, probandum, quod non facit modò, sed remittit nos ad Peripa. ex quibus vnam apportat principalem. s. cùm accidentia sequantur formā, si aliquod ens vnam habebit formam, ergo vnam naturam, quę si est simplex vnum tantùm habebit motum simplicē, quia motus procedit à natura; dehinc dubitat super hoc fundamentum, & resoluit. Vltimò tandē satisfacit Telesio dicens ad vnum, quod animal mouetur motu composito, & non simplici, & ideo non mouetur sursum, deorsum, & circulariter; & ideo pluribus motibus mouetur, & quia diuersis appetitibus mouetur ab anima appetente: respondet secundò cum quodam doctore, q̃d animal

animal est compositum ex pluribus formis virtualiter, quæ saluantur in ipso, vt virtus aquę, aeris, & terrę q̃ non sunt substantię, sed accidentia, ideo per has virtutes dicitur habere plures motus, qui nõ sunt simplices sed compositi: respondet tertiò ad idem, quod animal non est cõpositũ ex vna forma, & vna materia, sicut elementum, sed ex ea, qua corpus, ex ea, qua animal, ex ea qua mixtũ, & ideo ex his plures motus habet. Imaginatus deinde respondere ad quodam argumentum Tele. probans motus esse vnos, quia ignis quolibet motu accenditur, quod quidem nõ posuit Tel. vt ex nostris antehabitis vidimus, & in cap. assignatis ex Telesio perpendendum est; inquit Marta se prępsupponere probãdum in seq. qđ elementa in proprijs locis naturaliter quiescunt, ignis verò accenditur varijs motibus ratione materiæ, nam materia ignis elementati est humida, quæ humiditas resistit siccitati, & ideo quomodocunq̃ue ventilabis illum accendetur, & flammæ, quę accenduntur ex motu, destruunt humiditatem lignorum: nec licet sequi sensum, ait, & ęq uiuocare in sensatis, at singula nos destruamus horum quæ dixit.

Summè gloriantur in re, quam nunquam probarunt. s. quodlibet elementum moueantur naturaliter, & ꝙ vni eorum simplex, & vnus motus competat, quod quidem sensui, & rationibus ei consonis demonstrãdũ erat, cũ ab eo tota de quatuor elementis scientia pendeat, at Arist. veluti supponens necessariò, quæ sunt demonstranda more suo, & fimbrias dilatans in his, quæ non faciunt ad scire, veritatem modo suo fingit, & sibi contrarius passim deprehenditur. circa hoc ergo in 1. de cęl. t. 5. & seq. inquit omnes magnitudines, & corpora naturalia per se moueri localiter, quia natura est principium motus in illis, dehinc motus diuersificans cuilibet elemento vnum assignat simplicem, quia simplex quodlibet corpus existit: appellat qui fiunt super magnitudines simplices. At nos cum Telesio naturam non tam motus, quàm quietis principium esse dicimus à sensu edocti: non enim naturam, quamuis mobilem esse, ac motu oblectari, & entia, quæ constituit mobilia facere videmus; sed aliam immobilem immobilitate gaudere, motumq̃ue fugere, & quæ ipsa constituit entia immobilia facere, torpidaque. Ecquis enim cœlum perenni, & nũquam cessante cieri motu, terram verò nullo motu, sed perpetua immobilitate gaudere non intuetur? & propterea hoc mobile esse, quia natura mobili sit constitutum, quę motu seruatur, & oblectatur, & terram immobilem, quia ab immobili, & propterea perpetuò quiescere q̃s non videt? & hoc coguntur velle Peripa. Aristotel. enim secundo physicorum, non tam motus, quàm quietis principium diffinijt esse naturam, & oẽs boni expositores illius aiunt, in quibus est cõtinua quies naturã quietis principium esse, in quibus motus, motus, & declarant hoc in cœlo, & terra. Itẽ in 1. met. c. 2. frigidissimum elementorũ, ac immobilissimũ naturaliter Th.

liter ponitur terra,& 2.de cœl.t.17. & seq. eam necessariò quiescere statuit,& in 3.cœl.tex.18.immobilitatem dat illi naturalem,& in lib.de causa motus an.nullis viribus moueri posse prędicat; oblitus igitur sui Aristot.in 1.cœl.motus tantùm principium esse vult naturam,& terram,sicut omnia elementa motu suo donat. Vnde si vnius simplicis corporis vnus est motus naturalis, & quicunque alius aduenit motus eidem est violentus,multò magis violentus erit motus ei, quod naturaliter quiescit,vt terræ:plus enim conueniunt duo motus inter se,quàm motus, & quies:quare penitus irrationabilis est ratio illa,qua dicit Aristo.terram, ideo moueri naturaliter deorsum,quia ibi naturaliter quiescit; nam etiã si sic esset,sequeretur,quòd nulli enti immobilitas esset propria, & naturalis,si non est terræ,quod non vult Arist.tum quia dato vno contrario datur,& reliquum in natura,vt dicitur 2.cœl.tum quia sensus immobilem eam intuetur,& semper Aristo.docet: item quod sui natura est immobile nullis viribus potest moueri naturaliter, vt innuitur in libro de causa mot.an.igitur si sui natura immobilis est terra,non poterit vnquã quiuis ei attribui naturalis motus: & si quando ab externa vi illud moueatur,nequaquam tamen mobile debet poni: quas ob res,si non modò motus, sed quietis est principium natura, & terra immobilis est visa,& partes eius ab externa vi sursum efferri conspiciuntur, & quoniam ratio assumit Arist.non veras propositiones,nec ipsa vsquam vera cẽsenda erit: itaque quia Aristo.ex motu sursum violento terræ arbitratur ei inesse naturalem alium motum,ne vtrum naturalẽ, nec qui sursum, nec qui deorsum demonstremus.

Th. Si corporum sublunarium nullum sui natura est immobile,sed id solum circa quod circumuoluitur cœlum innixum,vt dicit Aristo.in allegatis;conditiones igitur immobilium nullo sensu innotescunt,at è mobilium conditionibus,& proprietatibus, quibus proprietates immobilium contrarias esse oportet,indagari poterant, & si quod sui natura est mobile à nulla externa vi immobile fieri potest,ac motu prohiberi,sic & quod immobile est à nullo mobile fieri existimandum erat:at quia intuemur mobilium partes,vbi incidunt in quippiam immotum, aut in molem,quæ mobilium vires exuperet,à motu prohiberi; igitur & quæ sunt immobilia à mobilibus prępotentibus moueri posse existimandum est: igitur è partium terræ immobilis in altum motu nequaquam syllogizari potest mobilitas terræ,sicut nec ignis mobilitas potest concludi è partium descensu in materia crassa,& quiete, quod igni euenit suscepto in carbonibus,quòd è partium terræ descensu non possit sustineri eius motus,sic examinat Telesius.

Tel. Quoniam motum quemuis à quapiam natura fieri summè Aristoteli placet,ideo quæ eodem motu gaudent, eiusdem sint naturæ oportet, & si illa solùm,quæ eo natura mouente constituta sunt,deorsum moueri

ri apparent,& non alia, quæ alia sunt constituta natura, vel si terræ, & aquæ vniuersitates nequaquam deorsum vlterius ferri apparent, fortè, quia naturalis earum motus, qui est deorsum vlterius fieri nequit, quia ad medium, vltra quod est spatium nullum deuenit, assentiamur oportet Aristoteli, si hęc sint vera, sed vtrunque est falsum; nam si alia sunt à terra, & aqua ab earum communi natura diuersa, quæ eodem motu, & velocitate, quibus terra, & aqua mouentur, moueri deorsum appareât, nequaquam igitur assignandus erit talis motus naturæ communi terrę, & aquæ, sed alia est inquirenda natura, quę etiam his competat, q̃ eodẽ feruntur motu, sed quia natura communis terrę, & aquæ est sola frigiditas posita ab Arist. nam siccitas, & humiditas commixtæ frigori descẽdunt, vt in terra, & aqua, & commixtæ calori ascendunt in igne, & aere, sicut docet Aristote. igitur frigori descensus, & calori ascensus tribuatur oportet ab Arist. nam grauitati descensus, & leuitati ascensus nequit assignari; etenim Arist. diuersas conditiones sublunarium à cœlo indagauit ex diuersitate motuum, atque calorem, frigus grauitatem, & leuitatẽ, à cœlo abstulit, diuersęq. substâtiæ decreuit esse: quia diuerso motu mouetur, itaque corporum motus non attribuuntur quibusuis eorum ꝓprietatibus, sed substantijs, & naturis quas sortiuntur mobilia: vnde graue, & leue non sunt motus principia cùm sint accidentia tangibilia, & hoc aperuit Auer, 1. cœl. c. 17. & Marta eandem adduxit rationem; singulorum substantię, & naturę proprium dans motum, qui causa cognoscẽdi est talem naturam; atqui in 2. de gen. tex. 8. Arist. graue, & leue accidẽtia ponit, & à numero principiorum constituentium elementa demit, quia non agunt, nec patiuntur, igitur nec mouent; quapropter ab alia substantia prouenit motus, quàm à graui, & leui. Quoniam igitur non sunt propriæ naturę elementorum Aristoteli graue, & leue: sed conditiones aliunde manantes, à proprijs nimirum substâtijs, vt etiam in prima disputatione, absque controuersia demonstrauimus ex dictis Arist. hę autem substantiæ sunt calor, & frigus; calida enim facta aqua fit leuior, grauior verò frigida, propterea quæ descendunt, licet sint grauia, & quæ ascendunt leuia, non tamen illis ascẽsus, & descensus est assignandus, sed principibus naturis calori, videlicet, & frigori, à quibus oriuntur, at q̃a nec frigori potest assignari descensus, multę enim sunt flammæ accensæ in rebus, nōdum bene attenuatis, & quæ, vt perfectus purusq. ignis sint, sola egent attenuatione, & tamen descendunt deorsum, in quibus nullũ frigus esse imaginari debemus: igitur terrę, & aquæ partium descensus, nec frigori, sed ipsarum corpulentiæ, & crassę materiæ restat ascribẽdus, quæ semper, nisi sit exilissima facta, atque tenuissima, sed quid modicum compacta, siue frigida, siue calida sit, deorsum seipsa descẽdit, delabitur, ac decidit, & quia materia nulla operandi vi est prædita, vbi adeò copiosa facta est, vt ab inexistentibus naturis, nec euehi, nec in sublime sustineri

queat,

queat,quod reliquum eſt,vt decidat,ac delabatur oportet.Igitur hic delapſus non naturæ terrę,& aquę,ſed materiæ corpulentæ,& groſſitiei eſt aſſignandus,etiam ſi ſit operatio;nã nec frigori, nec calori aſſignari poteſt;nam ſi terræ eſſet proprius,vt Ariſ.credidit,illa vtique ſemper moueretur(ex quo excluditur ſecundum dictum eorum)& non (vt dicunt) à loci anguſtia,& naturali in centro permanentia dicant impediri,ſi enim natura mobilis eſſet, vtiq. vel talis quies eſſet illi violenta,vel aſſignatus fuiſſet locus ab ipſa natura,ſicut & cęteris mobilibus eſt datus,ad quem continuò deferantur:itaque natura viſa immobilis motuq. ſeruari, attribuenda eſt illi quies,& continua in ſe manendo,continendiq. in ſublimi vis à propria natura,quæ frigus eſt, quemadmodũ enim calori datum eſt,quam ſubit,molem penitus attenuare,& effingere,vt ſecum nullo labore queat commouere,ſic & frigori datum eſt,quam ſubit molem ita effingere,vt perpetuò immobilis ſit, ac in ſublimi detineat, ſicuti in terra intuemur oculis,vt Philolaum,Heraclidem,& Ecphantum multũ erraſſe videantur motum ipſi terræ dantes inſtar rotæ inſenſibilem,nec à deſcenſu partium terræ dicant Perip.amplius deorſum terram, & frigus moueri naturaliter : ipſę enim partes ſuperficiales continuò ſunt à calore corruptæ,& in alienam naturam,vel mediam deductæ,vt à frigore nil bene poſſideantur,(quod earum conditiones, colores præſertim, & arborum natiuitates calidarum declarant) qua de cauſa elatæ aliqua vi ſurſum decidunt ex craſſa mole,quam obtinent:ſi enim in ſummo frigus eis ineſſet propria videlicet natura, nequaquam ab aliena vi mouerentur,vel melius ſurſum motæ, ibi à frigore in ſublimi continerentur: hac vi quidem contentiua,& conſtrictiua frigus præditum eſſe cõtinua terrę quies manifeſtauit.Terra ſiquidem ſicut cœlum ſui natura ſemper mouetur,ſic ipſa ſemper quieſcit,& in ſublimi ſe continet, non autem, quia in medio naturaliter quieſcit,ad illud naturaliter vadit, nam vbiq. poſita ſe ſuſtineret,ſed à frigore ſuſtinetur: ibi verò poſita eſt à primo conditore,vt æquè diſtet à contrario,vt ſupra diximus,ne poſſit ab eo totaliter corrumpi.

De motus concitatione.

Et hinc patet,quare magis denſa,vel grandiora corpora accelerãt motus,quia videlicet plus craſſæ materię in ſe habent: vnde diluitur argumentum Ariſt. 1.cœl.tex.89.ignis maior ſurſum velocius vadit,q̃ plus habet caloris,& non ſic velocius tendit quantauis aeris portio,quia minus eo hebet,concitatur verò motus ex appetitu acquirẽdi, quod eſt bonum,ſicut currit ad magnetem ferrum,& animal ad caſam, vel cibũ concitat curſum, quandoque concitatur motus,vt citò fugiatur, quod moleſtum eſt:cùm autem corporea moles, ſeu materia ad hunc vſum ſit facta,quo operantes naturas ſuſcipiat,& his veluti vnum ſit commixta,& iuxta illarum ingenium agat,& operetur,& quas edunt operationes, q̃-buſue oblectentur,& ipſa edat,& oblectetur, & nullius ex ſe ſit actionis

princeps

princeps, sed si quid seorsum ab illis naturis agentibus agere oporteat, illud inquam, sit ei molestum obnoxiumq́., & coactitiũ,& vt eo se exoluat datum ei est operationem quandam edere, quæ finem imponat illi negotio, quod cogitur seorsum subire,& itaque vel datum est, vt ipsa, licet sit incapax operationis, tamen talem edat, quę finis sit tali negotio, cum quo ipsa esse non vult, itaque si descensus portionis cuiuspiam terræ, vel alterius entis acceleretur cùm est mobile propè finem, qui est terra, talis acceleratio,& concitatio appetitus erit, quo materia impellitur, vt compleat, quod nolit, nec aliud operans est, aut operari potest materia, nisi motum concitans est tunc, vt finem imponat molestæ operationi. i. descensui: videmus namque, quòd si quæ sunt operationes edendæ quę sint molestæ, semper in fine accelerantur, sicut nos in nobis experimur: siquidem materię suscipiendæ sunt naturę, quarum altera est penitus mobilis, scilicet calor motuq́. gaudens omni præter descensum quãdo est delapsus; altera immobilis prorsus quiete solùm oblectata, scilicet frigus: vnde materię non est data facultas, quæ harum naturarũ operationes impediat, retardetue, sed omnis operatio sua est à formis: nunquam igitur sponte sua descendit materia, nec necessitate illa, quam ponunt Perip. sed quòd firmæ rei, ac stabili nulli inhęrere potest, vt in sublimi se contineat, quia frigus eius id facere nequit, cùm sit remissum à calore interno,& externo, sicut se sustinere potest terra à frigore suo intẽso, nec moueri valet,& opera caloris edere, quia calor est exilis in ea, nec potuit occupare, ac tenuissimam facere, vel intensus est, sed non dum id fecit quauis occasione ex parte vtriusque occurrente, igitur labatur, & cadat oportet: hic autem casus est illi odiosus, quia non est à sui natura cùm non sit, nisi forma natura eius, nec à forma iuxta cuius ingeniũ ipsam operari oportet, ergo descensus erit casus,& impotentia ad operandum; quapropter acceleratur in fine, vt citò finiatur talis operatio odiosa, si quoquo pacto operatio appellari debet, cùm sit impotentia formæ inexistentis ad operandum. Hæc,& alia multa capienda sunt ex Telesio in 1. min. c. 44,& seq.& 2 mai. c. 5. vsque ad 13. quæ non agnoscentes Perip. trusi sunt in eos errores, vt nunquam concordes sint, alter alterius semper errorem detegens, ac figmenta, quibus Arist. fictiones defendunt. Falsum itaque assumit Marta,& Peripa. cùm dicunt omne elementum sui natura mobile, ac simplicem cuilibet motum competere: nam terrę solùm immobilitas cõpetit naturaliter, & nulla vi mouetur, nisi secundum partes quasdam, quę à natura terrę calore Solis sunt alienatæ,& motus earum deorsum non est motus naturalis quatenus terra, sed impotentia ad motum; quoniam forma nequiuit illam superare, & occupare omnino, vt calor non fecit adhuc tenuissimam, qua ipse gaudeat tenuitate, labatur sursum, vbi perpetuò voluatur, qua de re aqua deorsum vadit, quia compacta cùm sit corpulentaq́. effecta, non habet

tantum calorem, qui eam ſubeat, & tenuiſſimum vaporem ex ea faciat; vel aerem, ſecumq. ſubleuet; nec frigus tantùm, quantum ſuſtinere ipſam valeat, & aqua ebulliens, licet ſit tenuior, non tamen eſt acta in vapores, qui vltimus ferè gradus eſt actionis caloris in expandenda materia, ideo deſcendit impotens, vt moueatur: fumus autem eius, qui eſt aqua in illum conuerſa per magnam tenuefactionem aſcendit, & mouetur, continet ſiquidem talem calorem, qui attenuatū ipſum trahat: animalia verò, quæ viuunt, habent calorem innatum, & ſpiritum ſubtiliſſimum intus ingenitum, moueri poſſunt, & mouentur quouis pacto: corpulentiam ſiquidem vincit talis calor congregatus in tenuiſſimo ſpiritu, ac vbique diſperſus; at cùm reſoluitur animalis calor nequit moueri: corpulentia enim tunc non valet trahi ab interno calore intenſo, quia is diſceſſit, & exilis remanſit, quem occultum appellat Ficinus: ex dictis omnes ſermones aperiuntur, quibus loquuntur motus elementorum: qui quia nulli ſunt, non ſunt adpoſiti, & ad quos remittit nos Marta, nil dicunt, niſi quod ab vna forma ſimplici eſt vnus motus, &c. quod Auerr. Simplicij, & modernorum eſt dictum adductum à Marta, quod nullū eſt cùm præſupponat, quæ nos nil concedimus, & ipſi nunquam probarunt Ariſto. freti ſola auctoritate, & Ariſtoteles ſuo ingenio, nil naturę decretis: ſiquidem non omnis forma ſimplex eſt motus principium; ſed quędam eſt quietis veluti frigus terræ, & motus qui fit deorſum eſt caſus in omnibus: motus autem ſolùm calor eſt principium, cuius ꝓprius eſt circularis; nam qui fit ſurſum eſt regreſſus ad naturam, & fuga contrarij: quare dicta Perip. nulla ſunt, ignis quidem, & aer ambo ſunt calidi, ſed qui magis calidus eſt ignis, & explicatiorem habet materiam, magis fit ſurſum, vbi & velocius circumuoluitur, aer autem minus, quia exilem continet calorem, & quemadmodum partes terrę ſuperiores continuò oppugnatæ à calore ſunt etiam dictæ terra, & magis quæ ſunt paulo inferius, ſic multò magis aqua, & aer dicuntur cœlum, cùm oppugnētur etiam à frigore, ſed proprio ſint donati calore, nec poni debent non calidi, & locus penes magis, & minus variatus in reſpectu ad verum ignē non variat naturam, tum quia omnes loci vnum ſunt ſpatiū, nec putandum erat Ariſt. quia hic magis ſurſum vadit, is minus, & aqua minimè, ſint alienæ naturę, ſed bene cuiuſlibet indagandę erant cauſę ſuorum locorum, & motuum: non enim quęrimus ſi hæc pars terrę ſuperior eſt altera, & illa inferior, nec dicimus eſſe diuerſę naturæ in via Ariſtotel. niſi penes magis, & minus deorſum; ſic nec quęri debet cur hęc portio cœli hîc poſita aer dicta, & hęc aqua ſic ſit poſita, nec dubitari ſi cœli eſt portio.

Proptereà reſponſio Martæ nulla fuit, ab vno enim, & eodem calore diuerſimodè variato, affectoq. quilibet editur motus, & qui fit ſurſum eſſe à calore demonſtrauimus, & qui deorſum à corpulenta materia, &

vtrum

trum sint motus, & quod ignis maximè propri' est circularis latio, frigoris sola quies, & quòd non sint à graui, & leui motus principaliter probatum est in prima disputatione, & hîc patuit: demonstratum est etiam in prima disp. motum animalis esse à calore, spirituq. calido principaliter, & quòd non sit incorporea anima motrix satis probatum à Telesio in lib. 5. & à nobis in prima disputatione, & licet Aristoteli sit motus ab appetitu animę incorporeę primò, tamen vt à causa executiua est à calore musculorum, vel cordis, vel calidi spiritus in genere neruoso inclusi, vt tenet Auer. Alb. & Ioan. Gram. ac omnes boni Peripa. igitur calor diuersimodè mouet animal, vt instrumentum: at in prima discussione sufficientissimè probauimus esse principale agens ipsum calorem, & iuxta proprium non alterius agere ingenium, & appetitum propriè esse spiritus calidissimi sensitiui; secunda responsio est turpior, etenim si sunt ęquatæ vires elementorum in animali non poterit fieri motus, quodlibet enim ęquè potens esset mouere ad propriam positionem, vt Auer. dixit 1. cœl. & Alb. ibidem tract. 1. c. 3. & si alterum dominatur, mouetur secundum prædominantis motum per Arist. at dicebat Alb. quòd sit ęqualitas iuxta ęqualitatem geometricam, non arithmeticam, igitur secūdum proportionem Arist. semper vnum dominatur in mixto, à quo edatur motus, sed motus prouenit à forma substantiali elementi, vt ipsi probāt (nam secus non possent syllogizare numerum elementorum) substantia itaque vnius dominatur, quæ in se reliqua conuertet: sed hoc perscrutabimus in q. de mix. sed hic homo non distinxit inter motum animalis, & mixti: motus quidem animalis est ab anima apud Auer. compositus ex circulari, qui est proprius animę, & ex recto qui est elementorum, vt dicit in 1. cœl. & in de substan. orb. quod hic homo nesciuit, & nos concedimus isthoc ad sensum nostrum; motus enim circularis est proprius caloris, & consequenter calidi spiritus inexistentis animali, & motū dantis: verùm quia moles materię repugnat diuersos edit motus, & quandoq. quiescit, pauidus ne resoluatur, vel impotēs, vt amplius moueat decidit, sicut gleba terrę: spiritus tamen secundum diuersas appetentias se conseruandi diuersos edit motus, cùm potens sit ad quemlibet, nec motus ab accidentibus editur, sed substantijs elementorum, nō ergo diuersis motibus mouent accidentia elementorum in mixto virtualiter saluata, itemq. elementa sunt in mixto refracta nō virtualiter, vt tenet Auer. & Marta concessit in prima disputatione: remanet ergo apud Aristo. vt moueatur animal ab anima, non ab elementis, & apud nos à calore animante, & delapsus deorsum solùm, non descensus voluntarius ex eminenti loco, sit à materię crassitudine: tertia respōsio non minus est erronea etenim vna forma substantialis ponitur in composito, & in animali à D. Thom. à quo in argumentis primę disputationis non aberrare se. dixit hic homo, & in apolog. vnus igitur motus est omnis, vnaq. operatio:

item quia formę, quę apparent sunt potentię, & gradus fluentes à forma substantiali, quod si sic, consentaneum est, vt iuxta vnius formæ motum omnes moueant, & moueantur, vnde vnus motus respectu harum etiã formarum debet dari.

Responsio Martæ ad aliud argumentum Telesij, cui putat se respondere, quia non intellexerit nulla est, nec ad rem, vt vidistis: sed reprobetur. Et primò sumimus ex pluribus nostris dictis, ac dicendis falsum esse, quòd dentur elementa quatuor, & quòd in locis quiescãt suis, sed omnia præter terram, elementa vocata cœli portiones ponimus, ac mobiles: dicit materiam ignis elementaris esse humidam, si intelligit de sublunari falsum est apud Arist. qui ponit illum siccum 2. de gen. licet nos aliter, sed de nostro, qui in his inferioribus est, falsius apparet etiam in via eorum; humidum enim est, quod proprio termino est interminabile, sed alieno tangenti cedit, estq. tenue, quod nõ competit materiæ huius ignis, vt sunt carbones, titiones, & ferrum ignitum, quæ potius se ipsis terminantur, nec cedunt, tenuiave nec sunt, vt labentes flammæ ad superum ignem, & ignis sublunaris est etiam, vnde nos posuimus humidũ: quare ratio quam reddit de accensione per motum nulla fuit: accensio autem ideo fit, quia à motu disponitur materia, & vigoratur ignis; nam sua operatio est motus; aperiuntur siquidem pori materię, cui insidet ignis, & veluti laxatur, vnde tenuitas egreditur facilè accensibilis, ex cuius exitu ignis robustior fit, tum quia permeat totum, tum quia tenuitas est facta flamma ardens, & ideo ligna viridia non facilè accenduntur, quia ignis non potest penetrare, cùm adsit aqueus humor in his vaporosus, crassus, viscosusq. aditus obstruens igni, frigiditate externa etiam indisponente, quæ ibi magis est, quod non in lignis duris exiccatis, & ideo porosis contingit, quæ flamma penetrat citius, & inuisilis facta sursum tendit citius, & magis alba est, quæ in his conspicitur, nã vapor fumosus, & vaporosus niger nequaquam est; at quando corpus ignitũ est paruum ab ingenti motu extinguitur, quia statim in tenuitatem rapitur, & ignis consumpta materia recedit, non habens vbi penetrans occultetur, vt candelis euenire ardentibus videmus, nec in dictis nostris est æquiuocatio, sed in suis inscitia est, vt vidimus, & obliuio, vt patuit; tum quia superius in 2. arg. ignem nostrum dixit esse in materia sicca, & mordaci, & cœlestem in humida: sed re vera proprietas innata est huius hominis, vt falsus sępe, quin semper sit, & oblitus sui.

Telesius, reprobata diuersitate motuum, omnes cùm sint ab vno calore operatio vna visi, & qui fit deorsum non esse motum, sed casum ostenso, nunc inquit si concedatur Aristoteli motus esse inter se contrarios, & vni simplici vnum competere motum, nequaquam tamen ex his demonstrari potest, cœlum non esse igneum: ignis etenim circulariter mouetur non secus ac cœlum, vt agnouit etiam Arist. 1. metaph. nec di-

cat

cat illum motum non esse naturalem. Eę nanque proprietates,& operationes sunt rebus attribuendæ,quas sortiri apparent in proprio loco, & natura existentes,& quæ competunt toti vniuersitati, & semper, quibusq. gaudent; at ignis in proprio loco, ac natura secundum totam suā vniuersitatem semper mouetur circulariter, circuloque ferri gaudet totus,sicut terra è contrario contrarijs gaudet loco natura, & vniuersitate: cœlum igitur non ideo,quia fertur circulariter non est igneum,& de natura sublunarium,quin magis confirmatur ex hoc esse igneum. Quāuis enim sit eadem natura partis,& totius, tamen potest competere aliquid parti separatæ à toto,ac aliud appetenti, quàm dum est in toto, & sic aliter operatur,quousque veniat ad totum, si operatio dici possit reditus ad totum. Quapropter si pars ignis existens in his inferioribus alieno in loco,ac inter contraria genita appetit tendere sursum ad propriā vniuersitatem,illucq. dilabitur fugiens contrarium non erit attribuendus ei,& toti igni, tanquam motus naturalis,sed fuga contrarij,& ad cō naturale regressus, (sicut innuit Plato) quod competit omnibus rebus extra propria existentibus, portionibus tantùm, quibus pręsertim contingit esse in extraneis,& petere suum locum, vbi seruatur non tantū ab vniuersitate,sed etiam à loco ipsi Aristoteli: illa verò,quam edit ignis in proprio loco,danda est ei,vt propria operatio,quia non vt malum declinet edit eam,sed quia sui natura est talis,qui eam edat, qua gaudeat, & seruetur,& non coactione. Inspiciendus est enim ille simplex motus,qui competit mobili, in sui natura existenti (locus quidem natura est Arist. nec elementum putat consecutum fuisse naturam perfectam, nisi sit in proprio loco) non qui competit ei extra propriam naturam,& locum,& in aliena contraria operanti, vt ad naturam perueniat, & locum suum, & ab hoc motu qui competit dum est in natura,& toti,ac semper syllogizanda est forma substantialis, non qui competit parti coactitiaq. necessitate,& qui est momentaneus,non sempiternus,& hoc Arist. positionibus maximè congruit,apud ipsum enim ignis natura est mobilis, terraq. immobilis,in secundo enim cœl. tex. 18. ponit contrarietatem inter igné, & terram etiam in suis vniuersitatibus,non solùm quoad motum, quia alter sursum,altera deorsum vadit, sed quoad motum, & quietem; ignem quidem ponit natura mobilem, & terram semper immobilē, vbi inquit constituenda fuit terra,vt sit quid fixum stabileque, circa qđ circumuoluatur cœlum,& quia nil præter naturam est sempiternum,sempiterna quiete gaudere vult terram secundum sui naturam, quòd nec à dijs possit moueri,vt dicit in lib. de causa mot. ani. & quia si vnum contrariorum sit in natura necesse est reliquum esse,ideo data terra,& ignis datur,nam si priuatio est dignior erit,vt sit habitus,itaque si quies est,& grauitas,& frigidum,quæ sunt terrę,erit calidum,leue,& mobile, quod est ignis, & tamen huius oblitus Arist. igni immobilitatem attribuit in

propria

propria natura,& loco:non minus sui,quàm sensus immemor,qui motu ignem oblectari,illoq. priuatum corrumpi percipit, quiete verò terram,illaq. priuatam destrui, & hoc argumentum Marta non intelligẽs deprauatum recitat,& deinde adducit aliud Telesij:si salutaris est iocũdusq. hic motus igni,videri debet esse ei naturalis,& proprius, si noxius ac molestus est,à cœlo moueri non oportebat, vt natura prouisum esse videmus; nam promptius, & citius corrumpitur ab opere nobilioris si violenter,& extrinsecè ab eo mouetur,quàm ab ignobiliore,ignis igitur penitus corrumperetur,vel corruptus fuisset si rapitur à cœlo: nullum enim violentum est durabile, vt dicitur 1.cœli, & nullum æternum est violentum,aut præter naturam,vt dicitur 2.eiusdem,at motus ignis durat,& est æternus.

Præterea reddenda est causa cur ignis motu gaudet, & seruatur si est immobilis in suo loco naturaliter,& cur ab alio moueri gaudet,ac cœlo circumuoluatur,vt cometarum motus manifestat.

Præterea si ignis esset compactus, simulq. totus aer,ac indissolubilis vtique si trahatur à cœlo suprema portio vniuersum trahi oporteret, at cùm sit disgregatilis,ac dissipabilis non vniuersus moueatur oportet tãto ordine,tantaq velocitate sequatur tenuis existens, & facillimè inter se separabilis,vnde nequaquam supremę partis motum, quæ sequuntur insequi necesse est,sicut apparet:tota enim moles ignis,quæ est maxima mouetur certo modo,nec disgregatur in se, nisi portio hęc terram attingens ab eleuatis montibus paululum, quid impeditur ne directè circũferatur,sicut aqua impeditur crassitie, & frigore quo minus circulum expleat tamen omnes hę partes mouentur,vt existimare non liceat quo pacto omnes à cœlo rapiantur,& non sui natura motu, sed immobilitate gaudeant.

Mar. Marta autem nil dictorum Telesij capiens arbitratus est recitans dicta eius sic illum pronunciare.Et si vni corpori simplici vnus competat motus,nequaquam tamen diuersum ab igne cœlum ponendum fuisse, neque ignem in proprio loco immobilem,sed mobilem, & cœlo similẽ fuisse assignandum;nam si concedatur Arist.ignem recto motu, & cęlũ circulari moueri non tamen concedendum est quos motus esse cõtrarios,& vni vnum conuenire.

Th. Quę verba non stant simul nam colliguntur ex diuersis capitulis, vbi diuersa enuntiat Telesius,in cap.siquidem 42. probat motus non esse contrarios,& ab vna edi natura:dehinc terræ motum aufert, & postremo inquit dato,quod cõtrarij sint motus, & cuilibet elementorum detur proprius tamen proprius erit igni circularis qui toti competit non parti non aliquid fugienti,sed in sua natura operanti:ex quo liquido cõstat Martam vtrumq commiscere;& nil penitus perpendere; quapropter respondet,sicut argumentari debet, quòd motus specie differentes

sunt

sunt contrariæ per Telesium,sed circularis, & rectus specie discrepant, Mar.
& probat,nam perfectum,& imperfectum sunt huiusmodi, sed circularis est perfectus,quia non recipit additionem, rectus verò, qui recipit, est imperfectus: in hoc sermone multiplicem intueor errorem, primò Th.
quidem quia Tele.nil speculatur,qui in 1.min.cap.57.probat substātias esse inter se contrarias,sicut,& in 2.maio. cap.16.& inter cæteras rationes adducit auctoritatem Arist.ex 10.Metaph.t.13.ponentem differentias specificas in vltimo oppositionis gradu,& in 2.de anima. nolentem quamlibet animam cuilibet corpori esse indendam contra Pythagoram ex quo eligit valde contrarias debere poni species apud Arist. vt nos exposuimus in disputatione prima, hic autem homo putat esse dictum de mente Tel.si hoc intendit:nam aliud velle nequit. Nos autem ponimus omnes appellatas species ab Arist.quę à calore sunt efformatæ eiusdem esse naturæ,& diuersitates esse in viribus calorum,& materierum diuersimodè,& fictarum,vt aliâs diximus ex quibus spiritus noster specificas, & genericas eligit disconuenientias;quapropter extrema contraria sunt calor,& frigus terra,& cœlum:media verò possent poni species constitutę à calore quas diuersæ naturæ spiritus non speculans videtur appellari:quas ob res si Tel.eiusdem naturæ motus diiudicat maximè sui est tenax memorque,& dehinc si gratis concedit Aristo. esse contrarios motus,nil tamen ex hoc sequi ignem non moueri circulo dum demonstrat Arist. gratias prętat suasq. positiones firmat magis roboratq. nō sicut putauit hic crassiusculus homo.At agè morem Tele. seruantes si concedamus huic homini Tel.dicere hos motus non esse contrarios, qđ prętabat ipsi Arist.probatio tamen huius nil probat motus esse contrarios specificè,nec in via Arist.nec Tel.etenim Arist.1.cœl.t.12.ex hoc,quòd est perfectus circularis concludit esse primum non autem ex hoc probat alterius esse speciei,perfectum quidem, & imperfectum in eadē specie,& natura reperitur in vtriusq via, albedo enim oui est perfectior parietis albo,sicut anima Socratis,anima Sortis, & si in summo gradu recipiatur albedo poterit altera,quæ non est in summo ad summum deuenire,quia est intēlibilis ex quo fuit,quòd ex hoc, quòd fit additio vni alteri verò non,ideo differant specie. Item nec probatio valet circulari; etenim motui additur semper,vt circulatio hodierna externæ,dicunt,ꝙ est alia numero hęc hodierna,& ideo non fit additio ei, quæ fuit cōpleta,sed nihil dicunt;etenim rectus motus eodem modo se habet cū enim finitur in hoc loco si fiat additio alius erit numero motus, namq.apud Peripateticos distinguuntur à terminis ad quos; quapropter Auerr. & Simplic. 1.cœli respondentes Philopono diuersarum specierum motum ignis,& aeris diiudicarunt cum suo Arist. quia licet vterque sit sursum non tamen ad eundem terminum,item quia in cœlo non est principiū motus ab Arist.non est danda circulatio completa. Item omnis circulus

lus poteſt extendi per additionem partium mathematicè loquẽdo: quã uis enim data quantitate maior adhuc eſt conſideranda 3.phy. ſicut lineæ rectæ fit additio mathematica, ſic & motui recto; etenim ſi loquamur naturaliter, tunc non poteſt figuræ cœli fieri additio, nec motui p Ariſt. ſic etiam nec recto, quouis enim dato recto ſi fiat additio variatur non ſolùm numeralis, ſed & ſpecifica vnitas, vt dicunt de motu terræ, & aquæ deorſum ſpecificè differentibus, nec dicant his ſpecialiter conuenire talis variatio, ſicut talpę non videre in animalium genere; nam omnibus motibus apud Ariſt. competere oportet ponentem terminũ ſemper illum variare: peſſimè etiam ſentit Marta, dum dicit ei fieri additionem modò, quòd exiſtit in omnibus, tam permanentibus, quàm ſucceſſiuis, & ideo quia motus heſternus non eſt, nihil ipſi additur, ſed alius fit; nam verum eſt de quolibet motu, nil permanere eius cui fit additio, qui enim additur motui recto, additur non exiſtenti, partes enim præteritæ non ſunt, & de motu momentum indiuiſibile ſolum habetur, ſicut de tempore per Ariſt. in 4.phy. & 6. & prætereundum non eſt, quòd dicit motum cœli eſſe finitum, quia incipit ab oriente, & terminatur in occidente, ſed falſum reputandum, tum quia non euadit, quin fieri poſſit additio, tum quia qui eſt oriens noſtro hemiſphęrio, alteri eſt occidens, & qui habitant in noſtro oriente habent illum per zenit, & diuerſimodè ponuntur orientes, & occidentes à diuerſis nationibus, & ſecundum diuerſitates horizontum exiſtimãtur hi puncti in cęlo: verũ omnia ſunt ſecundum noſtram imaginationem ſignata, & in reſpectu ad nos, quod patet, quia aliter reſpicientes cœlum in alijs terrę partibus incolẽtes aliter de oriẽte, & occidente diiudicant, & de ſingulis alio modo imaginantur cœli ſitibus: ita quòd non poteſt præfigi finis cœli motui naturaliter ſecundum ſe, ſed reſpectu noſtri, & præcipuè ab Ariſto. qui cœli motum ęternum ponit; nec dicant, ſi incepiſſet, ab oriẽte incepiſſe oportere, vt fingunt; nam nullus eſt enim oriens in cœlo, niſi comparando ipſum ad noſtram habitationem: redeamus ergo, & dicamus, quòd hic homo neſciuit indagare perfectionem motus circularis, & diſtinctionem à recto ſpecificam, vt ſe iactat. Nil etiam reſpõſionem Teleſij inficit hoc dictum, ſed enim ab eadem eduntur natura: à calore quippe eſt motus ignis circularis, & rectus, vt mox diſputamus; at eadem natura non cauſat effectus diuerſos ſpecie per eos, & quia videmus hos motus diuerſos, non erat dicendum eſſe alteram naturam, quæ circulo mouet ab ea quæ mouetur, & ſi videtur ignis natura mobilis, non erit ei naturalis immobilitas aſcribenda: vnde & perpetua violentia; ſi duo contraria nolit eidem ineſſe, nec motus contrarios, vel motum, & quietẽ, quæ magis ſunt inter ſe contraria, nec motus ſurſum, vt proprius dandus erat igni, ſed vt reductiuus ad proprium motum, qui eſt ei edendus cum cognata vniuerſitate, & mali fugitiuus, entia ſiquidem quæuis extra locum ſuũ nata,

ad

ad illum tendunt, quod Aristotelem, & Peripa. monere poterat natura motuum, & qui proprij sunt, & qui mali declinatiui, molestiq. contrarij. Nec minus nobis quàm longè optimis viris antiquioribus id visum est. Ptolemęus enim in libro de elementis, & in prospectiua Plotinus et in 2. Enn. Xenarchus in discussionibus aduersus quintam essentiam igni circularem motum dederunt, inquientes motus rectos conuenire elemẽtis dum sunt in fieri in locis alienis non nactis adhuc perfectionem, & in his in quibus sunt præter naturam, & nondum in propria ierunt, & hoc Arist. dicere tenetur, qui 4. cœl. & 2. de gen. dicit ad proprium locũ ferri elementa, sicut in propriam naturam, extra quem sunt imperfecta, & in potentia, quod omnes boni sectantur, vt Alex. Auer. & Simpl. quamobrem si appetentia propria loca, & proprias totalitates, & formas adhuc ipsa imperfecta, mouentur ab alieno loco, & dispositione, quam habent veluti pręter naturam, in quibus sunt genita, vel vi detenta, palam est, q; non secundum naturam se habentia perfectè recto mouentur motu; sed in proprijs locis existentia, aut manent, sicut terra, aut mouentur per circuitum, sicut ignis, & aer sibi contiguus: subtiliter sanè Xenarchus ait. Nulli elemento existenti in propria natura inest motus rectus, sed ei solùm, quod est in fieri, quod autem fit non est simpliciter elementum, & perfectum, sed mediũ inter esse, & non esse, sicut quod mouetur, & hoc liquet; nam adhuc non habet vltimam perfectionem, & speciem, quæ est locus, iuxta doctrinam traditam in 4. de cœl. t. 23. & 8. phy. t. 32. vbi habetur, quod sicut est in alijs motibus, quòd aliquid mobile non est tale p̄fectum, sed potentia semper, nisi peruenerit ad terminum, sicut calidum non est calidum, nisi dum est in vltimo gradu caloris, sic locus est vltima perfectio in elementis, extra quem existentia imperfecta sunt, habentia de potentia: & quantum agens dat de forma, dat etiam de consequentibus formam, & cùm locus per se consequatur elementum, agens dat ei locum; vnde Auer. ait, quòd ignis hic genitus, nisi esset medius aer impediens, simul, & semel esset hic & in concauo Lunæ, quod suus est locus, & forma, sicut quam habet à generante, & Alex. vt refert Simplic. 1. cœl. c. 2. & 16. inquit elementa esse imperfecta, antequam sint facta in suo loco, & sic competit eis rectus motus, sed facta perfecta vel mouentur semper circulariter, vt ignis, vel perpetuò quiescunt, vt terra: at plusquam cęteri Perip. Marta hoc asserere tenetur, qui fingit leuitatem esse ignis formam substantialem, at leue, vt habetur 1. cœl. & 4. eiusdem est, quod omnibus supernatat, nõ igitur erit verus ignis, & perfectus q. est apud nos, nisi in Lunę concauo omnibus fiat superior, & graue dicitur, illud quod omnibus substat in allegatis locis, & in 1. metaph. nequaquam ergo terra erit terra, nisi sit in loco facta, vbi ab omnibus elementis superetur, & veluti hęc dixit eadem Marta, dum in propria natura esse per graue, & leue affirmauit elemẽta in prima disputatione, & nos discussimus aduersum

sum illum: quā de re bene probabit Xenarchus motum circularem dandum esse igni naturaliter: vnde conuincitur cœlum igneum esse, & rationem Arist. nil valere. Simplicius verò vi dictorum optimi Xenarchi compulsus inscius quo euadat modo, ait, fortè concessit Arist. eum, qui recta linea fit, motum esse imperfectorum adhuc existentium elementorum, & quid vlterius indigentium, ac existentium ingenerari, & corrumpi; volens autem ab his separare cœlestia, à motu argumentum sumit, ostendens iilis esse motum generationi, & corruptioni congruum, cœlo autem motum susceptiuum æternitatis: hæc Simpl. alia autē, quæ supra posuit reiecta apparent ex dictis Tel. & nostris rectè intuenti. Cæterùm hoc responsum falsum est in via Arist. nec saluat diuersitatē cœli ab his sublunaribus. Primùm quidem, quia Aristo. in 1. de cœl. & in 2. & 4. & in de gener. ac vbique de elementis, & eorum motibus pertractans proprium naturalemque motum dat igni eum, qui est à medio, & quod competit parti ipsius hic existenti, ipsi toti conuenire contendit, idem in quiens est iudicium de toto, quod de partibus, nec regressum eum putat, sed ignis naturalem, & quicunque alius adueniat violentum vocat. Ex hoc insuper motu ignis naturam inuestigat, nec vnquam talem motum sic enuntiauit esse elementi imperfecti, vt dicat alium esse eiusdem perfecti, & tamen statuit illum, ignem sui natura mobilem esse, nullum alium motum ei naturalem assignans, sed violentum quemlibet alium ei appellauit, & raptum à cœlo circularem esse dixit, passim sibi contrarius, ac inconstans: Aristote. in 2. siquidem de cœlo mobilem sui natura posuit ignem, sicut terram immobilem, motum verò naturalem nullū dedit, nisi rectum in sua falsa imaginatione perseuerans, nec quid vltra speculatus, sed nimis sibi confidens, ingenioq. suo non naturæ omnes cō placituros credidit, cum Deo opt. max. pugnans, dicens illum indidisse motum circularem violentum igni, qualis rectè non dandus erat: ò quā impiè, & si sic velit Simpl. à propria nimirum natura ignem circulo ferri, & non à cœlo, cùm mobilem illum ponat, Aris. dixerit oporteat: cuius contrarium habetur 1. metaphy. & ipse clamat Simpl. Quòd nec saluet diuersitatem inter ignem, & cœlum ex hoc recto motu Simplicius, facilè est, vt demonstrem; etenim dixissent aduersarij Aristotelis Anax. Heracl. cæteriq. Pythagorici, & Platonici ponentes cœlum igneum illum continuò refici, & regenerari è partibus terrę in ignem inuersis; ille quidem ignis sublunaris habet motum congruum generationi, quatenus partes ignis hic genitæ rectò ad ipsum feruntur motu per Simpl. sic ēt ignis superlunaris, & sublunaris, qui etiam ab antiquis dictus est cœlū, & non modò ille, sed aer teste Plinio, & Telesio, regeneratur, eodemq. pacto ad ipsum totum feruntur partes ignis apud nos natæ ad totum cęlum, eiq. incorporantur, vbi deinde perpetuo feruntur circulo: quare ex responso Simplicij confirmantur magis antiquorum decreta. Heraclitus enim

cœlum,

cœlum, & prçcipuè Solem ex vaporibus à terra attractis nutriri voluit, teste Arist. 2, metaph. cap. 2. quin Philolaus Pythagoricus ignem nutriri putat cœlestem, & eius partes nonnullas deorsum labi quandoq. vt fluxus continuus fit: non tamen totius permutatio. Plinio item in 2. lib. cap. 9. & 104. visum est Solē, & astra nutriri ex terræ sublatis vaporibus, qui Aristoteli sunt potius ignis nutrimentum, quia ipse noluit cœlum ignem ponere: nullo igitur pacto Aris. nec Simpl. fingens, vt saluet illum ignem alienæ naturæ à cœlo manifestant; at in sui natura ignis circulo fertur, vt cœlum, & extra illud existens ad idem reuertitur, fruiturq. cœli operibus, eiusque naturę etiam visui apparet; si enim cœli pars per vim deferatur in terram, sursum quidē expedita moueretur, sicut ignis, q' nobis cœli pars est optima, ibiq. circumuolueretur cum sua vniuersitate, quod visum est etiam Ficino: at quando nullum est Simplicij adiumentum, & Marta erroneus in cunctis est, ad eum reuertamur, dicētes, quòd indaganda erat prçstātia motus circularis supra rectum ex sui perpetuitate, & naturali oblectamento, quo fruitur cœlum, & ignis edens illum in propria perfectione, ac natura existens: quarum conditionum oppositæ competunt recto: ipse enim momentaneus est, & alieno in loco editus, ac à corpore nondum nato suam extremam perfectionem, nolente item eo frui, sed properante talis recti motus finem, itaque & destructionem, nec inuestiganda erat diuersitas motuum rectorum à terminis paulum distantibus, & ex hoc, qđ magis sursum tendit ignis, quàm aer, quia est tenuior, & calidior diuersos motus edere dicendum erat, sed vnumquemque ad proprium tendere, iuxta sui principij actiuitatem dicere oportebat. Quas ob res, quia ignis est actiuior sursum magis ascendere, quam aer existimādus, ac inter se penes magis, & minus differre in actiuitate, & contrarietate ad terminum. Considerandumq. erat non esse verè motus, qui sursum ducunt, & qui deorsum, & deorsum à materiæ crassitie rapi delabentis, cadentisque, cùm calidissima entia etiam delabātur, dum materiam crassam nō totaliter calor in tenuitatem redegit: vnde vtriq. hic motus est violentus, & exosus coactitiusque: vnde Euenus Poeta canit:

Omne necessarium res est profectò molesta.

Et vis est necessitas, vt ait Sophocles:

Sed vis sæua premit, fieriq. hęc improba cogit.

Ad aliam Telesij rationem dicebat Marta, quòd sibi Arist. non cōtradicit, quia ignis est contrarius terræ, etiam hac contrarietate habito respectu ad cœlum, quia ipsum mouetur super re immobili, quæ est terra, & ignis, qui est sub cœlo: sic terra in se, & respectu cœli immobilis est, ignis verò in se immobilis, & ratione cœli mobilis: sicut igitur moueri, & non moueri sunt contraria, ita terra, & ignis, & cœlum hac contrarietate etiam sunt contraria. Mar.

Th. Sed hoc est figmentum. Aristo.enim ipsa coactus veritate terræ summè contrarium ponit ignem in eo textu, arguens non ex parte cœli, sed generationis. Si enim, ait, cœlum mouetur oportet esse quiescens, circa quod voluatur, vt deducit Auer. Simpl. & Niphus: igitur datur terra, qua data oportet dari ignem, quia est terræ summè contrarius, & nobilior, quibus datis dantur cætera elementa; nam sunt inuicem contraria, igitur & generatio, & dicunt non posse fieri generationem absq. igne, quia Auer. determinat Deum primò esse propter se, secūdariò propter aliud, elementa verò primò propter aliud. i. propter generationem, secūdariò verò propter se; quapropter non tam respectu cœli, quàm generationis assignat ignis necessitatem, & contrarietatem ad terram. Arist. quin magis respectu generationis, vt elicitur ex Auer. quin etiam comparata inter se eodem pacto contrariantur; nam eorum motus ad duo extrema terminantur, tanquā maximè contrarij: ex circulari verò nil contrahunt contrarietatis, circulus enim 1. cœl. nulli est contrarius: item sunt verè elementa cùm sunt in suis locis à quibus formam, & perfectionem suscipiunt, vt dicitur in ante allegatis textibus, quibus adde 4 physic. & 2. de gen. t. 50. & 4. de cœl. t. 25. cùm igitur terra, & ignis sint in vltima distantia, erunt in vltima oppositione perfectionis formalis, quas sortiuntur à locis, & Marta aliud confiteri non potest; nam graue, & leue ponit formas substantiales, sed terra est grauissima, & non aqua, ignis leuissimus, & non aer, vt vbique Arist. Auer, & omnes Peripa. testantur: maximè igitur contrarius ignis est terræ ex se ipso, & hoc venari iuxta veritatem nobis licet. Nam terra summè est crassa, opaca, tenebricosa, sicca, renitens tactui, in infimo loco, grauissima, frigidissima, quæ corripitc, ompingit, durat, & exiccat per se; summè immobilis, & torpida velut in medio iacens: ignis è contra calidissimus, tenuissimus, lucidus, humidus tactui cedens, in circumferentia positus, quę occupat, emollit, attenuat, resoluit, & sursum vehit, perenni fertur motu, & albissimus existit, ac exilis, nil opacus, quæ omnia examinata videnda sunt à Telesio, in tertio maio, cap. 28.

Mar. Ad aliam respondet Philosophaster cum Simplic. quòd quando duo corpora sunt contigua potentius ducit secum impotentius, sicut rota formicam, sic cœlum ducit ignem per circuitum, qui motus nō est igni violentus; nam subtiliatur, & conseruatur, vt si accipias funem ignitum, & moueas circulariter, accendetur magis, nec est naturalis; nam his est rectus, igitur supra naturam: sed dubitat, quia Arist. 1. cœl. omnem motū ponit, vel naturalem, vel violentum, & qui competit vni naturaliter, alteri est violentus: ipse respondet, quòd datur quid supra naturā ab Aristo. nam ponit primum orbem mouere inferiores, qui motus non potest esse, nisi supra naturam, & in Ethicis habetur, quòd vita beati non compet it homini secundum naturam, nec præter naturam, & quòd sapientia

superat

ſuperat hominis naturam, nam ſecus quiſque poſſideret illam,& Auerr·dicit motum eſſe nobiliorem, quàm naturalis; & motum ignis, ait, eſt ſupra naturam in orbe Lunę, nam aliter eſſe nequit. Et adducit ſolutionem cuiuſdã Lectoris Neapolitani Bernardini Longi, qui aiebat, quòd quia antiqui compoſuerunt cœlum ex ſummitatibus elementorum, quod Teleſius nunc tenet, ſequitur quòd omnis motus ſit naturalis, aut violẽtus, nam tunc ignis non haberet ſuperius, quod moueret ipſum ſupra naturam, ita quòd arguens contra eos Ariſt. bene ſuppoſuit omnem motum eſſe, vel naturalem, vel pręter naturam: at poſita opinione Ariſt. ſequitur motum ignis eſſe ſupra naturam, & dubitat; nam motus ignis non eſt ſecundum propriam inclinationem ſub Luna per circuitum, ſed ab extrinſeco. Soluit quòd non eſt contra naturam, ſed ſecundum naturam; nam tunc eſſet violentum agens talem motum, quando deſtrueret, ſed cœlum conſeruat.

Nunc autem iſthęc omnia nobis oppugnentur eſt opus, & falſitates ſingulæ manifeſtandæ. Primò quidem nequit ignis moueri à cœlo, vt eorum poſitiones volunt: ſiquidem cœlum ponunt præſtantiores Peripat. nulla tactili pręditum qualitate, itaque nil à cœlo ignis cõtingatur, nec tangat oportet, vt quomodo trahat ignem cęlum nequeant fingere: item quod eſt immobile in ſuo loco naturaliter ab alio moueri nequit quamuis præſtantiore, niſi trahens deprimat, quod trahitur, & ſuper illud repat, & vergat, quò poſſit ducere, vel partes vnius ſint aſperę, & duræ quarum vnæ alijs complicentur, & imponantur, at in cœlo, & igne, non ſic eſt; nam leuiſſima pręditum eſt ſuperficie cœlum, eſtq. labiliſſimum, ſeipſum in ſe continens, nil ignem deprimens, ſuperficies ẽt ignis eſt leuiſſima, ęquabiliſſima, ac fuſilis valde, nullam partem altera eleuatiorem habens qua trahatur, vt nedũ ſenſu percipi, ſed nec imaginatione vlla capi poſſit quo pacto ignis trahatur à cœlo: dant contẽporanei exẽplum de fune ſuper rotam ſuo tractu voluente illam, & neſciunt quid dicunt; nam funis deprimit rotam exiſtentem in ſuo axe maximè volubilẽ, & illam ſuo pondere, & alieno tractu deprimens attrahit, ſuperq. illam innitens nil in ſe manens vim ingerit, ſuntq. dura corpora, quæ cœlo, & igni abnegata naturaliter fuere. Sed ponãtur duæ chartæ, quarum altera ſit ſuperior tangens inferiorem in tota ſua planitie, & commoueatur ſuper eam non ei innixa penitus, ſed veluti in ſublime, vndique contẽta ſolummodo tangens, & tunc nunquam inferiorem mobilẽ faciet, nec trahet: quantò magis cœlum, quod decuplo debet eſſe ſubtilius, & leuius igne iuxta Perip. proportiones, & in ſe manet, contingens ignem nil debet rapere, & experientiæ ſunt innumeræ: de aere voluto ſuper aquã immobilem in aliquo ſpatioſo loco, quam non commouet, niſi directè, & ſumma vi venti, vel cuiuſpiam impellentis ſuperlabatur, & feriat, non ſi leniter moueatur ſuper eam, ſicuti cœlum, quod vix ignis ſuperficiẽ tãgit, Th.

git,

git, tanta ratione se continens, & leuissimum existẽs supermouetur: nusquam igitur apparet modus, nec cogitabilis quidem, quo cœlum motu suo trahat ignem sui natura immobilem, totum aerem, & tandem aquas in proprijs locis immobilitate Aristoteli gaudentes; ignis ergo si est naturaliter mobilis, vt dicitur 2. de cęl. & terra quiescens naturaliter, & terra tota nunquam ab aliena vi mouetur, ergo nec ignis, & si terra naturaliter quiescit, igitur & ignis naturaliter mouetur non supra naturam, nec ab aliena vi, vnquam motum patietur: præsertim ignis cũ sit, & aer, corpora tenuissima, & maximè labilia ictum fugientia, quomodo à fusiliore, & tenuiore, & exilissimo corpore moueantur non video: tũ hoc dato ignis superior portio solùm moueretur, nam cùm reliquę partes sint labiles; facilè dissipabiles, & disgregationem omnem veluti sine vi patiẽtes, itaque & vna alteram trahere nequit, quomodo eorum vniuersitates omnes trahantur non est imaginabile, pręcipuè à corpore sic leuissimo, & illis exiliore nullam quasi vim inferente, nec deprimente: item nullum violentum durabile, & nullum æternum est præter naturam, sed motus ignis circumlatiuus est ęternus: igitur non conuenit ei à cœlo rapiente quia tunc corrumperetur: item vnumquodque ens existens in proprio loco, & natura operatur operationem sibi propriam, & non alienam; nã si sic facilè corrumperetur, propria ergo operatio ignis est latio circularis, vel nunquam reperitur ignis in sui natura, sed semper præter naturã vel supra naturam, quod esse nequit: inimaginabile quidem est, ꝙ ignis principalissima pars vniuersi, nunquam in proprio sit esse, & operari, sed in aliena natura, & operatione quantumuis diuiniore, & ex hoc reprehẽdendus esset Deus, & natura, qui motum, qualis non est dandus, perpetuò dederunt igni, nec fingant, quia trahitur à corpore diuiniore, & potentiore: quantò enim nobilius est corpus, tantò robustius est; igitur tãtò peiorem infert violentiam, quod naturaliter quiescit: si ergo ignis naturaliter quiescit, quantò fortius est corpus cœli, tantò magis violentat illum dum mouet, & per consequens corrumpit: itaque Simpl. ex eo, ꝙ ignis seruatur motu circulari non debebat concurrere ad nobilitatem, & præpotentiam rapientis, sed ad naturam gaudentem tali operatione, eamq́. edentem ex se; nam si delectatur immobilitate ignis sublunaris, quouis pacto adueniat ei, quod est contrarium tali immobilitati, erit illud violentum, quo non debeat gaudere: sed si non esset contrarium suę immobilitati, sed supra illam distinctumq́. à contrario suo cõcedi, quid posset dare virtutem seruatiuam, quia enim terræ immobilitas competit in medio à quantumuis diuiniore moueatur, tristaretur: siquidẽ omne, quod terram mouet est nobilius illa; nam elementorum ignobilissimum esse aiunt Peripatetici. Item Arist. 1. cœl. t. 15. quæ circulari latione feruntur, inquit, si præter naturam ferantur, mirabile, & omnino irrationabile continuum hunc solùm esse motum præter naturam cùm

sit.

sit: videntur enim in alijs citissimè corrumpi, quę præter naturam sunt; quapropter si ignis motus est ęternus, & continuus non poterit ei non esse naturalis; nam citò corrūpatur, vel corruptus iam sit oporteret, nec dicant supra naturam esse, quia motu illo gaudet, & seruatur, vt dicit Marta; nam motus ignis deorsum accendit illum, sicut & circularis, nō minus enim funis ignitus accenditur si trahatur deorsum, quàm per circulum, vt falsus videatur Marta, qui per solum circulum accendi pronūtiat, nil veritus sensum negare: item ex hoc dicto probauimus supra debere syllogizari illum motum esse naturalem, non supernaturalem. Nec dicant esse supra naturam, quia trahitur à diuiniore, & ex hoc non cessare, nec corrumpi veluti Simpl. respondet Xenarcho, & Philopono. Arist. namque in primo cœl. & 1. metaph. vbi propriè debebat hoc fieri nō determinauit, nec meminit saltem, sed omnem motum, vel naturalem, vel violentum esse præsupponit, & licet Marta adducat alios textus, hi tamē ad rem non faciunt; nam Arist. loquitur ibi de accidentali non necessaria inhærentia, qua natura manifestari solet, vt esse sapientem conuenit homini ab arte, vt habet 1. Posterio. & de beatitudine, & Deo quæ affert sunt alienæ considerationis, excedunt enim naturam cùm sint à Deo à quo dependet natura, sed secus est de motu ignis, qui semper est, & necessarius, quare & naturalis per textum, quem allegat: si enim, inquit sapiens esset homo naturaliter omnis homo, & semper esset sapiens, sed ignis omnis mouetur in circulū semper, igitur naturalis est ei talis motus: corrumpitur quidem ignis, nisi moueatur etiam testimonio Auer. igitur immobilitas est ei præter naturam; nam si naturalis non corrumperet illum, & motus, qui seruat, est naturalissimus, & non supra naturā vel præter, & si esset illi quies naturalis, vel supernaturalis seruaret ignē. Item Arist. in eodem tex. 15. concludens inquit. Si quod circumfertur præter naturam circumferatur, illud corrumpetur; quapropter si ignis ait sit cœlum, quod circulo fertur, tunc non minus præter naturam erit circularis motus, quàm qui deorsum, ignis enim motum eum videmus esse, qui fit è medio secundum rectum. Qua de re Aristoteli corrumperetur ignis quocunque pacto moueatur etiam circulari à quamuis diuiniore trahatur corpore; tunc quidem non corrumpit corpus diuinius, cùm dat id, quod non est contra naturam recipientis, vel aliud dat quo mediante malum ab alio sibi illatum effugiat, sed cœlum dat motū, qui directè opponitur immobilitati suæ naturali, nec malū aliquod ab hoc motu effugit, sed potius bonum deperdit sibi naturale: vnde quia ignis motu illo oblectatur à principio intrinseco assignandus erat ei motus. scilicet à calore, qui apud nos etiam Arist. sensu omnia mouere deprehenditur, & non ab alio, quodcunque sit illud: non erant itaque inuestigandæ fallaces responsiones Martę, Simplicij, & illius Lectoris, quem adduxit, cùm Aristo. dicat non minus præter naturam esse motum cir-

cularem

cularem ignis, quàm qui deorsum. Responsio illius Lectoris non est sua sed Niphi, quam dat in eodem 1. cœl. t. 15. Niphus. Sed non minus fallit, quàm aliĝ: si enim circulo ferretur ignis, & esset cœlum, tunc esset latio illa ab intelligentia, quæ nobilior est cœlo (quod dicunt dare motum igni supra naturam) & sic esset magis supra naturam, quàm nunc est, vt hi viri loquuntur, & hoc valet in via Arist. qui cœli motus intelligentijs committit in 8. physi. & 12. metaph. & ex hoc quod fingunt loqui cõtra Platonem, contra quem putant sequi illum motum esse præter naturã minorem apparentiam, fictio. Plato enim in Timæo cœlum ab anima mundi moueri docet, quod Plotinus, omnesq́. Platonici approbant sine dubio, vt frustra sit illorum verba adducere, quinimmò cęlum ab intelligentia perpetuari, & incorruptibile fieri volunt, vt Simplic. imponit Ioan. Gram & Arist. Platonicis in primo de cœlo. quam ob rem si igneũ sit cœlum, & mouetur ab anima necesse erit dicere moueri supra naturam magis, quàm ignis à corpore cœlesti. Sed Arist. aduersus Plat. scribens pręter naturam mouere dicit, sicut si moueretur deorsum, & omnem motum, vel secundum naturam, vel præter naturam esse contẽdit, & qui vni naturaliter inest, alteri violẽter aduenire prædicat, ex quibus sequitur, vt in textu Arist. habetur, ignis circularem motum esse violentum, & perpetuum nullum est sic, nec durat, sed destruitur citò: ignis igitur motus erit naturalis, & non à cœlo rapiente: apparent ex his vane gloriosæ fictiones eorum, & occultata veritas ex figmentis eorũ destructis per nos elucescit. Item Arist. in t. 10. probans motum circularem nõ esse cœlo præter naturam, sic procedit, motus circularis est simplex, & corporis simplicis vnius est motus simplex, secundum naturam, & quicunque alius addatur motus erit præter naturam: quare, ait, si ignis sit, quod circulo fertur, tunc talis motus competit ei præter naturam: nam motus rectus è medio contrarius est ei, qui fit circa medium, & motus rectus est igni naturalis: vnde etiam sequitur, quòd vni plura erunt contraria, vt motui sursum contrarius esset deorsum, & circularis. Aristot. itaque motum circularem dat igni præter naturam per illam rationẽ, & si aliter contendant Perip. tunc nunquam valebit ratio Aristo. aduersus Platonem, quam magnificant, nam semper dicent sui talem motum esse supra naturam, & ex hoc excluditur dictum Martę ad dubitationẽ suam vltimam, vbi dicit talem motum non esse à natura, sed secundũ naturam, tum quia idem omnes Perip. intelligunt per à natura, & secundũ naturam, vt perpendenti textus Arist. & dicta illorum sit notum, tũ quia Aristo. in allegatis à nobis appellat talem circumlationem ignis præter naturam. Amplius Simpl. sumpsit ex t. 15. talem rationem Arist. circulariter moto corpori non inest præter naturam circularis motus, & igni inest præter naturam, non secundum naturam, igitur circulare corpus non est ignis: ecce quomodo vocat motum circularem ignis præter naturam,

turam,& non secundum naturam,vt dixit Marta. Idem dicit Aphrodiseus,secundum quòd narrat Simpl.ibidem,nam ait hos duos motus ab eadem natura non posse edi in via Aristo.sed alterum esse violentum,alterum naturalem ,& quia sursum, inquit, est naturalis, circulatio ergo violenta,nec aliter dicant si valere velint Aristo. rationem; ex his infero robur rationis nostrę principalis,quòd si nō esset naturalis, & ex se motus ignis ab ipso nimirum calore ignis iam corruptus fuisset, & quod dixerunt de motu supranaturali,fuit maximè fallax,& Aristo.discors valde,sed quid mirum?num in hoc suos errores aperire nolebant, vt faciũt in cæteris?figmenta,& mala,quibus fictionibus, & malis Arist. medentur,nonne in cunctis manifestant abundè?

Respondens ad aliam Tel.rōnem Marta, cur videlicet ignis seruatur motu,inquit,quia est secundum naturam,non à natura, sed hoc satis reiectum est à nobis in via Aristo.deinde dat causam qua in proprio loco immobilis est ignis;& ideo,inquit,quia si moueretur, tunc ad id tenderet,ad quod haberet potentiam,quæ cùm denotet imperfectionē, tunc semper si moueretur à natura esset imperfectus . Mar.

Infœlicissimum hercle esset cœlum,si isthęc ratio vera esset,quia semper mouetur,nec vnquam propriam assequitur, quietem, & perfectionem,sed semper manet in sui imperfectione: itemq́. sicut concedit ipse, & sensus nobis testatur,ignis seruatur motu,quē habet apud eos à corpore cœlesti, & est ei oblectatio magna, non ergo est in imperfectione propter motum,sed sua perfectio est motus,& Auer.in 2.cœli. t.42 motum dicit esse perfectionem corporis calidi, quo si priuetur ignis extingueretur,vt alibi etiam ostendit;nā quomodo gauderet perpetuo motu ignis,& in imperfectione simul perpetuò existeret nemo sanæ mētis imaginari valet,& si ignis motu seruatur,& quiete corrumpitur,quomodo dū est in motu est in imperfectione,& in quiete est perfectus, ò deridende homo,& mirum quidem aqua Oceani,aer, ignis, nunquam peruenerunt ad perfectionem, sed semper in natura per motum continuū imperficientur,& propria imperfectione gaudebunt, & quomodo natura sic ab Arist.laudata,est in his improuida,& oblita?item quo pacto spiritus vitalis bene calidus semper mouetur,& ipsum cor tantopere ab Aristotel.magnificatum semper est imperfectum,quia mouetur,dicat ergo hic infęlix homo fœlicitatem,& perfectionem cunctis per se mobilibus esse motum,quod agnouit Simpl.Auer.Alb.& Alex.cæteriq́. boni Peripatet.dantes motum rebus calidis, vt propriam perfectionem,sic Plato Plot.Marsi.Iamblichus,Theophrastus,omnesq́ antiqui enuntiarunt,& sensus,cui maximè credendum esse autumant omnes,attestatur,sed vide Telesium de hoc in lib.4. Th.

Imaginatus Marta soluere aliud Telesij argumentum , ait, hęc verba. Quòd si circulariter inferiora motu ordinatissima sunt,vt patet de ary- Mar.

tena aqua plena, quę voluatur velocissimè supra Epagontem, ab ipsa nõ exit, nec diffunditur, quomodo hoc idem de cœlo non dicemus, quod & præcipiente Deo circumuoluitur, & ordo rerũ est, & ita ipsum disgregare non potest.

Th. Profectò nil Telesij rationem percipit: nam probat ratio illa (quã rectè nos supra adduximus) cœlum non posse motu suo ignem, & aerem totum trahere, cùm enim sit supra aerem, & ignẽ tenuius illis, & exilius, & ignis, aerq. sint disgregatiles, & faciliter dissipabiles, dato quòd suprema superficies ignis à cœlo moueatur, non tamen ignis, & aeris vniuersitas tota simul mouebitur: non siquidem sunt corpora consistentia, & bene compacta, vt mota parte totalitas moueatur, Marta verò putat, ꝙ nos dicamus cœlum debere ignem disgregare, quia non potest tam ordinatè moueri; & ideo ait, quod arytena plena aqua si moueatur, non tamẽ disgregabit, quod nihil est ad propositum, nam nos dicimus omnes illas totalitates, si quiescerent, nõ posse insequi sic ordinatè motũ supremi ignis; nam disgregabiles sunt taliter, vt vna reliquam non trahat, & ipse concludit, quòd cœlum non disgreget ignem, sed aduertat se existimares, ad nos respondere, & tamen arguit per illud exemplum Peripa. q̃ dicunt cœlum scindere, & disgregare aerẽ velocissima contritione, ignẽque sic creare. Item partes ignis volunt à cœlo huc ad nos emitti per iaculationẽ ad modum pilæ, vt apud nos deseruiant generationi, sed palã est, quod hic homo, neque seipsum scit. Nota quòd ex hoc exemplo non potest concludi cœlum trahere ignem; nam vas trahens aquam est durius aqua, & ipsa grauitat super illum, & ei innitur: non sic cœlũ, quod in se est subtilissimum nil ignem deprimens, nec ei innititur, & ordinatissimè, lenissimeq. mouetur nil grauitans, potius autem ascendens. Cõcludant ergo qui veritatem sectari velint ignem sua natura circumferri, cœlumq. igneum esse, non vi externa, sed calore suo motum, & circa hæc omnia digressi sumus ad demonstrandum primum Arist. fundamentũ esse fallax, & passim sibi, & sensui contrarium, videamus alia.

1.met. c. 4.

2. Arist. ar. Aliud Arist. affert argumentum in 1. metaphy. c. 3. quòd cœlum non sit igneum reprehendens Anaxagoram; nam inquit maxima mole exuperat cœlum ipsam terram, & actiuus ignis est cunctis elementis, vt existimandum sit omnia iam in nihilum redacta fuisse, vel conuersa in ignem.

Th. Hoc argumentum fuit quartumdecimum, & quintumdecimũ Martæ, quę nos cum Tele. plenissimè destruximus, nulla siquidem pars cœli in terram agere, vt diximus, nisi Sol qui semper circumfertur rapidissimè, vt summa ratione illum agere sit naturæ prouisum: ad resolutiones illas perge lector; nam Marta ad easdem te remittit impugnationes, quæ non sunt suæ, sed Simplicij.

Io. Gram. Ioan. Gram. quem tutari volo tanquam solum veridicum inter Perip. vt

vt recitat Simpl. 1. cœl. c. 20. respondet ad hoc Aristo. argumentum: ignẽ cœlestem non esse vstiuum, nec sublunarem; nam cùm sit maior mole alijs, vreret illa, nec etiam ignis hypercaumatis, sed vstiuus est, qui apud nos excessiuus est ignis.

Simpl. plura confecit argumenta aduersus eum contra tale respõsum, quę attulit Marta, & nos resoluimus. Verùm addit Simpl. quòd si sic esset, nec vreretur hypercauma, sed maneret in sui natura: itẽ videmus Solem appropinquatione, & remotione magis, & minus calefacere, & quomodo hoc faciat si non vrat ignorat, ait, hic homo, & quomodo ęstas, & hyems efficitur, & ignorat, ait, hoc fieri per reflexionem radiorum cũ appropinquat nobis. Item ait, putans Ioan. Gram. cœlum esse calidum simile igni Lunæ, iners ipsum ponit solùm corporũ, quæ in mundo sunt: neque enim extremam sphærã agere in cœlestes, quæ sub ipsa sunt sphęras, neque totum cœlum in hypercauma, etenim per Gram. non est innatum simile pati à simili, sed solum hypercauma agit in ea, quæ sub ipso sunt, & si cœlum vltimum supponit calidum, cur ponit ipsum sine actione, & Solem maximè calefacere? Palam est autem, quod secundũ dictos ab eo sermones solùm hypercauma aget aliquid in aerem, & nõ nisi secundum extremam ipsius portionem propinquam aeri, & aer iterũ secundum extremam in aquam; nam primum cœlum non potest calefacere inferius, quia simile non patitur à simili, tum quia distans est valde, & non agit, nisi in vicinum, quomodo autem (sequitur) qui prius cœlum solidius, fortius, & principalius confitebatur, nunc pronunciauit omnibus minus actiuum, & palam, quod si vitalis sit cœli caliditas, operabitur tamen etiam sic in ea, quæ sub ipsa sunt. Simpl.

Dicerem nequaquam Ioan. Gram. sic ruditer locutum fuisse, vt Simplic. imponit: responsio tamen illa est Platonicorum; at in veridica Telesij doctrina est acceptanda hoc pacto: cœlum non vrit, nisi cùm est sua caliditas in materia aliena recepta, quam oportet conuertere in sui subiectum, ad quod agendũ opus est vstione, vt patet in conuersione exhalationum, & lignorum. Quia autem in cœlo huiusmodi materia cõuertibilis non est, sed tota conuersa est, quæ est ibi, & tenuissima facta, ideo cœlum non vrit, & ad hunc sensum intelligendum est simile non pati à simili omnino, sed bene quod est eiusdem naturæ in re adhuc non penitus facta eiusdem patitur, vel potius adiuuatur à simili, vt fiat magis tale, sicuti exhalationes licet habeant in se calorem, vruntur tamen, vt fiãt ignis totaliter, & paruula, quæ adhuc inest, crassities fiat vltima tenuitas. Cœlum autem superius non vrit inferiores orbes, quia in sui materia nõ cadit vstio, cum non sit vstibilis amplius, sed penitus superata. Quas ob res dicendum, quòd agit cœlum in hypercauma; nã videmus eius vstionem, quia illud non est in vltimum tenuitatis gradum redactum, & hoc credo concessisse Philoponum, quem non uidi, sed Simplicius lacerat il-

lum. Dicimus ad aliud, quòd Sol ſuo lumine, quod caloris eſt veluti facies, calefacit calore, vndiq. ſparſo, & ſic quantò propinquior tantò plus caloris demandat, ſimiliter propter reflexionem, quę multiplicat radios, tum vicinitate, quæ eſt conditio inter agens, & patiens, & ſic fiunt ęſtas, & hyems. Verùm hoc dicere non poteſt Simplicius de mente Ariſto. vt aliâs probabimus, ſed ſua eſt fictio: non quidem aliud pręſtat reflexio, niſi lucis multiplicationem, ad quã ſequitur ſenſibilior calor, quia multiplicatus congregatione fortiter magis agit, & hoc credo voluiſſe Philoponum; nam materiam alienam in ſe inuertens Sol continuò attenuat, & vrit quandoque, ac in ſe reſoluit, qua de cauſa Plinius, Heraclitus, & optimi Pythagorici cœlum nutriri vaporibus putarunt: vt ſatis liceat reprehendere Diogenem, qui Solem iccirco tot motibus circumferri dixit, ne diu eandem terræ partem aſpiciens extinguatur ab illius frigore. Nec iners debet videri cœlum ſupremum ſi non agit in hæc inferiora ſenſibiliter: cuiuſlibet enim entis actio propria eſt ſeipſum conſeruare, ꝓpriaſq. edere operationes, & illis gaudere, ſiq. ſibi cõtrarium coeat ſe ab eo tutari, quæ ſummopere facit ſupremum cœlum; nam calore proprio in natura ſeruatur, velocemq. edit motum, quo gaudet, nec ab alio oppugnari valens, cùm ſit remotum, non oppugnat, diffunditurq. calor proprius in ſequentes orbes, nil eos corrumpens, ſed ſeruans ſibi ſimiles. Sol autem ſolus origo totius noſtri ignis potentioribus donatus viribus præter dictas operationes continuò oppugnat terram, ſuum nimirum contrarium, inuertitq. in cœlũ, & media entia, diuerſaq. conſtituit ſuarum virium diuerſitatibus: nulla itaque in cœlo eſt ocioſitas non enim ad hoc, quòd non ſit ociosum requiritur, vt agat in hæc inferiora, at ſuas edit in ſe operationes, totũ ſe ipſo gaudet, mouetur, ſe conſeruat, & pars robuſtior vicina à ſe contrarium pellit, ſeq. generat in mole contrarij, pars ſuperior adiuuat inferiorem, Sol omnes, ſicut nec partes terræ centrales ſunt ocioſæ; nam propria gaudent immobilitate naturaliter, ſeq. ſeruant, & quòd frigus ineſt effunditur ab ijs, ſeq. generat, vel ręſtaurat: ſe primò quidem intendunt omnes conſeruare res vniuerſi: putandum eſt etiam cœlum agere in ea, quæ ſubiacent, & licet ſint ſimilia agunt in ea magis aſſimilando, quæ ſunt in gradu remiſſo calida, vel parũ tenuia ſi eouſque aſcendunt; at in terram agere nihil poteſt, niſi Sol, hypercauma verò, in quo propter vſtionem congregatur calor robuſtus, agit magis in aerem, quæ etiam eſt cœli portio non robuſtè calida, & reliquę itẽ partes tenuiſſimæ cùm ſint, exilem calorem obtinent, & diſgregatũ, qui exiliſſimè aerem roboret, aer verò inſenſibiliter, vel nihil expellit aquæ frigus terreſtre: & ſi ſecundum extrema agant, tamen extrema adiuuantur à ſupremis, nec ocioſitas vlla ex hoc concludi poteſt, & ſi ſic excellẽs eſt vltimum cœlum, tamen ſemper agit, non in contrarium, quia diſtans eſt, ſed agit, quia mouetur velociſſimè, itaque & ſe conſeruat tali opera-

tione.

tione. Ad aliud dictum dicimus caliditatem cœli esse viuificatiuã respe-ctu nostri,& horum inferiorum ad quę aduenit remissa propter distã-tiam:hęc enim à remisso calore sunt constituta, quæ item cùm sint diuersissima,ac multa, diuersitatibus calorum aduenientium iuxta genus suum seruantur,quo constituta fuerunt,& viuificantur simili illo adueniente,& quæ confecta sunt à blando calore, blando seruantur, quæ à fortiori,à fortiori, quæ à fortissimo, à fortissimo, ac in hoc permanent natura, ne à contrario lædantur. Verùm à fortiori, eo quo constituta sunt, vastantur,& in ens calidius fiunt,vt planta à Sole facta obliquo, vastatur à directo,qui licet plantam vastet,se autem multiplicat dũ molem illius superabilem magis in se cõuertit,vel in cognata, & hoc Auer. & Marta confessi sunt,omnesq. Perip. cœlo conseruatiuum, ac viuificũ calorem attribuentes modò;at videntes destruere, nil vereri debent esse eiusdem naturæ cum nostro igne,qui sic facit etiam. Cæterùm Simplicius tenet deinde cœlum esse compositum ex summitatibus elementorum in via Arist.& Platonis concordans, quod Peripateticis non placet satis,& sunt contra eum rationes Perip.& Platonicorum: nos autẽ diximus in principio quid sentiat Plato. Aristotelem autem fingentem sua fictione fingit Simplicius,& malũ medetur malo: aliæ rationes Simplicij sunt solutæ à nobis,tum in principio huius disp.tum primæ.

Niphus autem super 1.cœl.t.19.adducens rationem illam Aristo.resoluit eam sic pro Anax. quòd licet Sol sit maior elementis secundũ rei veritatem,tamen minor est quoad actionem,quod testatur apparentia; cùm enim Sol nimis distet à nobis minor apparet, & ita ob talem distã-tiam hucusque agere non potest. Et hęc responsio bona est si modificetur,quoniam reliquæ portiones,vel sunt distantes, vel exilem obtinet calorem,quo nequeunt corrumpere,sed vel nihil, vel insensibiliter immutare Sol verò immutat longè sensibiliter, quia tamen distat nequit corrumpere:sicut enim distantia paruificatur figura eius ad oculos nostros,sic & vires abbreuiantur ad tactum, & immutationem,adde motus velocitatem:aliam dat responsionem.s.quod Sol duplici proprietate gaudet altera qua seruat,altera qua corrumpit elementa,& hoc dictum sic est bonificabile,quòd Sol corrumpit dum est intensus; conseruat verò blandus,quia omnia inferiora blando sunt donata calore, ecce quomodo Niphus passim agnouit cœlum esse igneum,& monitus fuit à Platonicis, quibus inuigilauit, at visum est sibi sacrilegium committere si numini Aristo.displiceret, nunquid Deus est Aristo. & ipse Niphus in procemio libri de anima attulit multos philosophos præcipuè Platonẽ diuiniores,& sapientiores Aristotele,quos sic esse prędicat, & tamen ad communem occasum labitur;sed reuertamur ad illum,qui dicit postea igneum esse cœlum æquiuocè; sed si vniuocè sumatur ignis, cùm is sit destructiuus ratione elementalia ignis, quare elementum proximum de-

Aug. super Suess.

destruxisset,& illud, iterum aliud,& illud aliud, omnia vt sint annihilata,& in ignem conuersa,& hoc pacto obstat responsionibus, quas afferre poterat Anax.

Th. Verùm pertinax error illorum apparet ex his dictis,quæ ideo induxi, vt veritas eluceat,prævalet enim in cunctis veritas, & velut oleum eorũ fallacijs supernatat,nec tegi sinit:dicant ipsi qui ponunt ignem actiuissimum,& elementaria ratione agere decuplo aere maiorem,vigecuplo aqua,trigecuplo terra,& aer est calidus etiam, quomodo sic potens non corrumpit aerem & dehinc aquam,& sic omnia?sic dicitur de cœlo obtinente calorem debilem sui tenuitate, & de aere quem ponimus remissum in calore,vt nequeat immutare, quemadmodũ eos dicere oportet. Dicent ipsi conseruat ignis aerem,& non corrumpit locans eum ꝑ qualitatem symbolicam, sed non valet,nam habet Aristo. 1.de gene.& in de causa mortis,& vitæ calor fortior agit in debiliorem, & intensius ignis in remissum,inq. se inuertit,& super hos sensus attestatur, quantò magis ageret in aerem,qui minus est calidus, & habet contrariam qualitatem igni,nec dicant humiditatem aeris resistere, nam ad tantum calorẽ & quantitatem ignis,iuxta modum arguendi eorum, nequiret stare, & quid obstat,vt Anaxagorei respondeant per qualitates symbolicas; præsertim,quia secundum extrema agunt illa apud Perip. friuola itaq. sunt eorum verba,& sibi contrarij,& ad aliam solutionem suam dicebat Niphus,quòd tunc ignis si esset elementaris, haberet tãtùm vim corruptiuam,non conseruatiuam.At nos ignem generare per Aristo.& per sensum dum modificatur in prima disputatione ostendimus, quia calorem tantùm,& ignem Aristo.generare vbique pronuntiat,& quis illum animalia procreare,& viuificare non videt?& Plin.in lib.2. Pyrales gigni in fornacibus ardentibus tradit apud Cyprum in cap. 36. itaque secundũ diuersitates virium diuersimodè calida entia iuxta correspondentiã calorum conseruare;non tam sensus,quàm Arist.dicere tenetur, qui qualitates actiuas principium vitæ,sed per se calorem,quem & animã quãdoque facit,& generationis initium vbiq. ponit: taceant ergo hi viri,qui vt fallacias tegant, suo arbitratu naturas rerum componere nõ erubescunt,non sicut Deus opt.max.faciendas voluit,& in erroribus ipsi laborantes,nunquam concordes sunt;nam malum malũ trudit,& falsum falso manifestatur,sed apud ipsos qui subtiliores fictiones adinueniũt pręstantiores habentur,quia tegunt magis errores Arist.

3.ar.Arist. Postremo autem restat,vt examinemus signa ab Arist.posita,quibus credit cœlum igneum non esse. Stellæ enim inquit in 1.metheororum, cap.4.quæ currere videntur,neque calidum, at neque ignitum demonstrant cœlum supremum: transcursus enim earum non est eo in loco, sed in infero fiunt,cùm tamen ea quæ incitatius mouentur, tum celeri*, tum plenius ignescant,quare si igneum cœlum esset, aut igniri aptum,

vtique à rapidissimo illo motu accenderetur, & in ipso fierent currentes stellæ, sed in cœlo præsertim supremo non fieri eorum velocitas indicat, (sequitur cap. 5) quæ rerum à nobis proiectarum similis est, quæ, quoniam nobis propinquę sunt, Solem, Lunam, & astra celeritate multùm superare vñr. Item Arist. ait, Sol, qui maximè esse vr̃ calidus, albus, & cãdidus non igneus, vel rubeus apparet. Has rationes nesciuit inuenire Marta ab Arist. ideo cum dimidiam adduxit verba dimidia, & vltima excerpens ex Telesio, nec primum dictum intelligit, vt videre poteris ex recitationibus suis supra positis, 4. arg.

R.

Telesius his occurrens in 1. min. cap. 52. & 2. maio. cap. 18. inquit. Porro si in cœlo, & supra Lunam non fiunt stellę currentes, nequaquã ideo euenire existimandum est, quòd ibi nullus sit calor, à quo vapores accẽdi queant, sed quia crassities nulla potest eousque efferri, quæ accensa lumen congregatum obtineat, & reflectat; etenim vbi materia est congregata ibi lux est, vt dicitur de stellis: siquidem antequam eousq. ascendat crassus vapor, vel exhalatio, quò nec forsan peruenire posset, nõdum omnino tenuefacta, accenditur infra Lunam ab ignis, vel Solis calore, ab ipso interdum velocissimo motu calorem accendente in sic disposita materia, & cùm dicit Arist. à velocissimo motu cœlos debere igniri, & astra cadentia facere, si ignei sunt, dicendum cœli partes illas superiores non posse à Sole, vel à motu accendi, & verti in flammas, quæ stellæ apparent cadentes, cùm sit longè tenuissima materia, & explicatissima, nil amplius explicabilis: sola enim materia tenuissima ignis inuisilis compacta lucet, quæ stella est permanens, vel materia adhuc non superata, adhuc inflammabilis, itaque, & lucis manifestatiua, quę ibi esse nequit accensa, vt fiant stellæ pereuntes. Quapropter non fiunt stellæ comatæ, & aliæ impressiones in cœlo supremo, quia sunt ęquè tenuissimi orbes supremi, non amplius explicabiles per accensionem, quod manifestum est in flammis nostris, quæ explicatissimæ factę nil apparent, sed ascendunt inuisiles, quas non est dicendum in nihil abijsse, sed in materiam tenuissimam, quæ lucem manifestare nequeat, itaque & quia simile non patitur à simili non poterit altera pars illius cœli alteram accendere, nec motus earum vllã. Quas ob res videtur Arist. vt teneat positiones nil considerasse quid opus sit ad hoc, vt fiant flammę accensę; non enim opus est tantùm igne, sed materia adhuc crassa vstibili, & amplius explicabili, quæ ibi nõ est, sed motus velocissimus adiuuatiuus est, & conseruatiuus existentis caloris, operatione, quę est motus gaudentis. Marta verò de primo argumento nil intellexit, & ideo nec responsionis Telesij meminit, minus scibilis cũ sit à tali viro. Th.

Ad aliud signum de albore Solis Telesius, inquit esse ad nostræ positionis confirmationem albus quippe Sol lucidusq. cùm sit visus Aristoteli, sicut, & nobis ignis purus itidem debebat videri; nam ignis purus, R. Tele. & Th.

si...

ſinceruſq. albus apparet veluti Sol & ſtellæ, quippe cùm quantò magis à materia craſſa,& fumoſa eſt alienus, & in tenui exiſtit, & pura, tantò plus ad album tendit: albior quidem eſt flamma ligni duri, & ſicci, quã viridis,& albior flamma eſt carbonibus,& ignis qui tenuiſſimę ineſt materiæ,albus omnino apparet,& flauus,ac rubeus, dum fumo craſſo admiſcetur,& diuerſos colores ſortitur ex diuerſa commixtione,& ſic etiã videtur eſſe Sol etiam Ariſtoteli,qui in 3.metaph.cap.6.& in 1.c.4. albũ Solem eſſe dicit,& ſenſus atteſtatur,& tamen vt declarat in illo lib. 3. & 1 quandoque apparet rubeus Sol, quandoque flauus, ex interpoſitione variorum vaporum,quoniam lux Solis admixta nubibus diuerſis, diuerſos efficit colores ex diuerſa mixtione, & quemadmodum ignis apparet diuerſificari in coloribus,ſic etiam Sol ex eadem cauſa, vt non ſit dubiũ Solem eſſe ignem purum;item ſi vapores paulo craſſiores delati in aerẽ, & ab eius calore,& motu accenſi ab igne ſtellarum ſpeciem præbent, vt vix diſcerni poſſit inter ipſos,& ſtellas, quę ſunt albæ, nil verendum eſt ignem eſſe album in ſua puritate ad modum ſtellarum, & Solis, & vtrũque mutare colores ex admixtione craſſi vaporis, ſicut declarat Ariſt. in tractatu de Iride.

Mar. Marta ait,quòd vapores illi prębent ſtellarum ſpeciem.i.figuram,vel ſpeciem ęquiuocam,vnde non licet argumentari: in alijs dicit nos malè allegare Ariſt.

Pręterea ſi id diceret Ariſto.nec concluderet,quia non eſt philoſophi ex æquiuocis argumentari.

Th. Dicimus nos, quod viſus æqualiter diiudicat de diſtantibus inter ſe, & pręſentibus inter ſe,& vniuocè apud Ariſt.quare ſi ſtellæ currentes in Lunæ concauo ſunt viſæ albę,ſicut Sol,& aliæ ſtellę ad quid non ponendæ erunt eiuſdem naturę? vtriuſque ſiquidem albedo viſui eſt diiudicãda,quæ cùm eadem appareat illi, eadem in ratione albedinis erit dicenda;nam ſi Ariſt.dixit Solem non eſſe igneum, quia nõ rubeus, ſed albus apparet, igitur ſi nec ignis eſt rubeus, ſed albus, debent ab eo iudicari eiuſdem naturę,cùm ergo ſit huiuſmodi albus vterque,vt agnouit Ariſ. in ſtellis pereuntibus eiuſdem erunt naturæ, vt valeat ratio ſua, & hoc ipſe fatetur in 3.meteororum.cap.4.vbi ignem pronuntiat eſſe fulgidũ, & album,ſed madidorum lignorum materię, & fumo admixtum fieri rubeum,quid clarius pro nobis dicere poterat Ariſto.& pro deſtructione ſui argumenti?Item albedines Solis,& ignes ſunt eiuſdem cauſæ, & effectus penes magis, & minus differentes, quod euenit ſtellis comparatis ad Solem,cur ergo æquiuocè debent poni? Eandem quidem rationem dat vtriſque Ariſto.quippe color, vt ait Plato, eſt flammula,& fulgur à corporibus emanans,& declarat fieri ex igne conuocante,& ex eo,qui in compoſitione corporum extinctus eſt;quapropter ſecundum varias cõmixtiones ignis,& lucis varios fieri colores demonſtrat in Timęo: colores

lores autem permagni non opacati, vt Perip. Aristo. & Albertus volunt, ex lucis mixtione fiunt, vnde albedo est color primus, quia vicinior luci; cùm ergo vterque color, & ignis, & Solis sint à luce, vel ipsę luces, & eodem pacto variari contingit, ad quid non eiusdem sint naturę? Bene ergo dicit Telesius, quòd Arist. in 3. metaph. positiones pręsentes respicit, nil quę aliâs dixit recordatus, & has præsentes ne dimittat, nil alias demoliri veretur, & hoc poterat admonere Arist. nam si suprema ignis portio nusquam suam speciem manifestat sub Luna, sicut cœlo etiam contingit supremo, quia nusquam in se ipsa conglobatur cùm sit tenuissima, vt luceat nullæq. in ea permanentes spectantur Stellę, quoniam tamen qui in illam feruntur vapores, sicut ad simile, quia ipsi etiam sunt calidi, & quid calidiores, & tenuiores facti ab illo igne, ignis naturã assumunt, & ignis inuisilis fiunt teste Aris. ac dum ignis fiunt accenduntur, & stellarum naturam repręsentant, & facti ignes, nil amplius lucēt, sed inuisiles remanent, sicut ignis, & reliquum cœlum, dubitandum ex hoc non erat, quod Lunæ est suppositum esse cœlo simile, & cœlum ignẽ esse purum, cùm eodem pacto se habeant: cœlum quidem conglobatum est stella lucens, & in igne sub cœlo, vbi materia conglobatur, fit stella lucens, & vtrunque non conglobatum est tenue, & inuisile apparet. Itẽ Plato si cœlum est visibile ergo igneum: lux enim igni cõpetit, quę obiectum est visus, & valet rõ est visibile ergo igneum, vt probat Bessarion Cardinalis in lib. 1. aduersus calumniatorem Platonis, & Simplicius concedit hanc rationem in 1. de cœl, nam visibilitas, inquit est propter colores in via Aris. colores autem luminosi alicuius sunt traditiones, at luminosum est igneum, quòd ex luce sint colores est opinio Aris. dum tractat de Iride, est etiam Platonis, Galeni, Anaximandri, Anaxag. Metrodori, nec aliud quispiam fingere potest. Plinius item pręstantissimus philosophus in 2. lib. cap. 61. manifestum est ait colorem mixtura nubium aeris, igniumque cum Solis radijs varietatem fieri, & in cap. 25 ponens stellas errantes, & comatas igneas, etiam aliquam erraticarum comam posse sumere nuntiat, & c. 18. cum cęteris Astrologis coloris ignei Martem ponit, & ex interpositione nubium colores variari, & cap. 27. in cœlo apparuisse dicit multos colores sanguineos, & rubeos, & incendium inde aducnisse, sicut Olympiadis centesimę septimę anno 3. cùm Rex Philippus Gręciam quateret, at Marta non credit Aris. illud dixisse, quò melius sua inscitia fiat manifesta. Aris. quidem in 3. lib. metaphy. cap. 4. inquit, sicut ignis existens albus, & fulgens rubeam flammam, & puniceam ostendit ex fumi commixtione, sic Sol apparet, ait, puniceus per caliginem, & fumum ipse existens fulgidus; & albus, & paucis interiectis Aris. ex commixtione vaporum, & nubium cum Solis luce colores Iridis indagat, & in 1. metap. cap. 6. idem manifestat de coloribus puniceis, rubeis, & sanguineis aeris. Auer. etiam inquit Sol, & reliquę stellę cum

aſcendūt in aere groſſo ſunt rubeę, & ſimiliter apparet ignis rubeus mediante fumo, & vbique idem declarat, tam in primo, quàm in 3. Auer. Albertus. item in 3. metap. trac. 4. cap. 2. hoc manifeſtat: item antiquis omnibus ſtellæ comatę viſę ſunt eiuſdem naturæ cum cœleſtibus, vt narrat Ariſ. ſicut Anaxagoræ, Pythagoræ, Stratoni, Hippocrati, Aeſchyloq. ſuo diſcipulo: quorum opiniones non reprobat Ariſ. ex colorum ęquiuocatione: nam eiuſdem modi ponit in igne, & Sole, ſed ex motuum velocitate, & ſituatione, vt Marta, nil dixiſſe videatur. Item pertractans Ariſ. de ignibus ſublunaribus, & exhalationibus accenſis magis ſtellarum colores, & Solis vult aſſumere, quàm figuras: nam in his dicit conuenire, non autem in figura, quia vapores non ſemper circulo vruntur. Sed diuerſimodè iuxta diuerſitatem hypercaumatis, & Auer. multipliciter exponit variari earum figuras, & nobis ſenſus teſtatur ſemper exhalationes accenſas eſſe eiuſdem coloris, & lucis cum Stellis non pereuntibus, ſed in figura differre, cuius contrarium Marta putauit, ad cuius præſumptionem, & ineruditionem manifeſtandam hæc diximus, vbi, & omniū Perip. errores manifeſtauimus: nam qui à ſenſu deuiant ad fictiones fugiunt, & veritatem inueniunt nunquam, & ex his ſileat Marta, taceantq. alij, & veritatem ſummam venerentur, quam nobis demonſtrauit Tele. philoſophorum princeps digniſſimus, remotus à falſitatibus aliorū, cui Chriſtiano, & nō Gentilibus ſe ſumma manifeſtauit veritas: at dicerę aliquid de cœli motibus non ſit graue.

Si poſſint eſſe alijmūdi.

Verùm ne ad alia Martæ verba iterum reuertamur, dicamus ad hęc, q̃ ſubdit. Quòd aſſuetus Ariſ. & cum eo multi Deo omnipotentiam tollere, quamuis vnus, & nobis ſit mundus, nil eſt veritus plures fieri nō poſſe aſſeuerare; at quando diuini Theologi, & ſacræ litteræ plures ab eodē ſapientiſſimo fieri poſſe decernunt, licet quod fecerit, neceſſarium ſit, & melius fieri non poſſit, ſi ipſum factum tale decreuit Deus, nihil reijcienda eſt nobis modò Ariſtotelis ſententia; quis enim tam inſanus eſt, qui hunc mundum percipiens ab immenſa ſapientia, nihil ipſe immenſus, & alios ab eadem manare poſſe negei? non quidem abbreuiata eſt potentia Dei, nec ex vnius mundi efficientia debilitata eſt, nec in effectu, qui nimirum infinitus non eſt, exhauſta: rationes autem eius concludunt nihil, ſicut nec euellentes creationem: non quidem, ſi alius ſit mundus ad centrum illius terram noſtram moueri impudēter enuntiet, vt ex hoc illius excludat poſſibilitatem, & tamen immobilis ab eo decernitur, nec à dijs poſſe moueri, & gaudere quiete loci in quo eſt, & nunc quomodo ad alienum, ſi detur, tenderet centrum ipſa immobilis, vt eo gaudeat, & proprium, cognatumq. derelinquat: nunquid naturę ſuæ obliuiſcatur, illiuſq. eam tędeat? At nobis ergo immobilis de natura frigoris intrinſeca facta terra, vbicunq. ponatur à Deo, quieſcere perpetuò videtur: nec huius mundi elementa ad alios profluere dicat; nam quo ordine manent

hic omnia,eodem manerent semper,& elementa alterius in altero; nunquid Deo sapientia,& prouidentia deficit,vt id faciat? sed Arist.assueuit illam abnegare Deo,ideo temerè loquatur. At mundi huius extera indagare furor est,ait Plinius,ideo si sint non quæro, sed esse posse nō dubito:rationes aliæ,quas ex Platone decerpsit, sunt probabiles modò, & vnitatem mundi concludunt, sed pluralitatem possibilem minimè excludunt,vt patet in via veritatis edoctis,& quidem Aris.vbi aliorum sententias sibi imponit,dignus,cui fides adhibeatur,apparet,vbi profert suam, pessimè locutus,& falsus prorsus re vera cunctis innotescit.

Mundum esse finitum,non Arist.rationibus coacti,sed veritate,& antiquorum illustrium testimonio edocti esse asseueramus, similis licet imaginationi videatur infinito. At cœlum contrarium habere terram,& eius motum illius immobilitati contrarium esse,& calorem cœli frigori terrę ex dictis supponentes, ad perscrutationem reuerti oportet, vtrum motus quales Aristoteli,& Mathematicis apparent,sint in cœlorum orbibus. Si sit finitus hic mūdus.

Aristoteles itaque octo statuit cœlos non plures, in diuersos distinctos orbes in 12.metaph.at in 2.cœl.t.67.quærit quare mobile primum plures,& quasi infinitas habeat stellas, & soluens stellatum cœlum primum esse insinuat,idq. ascribunt ei Gręci,& Latini,& quoniam sub stellató septem planetę sunt,sequitur,vt ei octo sint cœli, & hoc dicit in 12. metaph. dum non erraticæ sphęræ dat motum vnum,alijs plures: & hoc posuit Marta in principio disputationis huius,& nūc in fine sibi est cōtrarius,plures dans motus inerrabili, & duas super stellatum ponēs sphęras,& cur non defendit in hoc Deum suum Aristotelem,si errare nequit? & si potuit,cur alibi sensata mendacia tuetur illi? & Ptolemęus confutauit hanc Aris.positionem,& omnes Peripatetici dereliquerunt post hęc eum:qui nihil speculatus opiniones Eudoxi,& Calippi supposuerit eas, tanquam veras,id Albertus,D.Th.& Niphus,ac alij omnes. Vnde Auer. in tex. 67. dicit se addidisse cur in orbe octauo proximo primo orbi sint plures stellę:& intentionem Ptolem.non sectari. Aris.quoque in tex. 61. ponit Solem immediatè super orbē Lunę fallaci persuasus ratione: Ptolemęus autem in 4 cœl.& Ptolemęum sequuntur omnes Peripatetici,& fuit antiqua opinio Anaxagoræ hęc, vt ait D.Th. restituta à Ptolemæo, Aristarcho,& Hipparcho,sicut narrat Simplicius,& Alber.soluit rationem Aris.reddens triplicem causam,qua Sol non eclipsatur à Mercurio & Venere. Marta autem nesciuit,quòd Aris.ponat Solem in secunda à nobis sphęra cum Platone, ideo ipse in quarta cum modernis Astrologis ponit,& hæc gratia confusionis ipsius scripsimus,scimus enim philosophi non esse de his considerare, sed Mathematici.s.de pluralitate motuum,de situ s stellarum,& numeris sphęrarum, & quæ ab Astrologis dicuntur,supponunt philosophi,& reddunt causas. Quas ob res,nec re- De cęli orbibus ; & motibus. De situ Solis Aristot. Ptol.verax.

&cè reprehendit Telesium Marta, quòd numerum sphærarum non pertractauerit; namque Aristo. quoque supponit dicta Eudoxi à Calippo correpta, vt narrat Simplic. in 2. de cœl. itaque & Telesius in 1. mai. cap. 9. supponit constructionem celorũ, & motus esse, quales Mathematicis expertis apparent. At non quidquid ipsi dicunt supponendum est philosopho, non enim impossibilia, vel quæ sensui, & his, quæ ab eo accepimus, contradicunt, alium enim scientiæ inuentorem, & artificem non habemus. Quoniam autem impossibile cœlum est contrarijs motibus moueri, vt dicunt: omnes orbes præter primum ferri ab occidente in orientem proprio motu à proprijs motricibus animabus, quem conficiunt diuersis in temporibus, at in cursu à velocissimo supremo orbe rapi, & in contrarium duci velocius quidem hoc motu præter naturam ab oriẽte. s. in occidentem, quàm eo, qui est à propria natura, peragere. s. singulis diebus circulationem vnam: igitur, quia hæc sententia, nec imaginatione nedum sensu, capi potest, nec mathematica demonstratio, aut ratio conuincit vlla, resecandam eam à philosophia sensata iure censemus, & rectè Aris. fecisset, si ipse quoque eam respuisset: at ipse veram supponit diffidens verum scrutari.

Vnde astrologi posuere raptum in cęlo, & exc. & epi.

Eud.

At causa, qua impulsi Astrologi contrarios dederũt motus, & diuersos, fuit quòd planetæ inferiores, interdum velociores apparent, interdum verò tardiores, stationarij, quandoque retrogradi, & propter hoc diuersæ fuerunt positiones. Eudoxus enim Soli, & Lunæ tres assignauit orbes, quorum altero ferantur ab oriente in occidentem secundũ motũ diurnum, nam à primo mobili rapi secunda nõ iudicauit, altero, quo ab occidente in orientem secundum successionem signorum, cõtrario primo, tertio verò quo à polo ad polum ferantur, qui latitudinalis vocari solet, & his saluat apparentias multas, sed nõ omnes: reliquis verò quinque plantis, quatuor assignauit singulis orbes, quorum duo deferant illorum singulos contrario motu longitudinali, altero ab occidente, altero ab oriente, duo alij per motus contrarios latitudinis, secũdum quòd alter trahat planetam ad polum, vsque ad certum terminũm, alter retrahat versus ęquinoctialem, & ad alterum polum: ita quòd hic viginti sex planetarum orbes statuit. Calippus verò conuenit cum Eudoxo in ordine sphærarum, & orbes eosdem dat Saturno, & Ioui. s. quatuor, at Soli, & Lunę duas addit sphæras præter tres Eudoxi, & hoc ideo, quia quãdoq. apparent velociores, quandoque tardiores: & hoc ideo fecisse putat Eudemus, vt refert Simpl. quòd Solstitiorum, Aequinoctiorumq. tempora differunt, sicuti ab Alcmæone, & Memnone est obseruatũ, & tres orbes non sint satis ad assignanda hęc, quæ apparent circa sydera, & addidit quoque Calippus singulis vagis alijs orbem vnum deferentem propter direptionem, & retrogradationem, quas in his percepit: ita quòd triginta tres orbes præter mobile primum apposuit hic homo. Aristoteles hęc

Calip.

quę Calippus dixit, vera putans, sibi appropriauit, & vnicuique astro tot reuoluentes orbes vno pauciores addendos censuit, vt habet in 12. meta. tex 47. Necesse est autem, inquiens, si compositę omnes sphęrę debeant reddere apparentia, secundum quemlibet errantium alteras sphęras vna pauciores esse reuoluentes, in idemq. restituentes positione primã sphęram semper inferius ordinati astri: sic enim solùm contingit planetarũ lationem omnia facere Lunæ autem excipit hos reuoluentes: & hoc ideo fecit Aris. ne motus superiorum inferioribus communicentur, & tollatur confusio maxima, quę sequi possit: putauit enim quemlibet orbẽ inferiorem rapere, eiq. motum suum communicare, iccirco apponendos esse reuoluentes orbes, & reluctantes superioribus, dum ex aduerso ferũtur, itaque prohibentes eorum motus, quare Lunæ non dedit illos, propterea quòd non contineat cœlos sub se, hanc sententiam pluribus explicat verbis Sosigenes, vt refert Simplic. cui non acquiescit ipse Sosigenes: nõ enim saluat omnes apparentias, cõsistentias. s. retrogradationes, & directiones, nec motũ, qui titubatio dicitur, ab Arabibus inuentus: ita ꝙ frustra multiplicat quinquaginta nouem orbes Aristoteles, & ex hoc appareat, quòd Marta nesciuit numerum orbium Aristotelis. Sed iudiciũ horum in primis Aris. falsum ostenditur à modernis, nec quispiam Peripateticorum tota via sequitur illum. Et primò quidem superfluit sphęra, quę mouet secundum diurnum motum, nec est alia ponenda ab ea, q̃ defert secundum proprium, vt probat Ptolem. & rectè quidem, si enim superiorum motus inferioribus communicatur Aristoteli, sufficiet sphęra non errans omnes secundum diurnum ferre, rapereq. & Ioannes Baptista Consentinus huius opinionis explicator, & defensor hanc rationem desperauit, vt soluat in fine cap. 5. sui libelli de Aristo. astrologia; & ideo posito dubio, inquit, sufficiat me attulisse dubium: perpendunto alij, reuoluentes quoque quos addidit Arist. sunt superflui, vt rectè dicũt moderni; nam motus hi non essent naturales, sed violenti, & sufficit, vt à proprijs motoribus sint determinati ad maximum, & ad minimum, vt est opus, & putauit superfluos orbes ferentes in latus Ptolemæus, sufficit enim, vt planetæ declinent ab ecliptica, quoniam eorum poli quoq. declinant. Ptolemæus verò, & Hipparchus Rheginus, qui à Pythagoricis acceperunt teste Nicomacho, Excentricos orbes, & Epicyclos dedere nõ desperantes ex his causas omnis apparentiæ assignare. Auerr. verò hos omnino negat, quia nobilitati cœlorum non congruunt tales difformitates, sed omnes orbes circa centrum vnum voluantur oportet, tũ quia ex his datis vacuum sequitur, vel corpora ponuntur ociosa in cœlo, & promisit se dicturum aduersus illos, sed ad senectam lapsus desperauit, commisitq. modum speculandi, alijs circa hoc in 12. metaphy. & tentauerunt multi hanc Auer. astrologiam; multa dixit Alex. Achil. in primo de orbibus: tandem Ioannes Baptista de Amico Consentinus compo-

Aris. sumpsit dicta Eud. & col.

Sosige. infirmat dicta Aristo. & antiq.

ſuit libellum, vbi detrahit Epicyclos, & Eccentricos omnia ad Homocē-tricos orbes referens, omniumq́. cauſas aſſignat, & Ptolemęi, ac aliorum dictis ſatisfacit. Alij verò ſingulis ſtellis orbē aſſignant vnum, & fixis non in vno ponunt, ſicut Moyſes Aegyptius. Quidam plures orbes ſtellis dicunt, vt refert Albertus: tanta igitur eſt difficultas in hoc propter remotionem eorum à nobis, & deceptiones inſtrumentorum, multipliciter enim menſurantibus contingit errare, vt vix veritas attingi tantillū poſſit. Nos ergo concedentes poſſibilia ad ſenſum, & impoſſibilia abijciētes modò benefaciemus.

Ariſt. opin. At Ariſtoteles in 2 dè cœl. tex. 58. de motuum orbium tarditate, ac velocitate ſermonem faciens; Dicamus, inquit, quòd rectè accidit cuilibet ſtellarum, vt motus eius ſit ſecundum ſuam remotionem: & dico, quòd earum quædam habent motum velocem, & leuem, & quædam plures, & tardos, & quælibet ſtellarū mouetur in ſuo orbe è contrario motui primi cœli, & hoc fuit rectè. Dico, quòd ſtella, quæ eſt poſita propè primū motum ſimplicem, facit reuolutionem ſuam in maiori tempore, & ſtella poſita à remotis, à primo ſimplici, facit reuolutionem in tempore minori. Cęteræ autem ſtellæ, quæ appropinquant primo motui ſimplici, faciunt in maiori, eæ quę non appropinquant, faciunt in minori tempore. Et hoc rectè fuit; quoniam in eis, quæ appropinquāt magis primo motui ſimplici, contingit plus, & quæ remouentur, contingit debilitas ppt remotionem, & quæ ſunt inter ſe, ſequuntur in primo motu ſimplici ſecundum propinquitatem, & remotionem, ſicuti declarauerunt Mathematici.

Th. Vbi ſanè iuxta conſenſum omnium expoſitorum Ariſtoteles dicit, quòd motu vno feruntur inferiores orbes à primo cœlo, & quantò viciniores ſunt illi, tantò velociores effici ſecundum motum inde receptum, qui diurnus vocatur, at quantò remotiores, tantò citius ferri proprio, & diurno tardius, quoniam minus impediuntur à raptu primi. Et hic Ariſ. ſibi contradicit, dum à primo ferri orbe docet ex oriente in occidentem omnes, & in 12. metap. cum Calippo proprium donauit orbē vnicuiq. pro motu diurno Aplane dicto.

Th. 1 At poſitio hæc Aſtrologis non placet, & id quod placet vtriſq. nobis falſum declarabitur. Primò quidem refellunt eam, & quòd ſit falſum, qꝛ quantò diſtant magis à ſphæra prima citius moueantur orbes, Sol. n. & Venus, & Mercurius, vt dicunt obſeruaſſe aſtronomi, eodem quaſi tempore proprium peragunt circulum, & ſi retardatio fieret à ſupremo rapiente illos, neutiquam ęqualem relinqueret motum ijs, & aſtronomi quoque probant in motu raptus omnes circumferri ſpatio vigintiquatuor horarum, inſenſibile quid variatarum, & in Sole id experimur, qui quadruplo minori in tempore deberet diurnum conficere gyrum, quia in quarto orbe ad nos eſt ſitus, & ſeptuplo in minori, ſi Ariſtoteli eſt in ſeptimo orbe: igitur non magis rapiet orbem viciniorem, quàm remotiorem,

motiorem, si enim sic, diuersum eis inderet motum, & ad sensum vident Astrologi, contra quos hæc ratio valet magis, Solem vigintiquatuor horarum spatio, sicut mobile primum diurnum explere cursum: non ergo rapit, quia cùm non sint ligati, & super alijs polis cõtrario illi motui moueantur, vt aiunt, tunc non omnes ęquè velociter moueantur oportet, nec inter se, nec velocitate primi mobilis: nam contrarius motus proprius vnicuique, & distantia retardant, paulisper violentum, & efficit minorē, quippe cùm simul eidem orbi indantur: at nullam seruant proportionē, vt dicunt, nec quoad motum diurnum, nec quoad proprium, ergo non rapiuntur hoc modo, nec ex occidente in orientem feruntur.

Pręterea si vera Aristo. positio foret, sequeretur, quòd sint duo primi motores, alter in sphęra prima, alter in Luna, namque per Arist. quantò magis orbes approximantur primo, tantò citius feruntur motu illius, & tardius proprio, & quantò sunt proximiores Lunæ, tantò celerius suo feruntur ex occidente in orientem, oportet ergo esse motorem in Luna, quem imitentur motores medij; etenim quando mouent hoc motu, nō imitantur primū motorem: sphærę inerrabilis, ille enim è cõtrario mouet, mouere autem è contrario non est imitari, & motorem imitantur primum secundi, cui assimilari appetunt, vt dicitur in 12. metaph. & adduxit hanc rationem Niphus non sic bene scriptam, quam dicit esse Alpetragij astrologi, & soluit friuola solutione, & ab alijs reiecta nō in hūc intentum. 3

Putat enim Niphus cum Auerroe, quòd orbes omnes integrant vnū animal, & vnius sint speciei, quod animal est vnum numero. Vno quippe mouentur primi motoris motu omnes simul, vt dicit Auer. in destru ctio. destruct. disp 3. & oblitus est ipse decretorum Arist. in 12. metaph. sed à proprijs motoribus, inquit, orbes proprio donantur motu partiali, sicut animal mouetur versus partem vnam, brachium autem alterum versus. Sol. Auer.

At tota errant via, hęc opinio potius est Ptolemæi, vt ipsemet Niphus fatetur in 2. cœl. sup. t. com. 71. Nam Ptolem. ęquè omnibus tribuit motum diurnum, & non per participationem primi, quin Soli magis illū, quàm cęteris competere docuit, & totum cœlum ex omnibus aggregatum motibus, quasi vna virtute moueri. Et profectò si vnū sit animal cœlum, & Sol sit cor, vt concedit Ptole. & Alb. Auerroem dicere oportet, Deumq. in Sole esse, à corde enim in animali, iuxta eorū decreta omnes procedunt virtutes, cor est sedes animæ, principium mouendi, sentiendi, omniumq. operationū. Et rationabiliter hoc continget Aristoteli, non à Sole stellas omnes lumen trahere interdum dixit, Sole quoque motum diurnum mensuramus & non prima sphæra, & omnia tempora, & hoc Moyses in Genesi docuit. Sol itèm ad sensum omnia generat immutationes inferiores producit omnes, itaque vel Deus erit in Sole, Th. conf. 1 2 3

vel

vel cœli non sunt animal vnum ad hunc modum, quod regatur vna anima principali;nam illam oporteret esse in corde.s.in Sole, sicuti est in a-
4 nimalis corde apud Aris.& Auer.animæ pars principalis. Ad quod accedit,quod in sphęra vltima,non reperiuntur tot effectus,& largitiones quales fiunt in Sole:vnde Gal.in 17.de vsu par. admiratur naturam Solis,& in eo ponit animam,& mentem Platonicorum:item nunc Auerr.
5 sententiam reijciunt Alber.ibi in 3.tract.cap.4.& D.Th.in lect.16. item
6 sequeretur,quòd omnes intelligentię cœlorum,quæ specie differunt Peripateticis omnibus,& ipsi Auerroi ponenti in incorruptibilibus indiuiduum vnum speciem esse vnam,sint potentiæ vnius animæ cœli totalis, quę est Deus,& hoc non potest dici Auerroi,ipse enim illud reprobauit loquens contra Auicen.in tex.c.37.& Arist.distinctionem realem inter-
7 posuit,& specificã. Et si orbes intelligentias habent pro formis,& alias formas nullas,sicut dicit in de sub.orb.& destruct.dispu.3. intelligentiæ autem differunt specie, & esse specificum est à formis, specificè quidem
8 oportet differant orbes,& non sit animal vnum. Insuper si animal essent,colligati inter se forent, sicut ad constitutionem animalis requiritur,sed nullam habent ligationem: nam si haberent,in polis haberent, at Auer.reprehendit Ptolemęum,quòd dixerit cœlos ligatos in polis, q̃ sint perforati ab axibus transuectis cœlos sustinereq́. apparentibus, cõmanent ergo cœli, sicut homines plures consequenter se habentes sine medio,vel contigui,quorum quilibet à propria intelligentia, animaque regitur,& hi non possunt ad vtranque partem duci simul sine vi,& si cõtinuò id agerent corrumperentur,& dissoluerentur sine enim labore nõ fit tractus aduersus rei tractæ,& in cœlis id reperitur, quibus addito a-
9 stro motus violentatur Aristoteli.Deus præterea non mouet orbem primum,sed alius motor,vt dicit Auer.aduersus est hic sermo,non est ergo Deus principale mouens immediatumq́. inferos orbes, sed intelligentia motrix primi,sed intelligentia non excedit intelligentiam propter ordi-
10 nem situs,vt dicit Simplicius in 2.cœl.& Niphus,alijq́. Peripatetici multi,& rationabiliter quidem: nam intelligentia Solis esset ignobilior Saturnia, & Iouiali, quod falsum inde patet, quòd dicunt,in nobiliori parte cœli esse intelligentiam.s.in stella. Sol autem stellarum omnium
1 nobilissimus est omnium Platonicorum astrologorum,& Peripateticorum testimonio, quorum circa hoc verbis folia implerem spaciosa valde:igitur nobilior est intelligentia in Sole,quàm in Saturno,alijsq́. superioribus,etenim nobilius influit Sol,& omnes effectus ab eo fiũt, qui ab alijs fieri possunt,& Sol Saturno lumẽ præbet,& cæteris,sicut dixit Aristoteles,hoc autem fit respectu intelligentiæ sic disponentis,vt Albertus tenet,& Auerroistæ profitentur interdum,itaq. Solis intelligentia pręstans lucem,alijs intelligentijs,pręstat dignitate,& nobilitate,& effectus Solis mirabiles id declarant,cuius contrarium deberent dicere Peripatetici,

Lib. de prop. elem.

tetici, si tenent appropinquatione ad primum fieri nobiliores, & non dicunt, igitur dicant in Sole nobiliorem intelligentiam; nam in nobiliore corpore nobilior est anima, & forma, & nobiliori re ens nobilius cōmoratur: quas ob res verius erit dicere, quòd quælibet intelligentia dat proprio orbi motum diurnum, & non quòd veniat aliunde, nec det motum alium, quia motor vnus duobus non mouet motibus. Et quidem si animal esset vnum, obedirent omnes potentiæ animalis portioni principali, at omnes contrario ferunt motu, sed vi rapiuntur à prima. Exemplum quoque de brachio in contrarium moto, nihil saluat hanc fictionem: brachium enim ab eadem mouetur anima, spirituq. per totū diffuso, & principali parti est alligatum, vt inde decernatur esse sic mouendū à portione spiritus à considerante totalitate, & succedat virtus alia loco debilitatæ, & retrofertur, vt succurrat suæ vniuersitati, nec semper id agit nisi vbi opus est, vel bonum imminet appetendum, comparandum parti principali, vel periculum illi declinandum, tollendumq. at inferiores orbes non sunt alligati, nec mouentur in contrarium ab eadem anima, sed à sua intelligentia, sicut dictum est de pluribus hominibus, nec propter bonum vniuersitatis animæ primæ, vel malum fugiendum, sed contra eius ductum feruntur, illumq retardant, vt proprium citius conficiant gyrum, & semper non quandoque, vt fictio Auerrois, nec apparētiam habeat, sed videatur perpetua contrarietas, & pugna in eodem animali, vel ignorantia, & infęlicitas in cœlis secundis, & eorum actibus, cū nesciant primum imitari, & patiantur ab eo laborem, & impedimentū, & ipsum primum laborem in docendo, & corrigendo motus eorum, vel putant Deum nescire, quòd eis inferat afflictionem. Et si Deus dat colligationem eis, & facit vnum, quatenus dat esse causatum, sicut explicat Niphus in destruct. disp. 3. cùm omnia elementa tale, & magis suscipiāt esse, quia magis competit illis causari, quàm cœlis in Arist. dogmate, omniaq. id habeant corpora, non minus competit eis talis raptus, valet ergo ratio prima, si dictum Auerr. est falsum: item enim darentur duo, dextra in cœlo, nā duplex oriens proprij. s. & violenti motus, & duæ inchoationes, & duo igitur primi motores appareāt, & hæc conuincunt versatos in Arist. doctrina de cœlis. Iterum sui oblitus videtur Aristoteles, q in 1. cœl. quod habet contrarium corrumpi statuit, & nunc primū contrarium sit alijs dicere oportet, dum contrario dicat ferre, ferriq. motu in allegato textu 2. de cœl. Nec dicant motum cœli non habere contrarium, quia vni vnum est contrarium, vt solet verbis inanibus logicisque in 1. cœl. Arist. loqui. Ipse enim Arist. inquit hîc. Quælibet stella errans mouetur contrario motu lationi orbis primi. Et propositio illa ex decretis Aristotelis tantùm est, non naturæ: in rerum enim natura rein eandē à pluribus oppugnari videmus, licet ipsa secundùm magis, & minus præter duo, disconueniant. Et sic primi motus cœli, qui est ex oriente, con-

Con.

11

12

13

14

15

Ratio insolubilis.

trarius est his omnibus, qui sunt ex occidente: vnam item viam hi peragentes vni motui, vt sic, æquiualere debent, & in 12. metap. videtur ponere in cœlo contrarietatem vnius vni explicitam, absolutamq. dũ deferenti cuilibet proprium assignat reuoluentem in eisdem polis contrario latum motu, reluctantemq. deferenti.

16 Præterea augetur ratio, quòd Aristo. in 1. cœl. t. 15. inquit, & rectè q. dem, si circumlata corpora violenter ferantur, citissimè corrumpentur, & quod mouetur violentè, ait in 2. cœl. t. 17. non durat in æternũ. Quas ob res falsum est, quòd orbes à primo cœlo violenter ferantur, nam iam

Not. corrupti forent. Nec quia mouentur in contrarium à corpore potẽtiore, & diuiniore, non sint violenter sic moti, vt solent fingere Simplicius, & Niphus dum ignem raptum à cœlo non violentari dixerunt: nam diuinius, potentiusq. violentat magis, & huic consentiunt ipsi, quibus citius rapiuntur cœli, q̃ motu feruntur proprio, ergo citius corrũpantur est opus, & contra id diximus in superioribus satis de igne loquentes.

R. Alex. Simplicius autem in 2. cœl. com. suo 38. affert solutionem Aphrodisei ad id, quod dicitur de violentia motuum, (nam quęstionem mouet, nũ viciniores primo, tardius moueantur propria latione, & num contra naturam sit talis motus) & dicit Aphrodiseus, quòd non erraticæ sphęrę velocissimus motus causa quidem est sphęræ Saturni, & aliorum, supple, tardioris restitutionis, reuersionisque, quatenus eam impedit à suo, & proprium indit motum, non inuoluntariè quidem, neque ipsi: nam Saturni sphęra, & eligeret hoc, & vellet. s. moueri ad motum primæ, nihil. n. secundis sphæris erit melius, aut eligibilius tali dispositione: simul igitur, & secundum necessarium, & secundum optimum causę cõcurrunt. Necessarium quidem, quia violentum solùm, & voluntariè, quia optimũ est sic se habere. s. moueri secundum diurnam lationem contrariã sibi: sed quia propè est contra motum ex necessitate non est præter naturã ipsis, quia ab inuicem motus sunt, eò quòd nõ sit aliquis motus de his præter naturam, quia neq. contrarium, hæc fingit Aphrod.

Conf. Alex. per Simp. At Simpl. his non acquiescens inquit. Esto quòd non præter naturã, sed voluntariè his moueantur motibus ab inuicem, ergo nõ oportebat proprios habere motus, secundum naturam sphæras animatas existẽtes, & operatione participantes, &c.

Decl. Tho. Si motus diurnus omnibus est naturalis, & voluntarius, illeq. cõgaudeat, superfluit motus ex occasu, si & ipse sit voluntarius, eadem. n. anima non habet duos motus contrarios naturales: quare non oportebat habere animas secundas sphęras, quę operentur proprium motũ ex sui natura, & voluntate si diurnus est eis voluntarius, quem à prima habẽt, sufficiebat quidem, vt moueat prima sphæra animaq. omnes, & secundę proprium, nec animam habeant: nam modus, quo duo motus in cõtrarias partes acti à diuersis agentibus in eadem sphæra, sint ambo naturales,

les,non poteſt fingi,& eſt omnino impoſſibilis. Et ſi duo motus,alter ex ortu,alter ab occaſu,cùm qui ex ortu ſit ſphæræ non errantis,eum autẽ, qui ab occaſu,etiam à prima non errante obtentum habent, & contra procedentem,quem habebunt proprium,& ſecundum naturam motũ? Voluntas quidem intelligentiarum eſt primæ, & raptum habent à prima,& proprium à ſe ipſis,quæ etiam dependent à prima, & quidẽ impoſſibile eſt,quòd motus non ab intrinſeca natura,nec à propria forma, quæ eſt principium motus naturalis, editus,ſed ab externo agente,& rapiente contrario modo ſit naturalis,vt diffinitio naturalis, & naturæ ab Ariſt.aſſignata,manifeſtat.

Præterea non ſaluatur propoſitio naturalis ab Ariſt.poſita in 1.cœl. & in 8.phy.quòd in maiori quanto,maior ſit virtus, & per conſequens motus celerior,qui nimirum eſt naturalis ab ea virtute dimanãs,ex motu enim motoris maioritatem indagamus, & non verificatur hoc principium in his. Nam ſi motus proprius eſt qui ab occaſu,& inferiores,q̃ minores ſunt citius feruntur eo motu,ergo in eis maior virtus.

Præterea quomodo,quod propinquum eſt ſphæræ velociſſimè motæ habet tardiorem motum proprium, & quod propinquum terrę immobili,habet velociorem? Et ſi dicatur(ait Simplicius)alia cauſa,non omnino violentiam diffugiet,vt quòd omnes moueantur motu alieno, videlicet,non errantis,ſed tamen voluntariè, nam proprium motu impeditum non habent ex eo:eodem enim prorſus ferrentur, etiam ſi ab illo non errantes minimè rapiantur. Verùm quia proprius motus,qui eſt contrauadens,vincitur à diurno,& quantò magis ei approximantur,tãtò magis vincuntur,& retardantur,non erit fingere,inquit Simpl. quomodo fiat ſine violentia,& ideo reſpondet ipſe ad quæſtionem.

Omnes inquiens,ſphæræ motum habent proprium ab oriente inquã tum cognatæ ſunt non erraticæ, & maiores ſemper velocius feruntur vna exiſtente colligatione omnium, & non ſecundum magnitudinem ſortiuntur velocitatem in hoc motu,ſed ſecundum magis, & minus inſinuare non erratici proprietatem:deferuntur etiam alio motu, ſecundum quòd participant naturam generabilium,& diſtant magis à nõ erraticæ nobiliſſimo,& citius feruntur ſecundum diſtantiam maiorem,& ideo Luna maximè diſtans fertur hoc motu velociſſimè.Et exemplificat de conſiſtentia quadã egrediente ex aere,quæ videatur duobus ferri motibus.ſ.ſurſum,& deorſum. Mox allatis dictis Alexandri,quòd videlicet ſphæra maior velocius feratur in ſuo motu,quia licet tardius circuat, tamen maius ſpatium conficit,& his addit dicta Platonis in Politico,& Timæo confirmatiua,nec quoque acquieſcit tranſiens ad Ariſtotelis contraria dicta: nam ipſe dicit ſuperiores tardius ferri propter impedimentum,& non citius ob ſpatium magnum, ſed inferiores citius ſecundum ſe,non propter reſtitutionem: itaq. in varias truditur ſententias Simpli- R. Simpl.

cius,tandem dicit non esse tardiores apud Arist.superiores, sed sic videri ex prçualentia superioris.

Th. At horum nullum veritati consonum, nec Aristoteli est, non quidẽ saluant,quas ipse adducit quęstiones, & argumenta aduersus Alexandrum facta in ipsum quoque retorquentur. Primò quidem si à prima sphæra recipiunt motum diurnum secundæ,nõ oportet, quòd in his sit anima operans ad illum motum,vt ipse arguebat primò contra Alexan. sufficiens enim prima est hæc omnia facere secundum colligationẽ, quã posuit in omnibus Nec oportet eis addere secundarum voluntatẽ: nam re vera Aristoteles dicit retineri à suo motu superiores orbes, & citiore donari raptu,& hoc patet,quia quantò sunt distantiores, tantò minore feruntur diurno. Et si dicat spatio viginti quatuor horarum omnes ferri,sequitur quòd non secundum propinquitatem ad nõ erraticam sphæram magis moueantur, nec secundum insinuare magis proprietatem illius,sicut dicebat ipse. Item quòd motum proprium eodem tempore peragrabunt:nam singulis virtus mouens est proportionata secundum quantitatem suam:quantitates autem subdeficiũt regulariter,ita & motrices. Sed contrarium experimur:nam Sol,Venus,& Mercurius apud astrologos eodem quasi tempore suum explent circulum,& deberet Venus in minori tẽpore,& minori illa Mercurius, ac in minimo Luna circuire.Et si Saturnus in 360.mensibus circuit,& Luna in vno,sequitur,vt proportio Saturni ad Lunam sit in magnitudine iuxta proportionem temporum motuum,vel maior Saturnus, quod non seruatur in his,nec in alijs teste D. Thom. & Simplicio. Item nec intelligentia potest velle duos motus contrarios,& si intelligentiæ secundæ appetunt primæ cõplacere,quò sint in dispositione bona, nõ quidem exequentur vnquam motum contrauadentem.Vnde quoque responsio Auerrois, & Alberti, quæ est,quòd ex propinquitate intelligentiarum ad primam, sicut aiunt 2.cœl. secundum localem positionem significetur propinquitas essentię,scientiæ,intellectus,& desiderij, falsa est ob rationes allatas; Tũ quia Arist. dicit prohiberi secundas à motu diurno,non autem ipsas velle,sed contraduci,& ipse Auer.passim fatetur, ac Simpl. Tum quia Solis debet esse nobilissima iuxta eius principia,& Alberti, & Ptolem.vt superius diximus, & sacræ litteræ testantur esse,luminare magnum omnibus excellentissimum. Et Plato,inquit,Solem positum fuisse animæ mundi,& aliarum lucernam,vt videant quo exerceant modo operationes suas. Catenam auream Homerus Solem vocat, qua fracta omnia corruant,vt Plato narrat in Theęteto, & in 6.de Repub. filiũ summi boni is eundem vocat,& magna dicit de eo Plinius. Quas ob res nobilissima videtur Solis intelligentia,& nobilior Saturnia,Sol enim præterea dat vitam,& omnia generat,Saturnus verò apud eos potius mortificat, & horum virtutes sunt ab intelligentijs,sequitur ergo, vt Solaris sit nobilissima, & maxime

ximè Dei imitatrix, itaque velocissimo feratur diurno motu oportet, & eo qui ab occasu tardiore, quàm Saturnus, & horum nullum est verum, iuxta Simplicij allatam responsionem, nec secundum Arist. dogma, fingunt igitur, & nesciunt apparentiam dare figmẽtis. Et hoc maximè cogit Albertum, cor cœli Solem ponentem, & Aristotelem generationis principium vocantem, & cæteris astris lumen fœnerari volentem in de prop. elem. Vnde mirum si tanta nobilitate est donata Solis intelligentia, & nesciat primam imitari, & profectò si dat vitam imitatur magis, quàm Saturnia, sed cur citius non fertur à diurno? fingunt omnes, & in his ordo positus àb Auerr. est falsus: nam non seruatur proportio motuum penes approximationem localem, ergo nec intelligentiæ differũt penes eandem, nam item Solaris, Mercurialis, & Venerea essent æquè propinquæ, & æquè nobiles, cùm eodem agitentur circulo. Et quidem necesse est, quòd alter motuum competat secundùm naturam orbi, & sit eius intelligentiæ, & alter tunc erit violentus, nec eisdem velocitatibus quibus nunc, ferrentur secundi orbes, si à primo non raperentur, vt dicit perplexè Simplicius, nam videmus teste Arist. quòd à propinquitate retardantur. Et quidem si in maiori quanto maior est virtus, oporteret superiores citius ferri in suo motu secundum tempus quoque, vel in æquali tempore secundum spatium maius proportionaliter. Et hæc ratio probat, quòd etiam debeant sic nunc ferri, quantò magis. s. approximantur, tantò tardius in proportione, quòd non est. Et Arist. locutus est de raptu sphærarum, non de desiderio, vt omnes testantur, etiam illi, qui textum peruertunt, ratione victi, nec de apparentia sola est sermo, sicut fingit Simpl. nam si verè Aristoteli tardius feruntur superiores, verè ergo ex præualentia primæ impediuntur, non apparenter. Et si verè velocius feruntur inferiores, quia debilitatur aduersus eas actio primæ, verum erit in Aristo. dogmate, quòd tardius sublimiores ferantur, impeditę. Exempla autem, quæ ipse adducit de contrarijs motibus aeris, non valent, vt ipse etiam dicit: nihil enim secundum se simul sursum fertur, & deorsum, vel rapiatur deorsum, & simul tendat sursum, multò minus ergo voluntariè, regulariter, & perpetuò, sicut in cœlis fit. Nec potest cœlum ad contrarios motus potentiam habere naturalem, impossibile est quidem duos contrarios motus vni corpori simplici competere naturaliter, vt dicit Arist. in 1. cœli, sed si alter est naturalis, alter, inquit, erit violentus, itaque motus vtrique ad contrarias positiones orbes deferentes, non erunt naturales, sed alter violentus.

Niphus super destruct. disp. 14. sua q. 5. dicit non competere contrarios specie motus vni simplici: at hi, inquit, numero differunt, cœlum. n. vnum est numero cum stellis, & orbibus, vt animal.

Verùm cũ id non acceptent Tho. & Alb. nec reliqui itidẽ Perip. multi, & nos reprobauimus illud, restat soluẽda adhuc hęc ratio Nipho, & hoc

in-

insuper deliramentũ est, & fuga: nam logicali responso ad sensatam rationem soluendam vtitur, cuius contrarium sensui exponendum erat; motus enim, qui actualiter sunt in natura, non in mente tantùm, si contrarij, siue numero, siue specie vocentur diuersi, eidem inesse nequeunt, ad contrarios enim vadunt situs. Quia motus illi differunt specie, nam ad contrarios terminos vadunt, vnde sumunt specificationem Aristoteli, nec quia omnes sunt circulares, non differant: nam qui fit sursum, & deorsum, dextrorsum, & sinistrorsum sunt recti omnes, & tamen specie differunt, quia ad contrarios locos vadunt, vniq. inesse non possunt: & sic eadem est ratio de raptu, & proprio cœlorũ, si enim tendit huc, quomodo tendet illuc simul? & quę imaginatio id fingit rectè? & hi motus certè tendunt ad dextrum alter, alter ad sinistrum: nam vocabulorum nihil valent in hoc figmenta: sensu enim est demonstrandum quomodo idem circulo contrario simul feratur, & circulus ligneus debet ostendi talis, qui ad contraria vadat, (siue vocetur motus differẽs specie, siue numero, quid enim hoc ad rem) & super polos diuersos, siue eosdem voluatur, vt in 12. metap. dicitur, & super centrum idem, poli autem non perforentur in eis, & tunc fiet id nunquam, vt videatur impossibilis prorsus positio eorum. Item si duo competunt motus vni, puta Lunæ, naturaliter, quis erit illorum magis naturalis, vel æquè vterque non fingent vnquam, & sicuę fingit Niphus esse naturaliorem diurnũ, sequitur quòd qui est ab extrinseco disiuncto fit cuiquam naturalis, & magis, quàm q. fit ab intrinseca natura: quid peius? & Aristoteli dissonat hoc, qui motus proprios vocat, qui ab intrinseco fiunt, diurnum verò contrarium, & alienum.

Præterea qnod rapitur in suo motu, violentatur, quomcdolibet fiat, at inferiores cœli rapiuntur, vt dicit Arist. & astrologi, nec enim ferrentur proprio motu sic tardè, quare citò corrumpentur. Dictum autem, quòd cœlum sit velut animal non valet, nullam enim continuationem habet, nec in polis, vt dicunt, & si habent, vno modo ferantur est necesse, & in animali pars non potest perpetuam vim sufferre, qualẽ dat Niphus & Auer. orbibus particularibus, & angeli secund. perpetuo pugnent, & exerceant odia, & stupidi sint oportet, si sic est.

Opin. magis vera.

Simplicius tandem adducit opinionem quorundam, qui orbes omnes eodem ferri motu dicunt, ab ortu videlicet ad occasum, nullum autem è contrario, & inferiores subdeficere à motu superiorum, quia tardius mouentur, & longo cursu temporis videntur motum alium explere, quia iunguntur principijs, vnde principium deficiendi innotescit. Et hanc sententiam laudat ipse, nam præter has dubitationes soluunt alias multas: namq. euitatur violentia, & motus habebit velocitates proportionaliter cũ magnitudinibus, & eiusdem quæ sunt substantiæ, eundẽ faciant motum, tam sphęrę, quàm animæ earum.

Verùm

Verùm non laudabilior Aristotelicis positionibus sit hęc, inficit illā Simplicius & cum eo quidam Latini Simplicij verba recitantes, qui laudauerant illam. Nam inquiunt, circulatio erraticorum fieret eadem semper in eodem circulo, ordinatus enim est ipsorum motus, vt & comprehensibilis sit: igitur vel per vnum parallelorum discurrerent ex ortu ad occasum, aut per obliquū; si p vnū non oportebat fieri australiores modò, modò borealiores, neque secundum alium, & alium locum: horizontis oriri, & occumbere: si autem obliquum, necesse erat vnumquodq. erraticorum astrorum qualibet die apparere australius, & borealius factū, veluti omnia, quæ obliquum circulum circumeunt secundum vnāquāque vniuersi circulationem exceptis gradibus, quibus subdeficere videntur: hęc autem ambo præter euidentiam sunt. Conf. Simp.

At has rationes Telesij doctrinam labefactare nihil manifestum fiet, cùm eius adducemus intentionem; at nec priscorum philosophantium, vt ex narratione Alber. in 2. de cœl. tract. 2. cap. 5. patet. Hæc enim fuit sententia antiqua, valde vt narrat Galenus in lib. de histo. phil. & sustentata subtiliter ab Alpetragio philosopho optimo in his, & astrologo, vt dicit Niphus in destruct. d. 14. & Albertus in allegatis. Hic quidem in suo libello de qualitate motuum cœlestiū, Eccentricos, & Epicyclos, & motum raptus destruxit, naturalem dans omnibus diurnum ex ortu ad occasum, licet sub diuersis polis, & omnium apparitionum reddidit causam sufficientem, cuius supposita, quia sunt contra Arist. falsa esse dicit Ioannes Baptista Consentinus, sed non probat, nec ea adducit, quod faciendum ei fuisset, & non fingendum. Dicit quidem Alpe. stellam inferiorem omnem moueri ab ortu ad occasum, sicut prima sphæra, & omnes ab vnica ferri virtute motoris primi, sed hanc virtutem fortiorem esse in ea, quæ coniungitur vicinius primæ, & debiliorem in sphæra, quæ longinquius se habet ad ipsam, & ideo cùm prima perficit circulū, tunc sphæra inferior aliquantulum retardatur à perfectione tota circuli, & huius retardationis causa videtur stella, quòd moueatur ab occasu in ortum. Et huius exemplum est aliquale, quòd quando velocitate magna aqua fluminis plani deorsum labitur videmus nos, qui deorsum in medio eius etiam tendimus, alijs vel nobis impetu sursum ferri. Ad dicta Simplicij dicit Alp. Quòd aliquando est vltra ęquinoctialem in meridie, quandoque in æquinoctiali, quandoque in aquilone citra æquatorem, & fit borealior, & australior modò stella, inde fit, ꝙ poli non sunt ijdem superioribus, & inferioribus, & in obliquum feruntur modò versus polos mundi, modò æquatorem versus inferiores, sicut sensu videmus, & ipsi dicunt Peripatetici nunc arguentes Alpetragium: itaq. reddenda est eis ratio horum: nam per motum raptus reddunt solummodo vnius apparentię causam. i. motus, qui apparet fieri ex occasu, cùm dent motum inde proprium, non autem latitudinis, & malè ergo arguit Simplic.

Commendatio opin. prædictæ.

R. ad rōnes Simpl.

plic.& contra se. Nos quidem dicimus, quòd poli sui mouentur in paruis circulis citra polos mundi, hoc est, videntur moueri per huius retardationes: qui circuli parui æquè distantes sunt ab æquinoctiali, & ideo efficitur motus latitudinis, quê astronomi ponunt in Sole, ex hoc, quòd in vtranq. partem declinant ab æquinoctiali per 24. ferè gradus. At motus latitudinis in alijs planetis nō dicitur esse ab astrologis ex hoc, quòd declinent ab æquinoctiali, sed à zodiaco, & non feruntur directè sub ipso, veluti fertur Sol, & efficitur talis mot⁹ in his, ex eo quòd circuli, quos retardando describunt poli eorum, quos describit zodiaci polus, nō sūt immobiles, sed declināt ab ipsis, & quia poli illi mouentur omnibus motibus superiorum circulorum, ideo contingunt diuersitates motuum, quas diximus, quia stella ex retardatione propria deberet vniformiter retardari in omnibus quartis circuli signorum. Polus enim accipit aliquā retardationem minorem ex circulo superiori ferè, cuius polus aliquando mouetur, & ideo videtur aliquando interiorari, aliquando posteriorari in arcu maiori, vel minori, propter quod apparet diuersitas motus.

Ratio Alber. Albertus autem hanc sententiam vnam esse agnouit, at ne videatur deserere Aristotelem, quod sacrilegium immane reputant Peripatetici, multa fabulatur, vt Aristo. fabellas saluet, tandem contra Alpetragium dicit nihil, nisi quòd si diuersus sit motus superiorum ab inferioribus in velocitate, sequitur quòd accidant in potentia motoris intensio, & remissio.

Th. Sed hoc est contra Aristotelem ponentem illam virtutum diuersitatem in diuersis motricibus intelligentijs, & quod peius, absque proportione: nam motus fiunt tardi, & veloces in diuersis sphæris absque proportione quantitatum earum, vt diximus, & in vno motore quoq. Aristoteles vehementiam, & remissionem ponit respectu diuersarum sphærarum, & quod peius, cum violentia, nam in 2. cœl. Arist. & Alb. ipse primum motorem mouere omnes cœlos dixere motu diurno superiores, viciniores q. inerratico celerius, inferiores, & distantiores tardius, itaque in illis vehementia virtutis eiusdem est, in his verò remissio cum violentia sine proportione, vt narrauimus, & Alpetragius posuit illam naturalem cum proportione, & si Alpetragio impossibile id reputant, impossibilius sibi esse agnoscant. Sed nullum nos laudat malum, si cum Alpetragio dicamus Deum tantùm voluisse motum vnicuique distribui, secundùm diuersitates quantitatum orbium, & capacitatē, itaque eorundem. & sic in diuersis non est intentio, & remissio, omnes enim moueri volunt orbes, hi quidem celerius, quia maiores sunt, hi verò tardius, quia minores, & si non fieret, hoc pacto rerum natura esset inordinata; at remissio, & intensio non est eiusdem virtutis, nisi in his inferioribus variabilibus, non autem in cœlis in eodem subiecto non distincto semper

per enim æqualis durauit proportio, & multis situs variãtur modis sem per eisdem motibus existentibus. Nec eo modo, quo putat Simpl. debet borealior, & australior fieri eadem stella in horizonte nostro: nam per obliquum fertur, sicut & ipsi ponunt, qui etiam causam sunt reddituri, & debent. Et nos dicimus in ortu esse australiorem, & in occasu borealiorem, vel è conuerso variato horizonte: variãtur enim in hemisphærijs iuxta variationem obliquitatis eadem quoque die nõ autem nobis, quibus serò apparet tantùm, & in vno situ post Solis occasum. Sol enim die occultat luce sua reliquas stellas errantes, & fixas: verùm superiores erraticæ à Sole, quæ ipsum præcedunt post longum cursum quando incipiũt Solem rursus aggredi, & derelinquere, quod est quando apparent immediatè post occasum Solis in oriente nostro, eadem nocte videntur australiores cùm oriuntur, & borealiores in mane antelucanum cùm decidunt, & sic inferiores, quæ superantur in motu, quando Sol adeò pertrãsijt illas, vt in occidente relinquat supra horizontem quando ipse alium horizontem subintrat videntur paulatim qualibet nocte subdeficere à cursu Solis, & sicut apparẽt borealiores fieri semper australiores in exortu, quod Luna manifestat relicta à Sole in Borea, quæ quolibet sero apparet magis propinqua austro, & tandem relinquitur in austro, vbi per diametrum Sol eam aspicit, & plena est lumine Solis, & tunc eadem nocte apparet australior, & borealior. R. ad Simpl.

At bene omnes qualibet die oriuntur nobis ex austro transeunt per meridiem, reflectuntur ad aquilonem, & rursus redeunt ad austrum, sicut dicit Salomon: nobis autem semel apparẽt, & si bis aspiciantur in ortu. s. ante lucanum, & in occasu, si foret possibile: nam ante Solem occidunt, quæ ante Solem oriuntur, viderentur australiores in ortu, & borealiores in occasu, nec vnum metientes parallelum. Verùm quæ oriuntur cum Sole, vel parum magis, ac minus, prius, & posterius non videntur illæ, siue fixæ, siue erraticæ, nisi post quam longè Solem transierint, nam occultat eas lux Solis quandiu sunt simul, vel longè defecerint ab eo: & ideo est, quòd stellæ multæ oriuntur in diuersis temporibus. i. videntur semper enim super nos transeunt, at non videntur ob Solem, & tamen fiunt australes, & boreales vna die, alij verò planetæ, qui transierunt Solem videntur quibusdam temporibus mane ante ortum Solis, post ortũ occultantur ab eo, & non videntur vesperi, quia citius occidunt, quæ verò sunt in ortu, quando Sol est in meridiano videntur sero in meridiano anterius, vel posterius, iuxta motuum diuersitates, secundũ quòd magis, & minus subdeficiunt à superis, & inferos superant: at si omnes lucidi essent æquè, vt Sol, quotidie viderentur australes, & boreales, sicut videtur Sol, qui non potest alterius luce occultari, & eorum motus innotescerent magis: sicut videntur interdum, quæ dimidium cœli ante Solẽ transierunt, vel ab eo defecerunt, ex oriuntur sero in ortu Solis, & mane

occidunt in eius occasu modica variatione facta: nec esset dies, vel nox, sed semper dies, nec ortus poneretur, & occasus respectu Solis modò, sed omnium, quæ autem stellæ quo tempore oriuntur, & occultantur, & q̃-bus in locis videndum est apud Plin. in 2. lib. nat. hist. non. n. est præsentis operis, nisi veritatem demonstrare sensatam, licet ipse vtatur dictis cõtrarijs his, non tamen sunt tenenda.

Sententia nostra.

Ex his Telesij sententia innotescere clarius potest, quæ nos diximus. Ipse enim vult propria natura circumferri cœlos, ipso nimirum calore, & quantò superiores sunt, tantò maiores esse, & velociores ad motũ, omnesq. in eandem ferri partem. Nam quomodo, inquit, in 1. maio. cap. 9. inferiores orbes à supremo distincti, & proprium sortiti motum cũ sint ab illo rapiantur, & quomodo duplici motu, & alteri altero contrario simul moueantur, nos cogitatione quidem assequi non possumus. Sed propterea fortè errantes his, quæ fixæ dicuntur, veluti obuiam fieri, illarumq. æquinoctialis ad polum distantia, & ad suppositas terras situs assiduè immutantur, quòd eandem quidem in partem, inquam & supremus, & ab oriente omnino ad occidentem ipsarum etiam orbes mouentur, at non eadem, quà illæ, velocitate, non. s. vigintiquatuor horarũ spatio, sed longiore tempore proprios conficiunt gyros. Itaq. non cum eadem parte orbis stellati, cum qua modò mouentur, semper mouentur, sed assiduè illi parti, & signo veluti à tergo, & obuię tandem fiunt, & eodem cùm ferantur itinere, contrario ferri apparent. Et super æquinoctialis quidem feruntur polis, at quæ his subiacet, & quæ poli vicem ipsorũ subit pars, haudquaquam immobilis perpetuò torpet, sed assiduè ad æquinoctialem declinat, & ad quendam vsque delata terminum rursus veluti retrofertur, rursusq. polus fit. Quare & stellę, quæ in medio orbium locatæ sunt, æquinoctialis polo modò proximiores, modò remotiores, & his modò terris, illis modò directæ fiunt. Ecce igitur, quàm subtiliter sub breuibus suam aperit sensatam sententiam Telesius omnium apparentiarum causas reddens summè suis concors principijs latitudinis, & longitudinis motum explicuit, omni ablata contrarietate, & id manifestans ait. Nec quin, dum ab oriente in occidentem feruntur orbes, veluti in obliquum declinare, & duplici, at nequaquam alteri altero contrario moueri queant motu, nobis obstare quid videtur; quin nullam ipsorum partem perpetuò immobilem fieri summè nostris congruit positionibus. Idq. amplius declarauit Telesius in 2. lib. cap. 11. Polis, inquiens, proximæ partes, & poli etiam ipsi non vsquequaq. immobiles sunt, quæ scilicet tardo quidem, at assiduo circũuoluuntur motu (nulla. n. pars in cœlo torpet, cùm totum sit calidum natura, itaque & totum mobile) sed vt dictum est ipsis cum proprijs polis assiduè modò ad ęquinoctialem, modò ad ipsius feruntur polum æquinoctialis: quin neque hic penitus immobilis, sed huc illuc agitur: non quidem cœlum primum, & stellatus

orbis, nisi poli ipsius huc, & illuc agantur, trepidationis moueatur motu: ipsi enim astrologi stellatum orbem trepidantis ritu in hanc modò, modò in illam ferri dicunt partem. Moueri autem oportuit sic omnes, vt nihil torpeat, & Solem duplici ferri motu, vt vbique rerum generationem efficiat, sicut alibi explicatur, & totam lustret terram, & grauidã reddat, non autem exurat.

Hîc etiam est sciendum, quòd falsò Arist. abstulit motum à stellis, & moueri, sicut nodos in tabula innuit: ipsæ enim præter motum, quem habent ab orbe, quo cùm deferuntur, alium habent motum, quo in proprijs polis mouentur circulariter: vbi enim copiosior calor est, ibi maior motus, in stellis autem est conglobatus calor, itaque velocius suis orbibus in se moueri oportuit, & is motus non in exoriente Sole, occidenteque, vbi magis aspici sinit, sed in meridiano intueri licet, vbi aer crassiusculus fit, vbi scilicet non valenter visum ferit Sol: & in aqua, multoq. magis in speculis aqua coopertis clarius apparet alter motus; manifestissimè enim in his admirabili celeritate circumuolui in se illum intuemur, vt ambigi non possit esse Solis verum motum, nam oriens, & occidens sic videtur, non oculis falsò visum, nimio fulgore eius obstrictis: stellæ reliquæ si minus Solis lucent luce, Solis ritu in proprijs circumuoluuntur orbiculis, calidiores enim cùm sint orbibus suis, velocius moueri appetunt. Et quædam earum scintillatio, quæ semper fit, earum in se celerrimam circumuolutionem manifestat: nec id ex visus debilitate videri dicant Peripatetici, sicut loquuntur in 2. lib. cœli, non enim semper id appareret, nec omnibus, nisi debilibus, vel vbi aer fortiter mouetur, vt dicunt, vel crassiusculus est: at signa hęc sunt falsa: lux enim apud nos immobilis è longinquo conspecta, si moueatur aer, vel horum impedimẽtorum, quæ dicunt, quippiam adsit, semper immota videtur, & non nisi verè scintillans lux scintillare apparet, & proportionetur lux magna, vt in distantia non maior stella appareat, nam idem fiet, & omnibus, & sic apparentiæ omnes apud nos clarescunt. At alij argumentum à Luna suscipiunt, quòd eius macula semper apparet, nõ ergo circumuoluitur, itaque nec alię, cùm eadem sit ratio. Dicunt ad hoc Arabes, qui titubationem sustinuere maculas Lunæ esse in medio eius, partes verò extremas esse perspicuas, & ideo quouis modo circumuoluatur, semper easdem apparere maculas. Telesius autem inquit, neque adeò in seipsam compacta est Luna, vt calorem in ea multò, quàm in reliquis orbis partibus copiosiorem, & qui velocius moueri opus habeat, collectum esse existimemus. Illa enim minimè propria vi, propriaq. lucet natura: sed, quòd nubes, in qua παρήλιος constituitur, pręstat, Solis modò lucem remittit, eiusq. aspectum, quod tenuissimi faciunt vapores, demit, & ex his soluuntur rationes Martæ, quas ponit in fine disputationis; celerius.n. mouentur, & his apparuit signis, non progressiuo motu, sed circulari.

Falsa Arist. sen. de motu stellarũ in se.

Restat autem, vt de nonnullis apparentijs, quę sunt in cœlo, licet ex his satisfactum sit, dicamus, cur videlicet viciniores modò, modò remotiores à nobis apparent stellæ, velociores, & tardiores, itaq. & consistentes, grandiores, & pauciores, & his astrologis propter Eccentricos, & Epicyclos fieri apparent. Ego autem ad plures refero causas, quarũ quãdoq. vna verificatur, interdum fit propter alteram: viciniores quidẽ apparent nobis planetæ omnes, ac stellæ, ipsęq. Sol, quando sunt in oriente, vel occidente, & per lineam conspiciuntur obliquam, & oculi nostri tunc terminantur in horizonte, & ibi planeta esse videtur, vnde quãdoq. in mare mergi proximè ad nos. Manifestum est aũt, ꝙ quęcunq. consequenter se habentia videntur, remotiora cum vicinioribus cõiuncta apparent ob coniunctionem radij deferentis speciem ad oculos, & sic remota, q̃ sunt vicinioia apparent, & tunc per obliquum visa omnia magis respici se sinunt, per obliquum inquam, respectu ad figuram nostrã non ad oculos, vnde quæ videntur super caput nostrum per zenit apparent remotiora, & minus conspiciuntur, sic & quæ sub pedibus, vel propè sunt pedes: sic & quando Sol visum ferit valenter, nec aspici sinit consistens videtur, quia eius mutatio ex loco ad locum minus sentitur. Itẽ stellæ quando sunt magis illuminatę à Sole, vel à maioribus stellis grandiores apparent, itaq. & viciniores, iuxta situum diuersitatem. Itẽ quando videntur per crassiusculum aerem apparent grãdiores, & viciniores, quod Aristo. agnouit loquens de Iride, remotiores è contrario, & his de causis apparent maiores, & minores propter magis, minusq. lucis, & aeris interpositi. Apparent aũt consistentes, & stationarij, quando videntur remotiores, tunc.n. motus eorum minus percipitur, sicut omniũ longè positorum, vt declarat Tel. in lib. 7. c. 26. & quando videntur in meridiano minus moueri apparent, & quantò magis directè sunt super caput nostrum, tantò consistere videntur magis absq. motu, dum metiuntur summitatem arcus, & hoc tum ex parte figuræ, tum ex eo quia remotiores videntur, sic videtur siquidem nobis Sol, vbi punctum verticis transierit, & ad occasum flectitur, accelerare motum valde, & quantò magis ad terminum horizontis fertur, tantò citius ferri. Accedit autem ad hæc omnia, quòd visus mensurantis astrologi non semper ęquè debilis, vel æquè fortis existit, nec in mensurando perseuerat: & quilibet punctus errorem parit maximum. Ritè quidem.n. qui fortiori visiua potentia, ac spiritu oculis incluso robusto est donatus, melius videt, & in altera distãtia à debili, & motum percipit magis: visus aũt idem longinqua diu aspiciens fit debilis, itaq. variari videtur motus, & magnitudo rei visibilis spiritus autem contingit alio pacto multipliciter variari: nam cibi magis, & minus spirituosi variant. variat, & coitus cum mulieribus, & vaporatio quælibet ad caput ascendens, & morbus quilibet ferè distrahit.

Prętera humor, qui in medijs orbibus oculorum est, vbi velut in spe

culo

ulo fit visio,non in omnibus eodem se habet modo circa raritatem ,& densitatem,puritatem,& impuritatem,& horum quodlibet variat vidẽdi modum,vt notum est apud eos,qui vitreis ocularibus vtũtur, quibus rarum,& densum vitri multi modò variat modum videndi, secundum quòd magis,& minus congregant speciem visibilis, & proportionatius, ac improportionatius supplent vicem humidi vitrei, in orbiculis medijs siti,& hoc valet,vt agnoscamus quantùm variat aer magis, & minus densus,rarusve visionem nostram,sicut antea dicebamus,& hanc contingit fieri difformitatem in vno,& in diuersis hominibus actis comparationibus exquisitè.

Accedit adhuc ne dubitandi relinquatur locus, quòd venti modum videndi variant,cùm enim versus Septentrionem, vel Aquilonem tendit planeta,si venti australes spirent,& ad Aquilonem deducant nubes planeta sic tendens videtur tardus,eo quòd velocius feruntur nubes, vel in respectu ad nos,sin Aquilonares spirent venti, quorsum vadit planeta, & deducant crassiusculum aerem,austrum versus,vel eurum , tunc velocior apparebit stella illa , quæcunque sit , & id in Luna quotidie experimur,velocitas enim inferiorum mobilium,quæ citò hęc à Luna,vel stella dimoueri facit, vel sub alia modo , & statim alia apparere nebulę parte,velocem stellam demonstrat , cùm velocitas sit aliunde, & hę sensatæ sunt sententiæ,& astrologorum imaginarię,quæ tot difformitates dant cœlis,melius est ergo,vt assentiamur huic sententiæ,tum quia antiquiores eam tenuere.Anaxagoras enim,Democritus,& Cleanthes(teste Galeno)omnes stellas ex oriente in occidentem ferri modò dixere, at Alchimeon nesciens soluere apparentias, quas nos modò elucidauimus , ex aduerso vagas ferri dixit , nos verò sensui innixi minus errare poterimus, & sic finem sortiatur tractatus noster de cęlo iuxta propria decreta,accepto Bernardino à Telesio philosophorum Principe principio,

DISPVTATIO QVARTA.

DE PRIMIS CORPORIBVS VOCATIS elementis aduerſus Peripateticos.

EDITA A FRATRE THOMA CAMPANELLA Stylenſe Ordinis Prædicatorum, pro defenſione Bernardini Teleſij.

DE quatuor primis corporibus elementis appellatis diſceptandum eſt modò, eorumque naturis, num ſint, & nũ ea, & eo modo, quo ponit Ariſtoteles, quod quoniam pertranſit aduerſarius, & ex prima diſpu. manifeſta ſunt duo corpora, non adducendo omnia Teleſij dicta aduerſus eum, nec omnes de hoc Ariſt. ſermones, parum, vt videtur, vtriuſque verba percipiens, in impertinentibus ſuis, & ventoſis ſermonibus dilationem facit, itaque ſatis erit nobis compendiosè forſitan pertractare quęſtionẽ. Ariſtoteles igitur in 2. de gen. ſuam proferens ſententiam, inquit in t. 7. & ſeq. Quoniam quęrimus ſenſibilis corporis principia, hoc eſt tangibilis, tangibile autem eſt cuius ſenſus eſt tactus, manifeſtum eſt, quòd nõ omnes corporis ſpecies, ſeu formas, & principia faciunt, ſed ſolùm quæ ſecundum tactum, ſecundum enim contrarietatem differunt, & ſecundum tangibilem contrarietatem, &c. ſubdit in t. 8. ipſorum autem tangibilium diuidendum, quę primę differentię, & contrarietates ſunt, ſunt autem contrarietates ſecundum tactum hę: calidum, frigidum, humidum, & ſiccum, graue, leue, durum, molle, lubricum, ſiue viſcoſum, aridum, aſperum, lene, groſſum, & ſubtile; horum autem graue quidem, & leue, neque actiua, neque paſſiua: non enim in faciendo aliquid aliud, neque in patiendo dicuntur ab alio; oportet autem actiua inuicẽ, & paſſiua eſſe elementa. Calidum autem, & frigidum, humidum, & ſiccum: hęc quidem, quia actiua ſunt, hęc autem quia paſſiua dicuntur. Et ſubiungit in ſequentibus omnium nominatorum rationes, ex quarum inueſtigatione omnia eſſe formas ſecundarias declarat prętet calidum, frigidum, humidum, & ſiccum, ad quę omnes alias reducit. Vnde inquit in

tex.15. manifestum igitur quòd omnes aliç differentię reducũtur ad primas quatuor, hę autem non amplius in pauciores. Neque enim calidũ, quod siccum, aut quod humidum, neque humidum quod calidum, aut quod frigidum, neque frigidum quod siccum, neque subinuicem, neq. sub calido, & humido sunt: quapropter necesse est quatuor esse: has & ex his quatuor speciebus in sequẽ. tex. concludit quatuor elementa singula duabus dans formis. Quoniam igitur, inquiens, quatuor elementa: eorum autem quatuor sex coniugationes sunt, contraria autem non innata sunt coniungi. Calidum enim frigidumq. esse simul, & rursus humidũ & siccum impossibile; manifestum quòd quatuor erunt elementorum coniugationes, calidi & sicci, & calidi & humidi, & rursus frigidi, & humidi, & frigidi, & sicci, & assecutum est hoc secundum rationem simplicibus apparentibus corporibus igni, & aeri, & terrę, & aquæ. Ignis enim calidus, & siccus est. Aer calidus, & humidus. Aqua frigida, & humida. Terra frigida, & sicca, vt ratione distribuantur differentię primis corporibus, & multitudo eorum sit secundum rationem, & deinde ex his quatuor contrarijs, simul iunctis mixta componit, & secunda corpora Aristoteles.

Telesius autem duo prima statuit corpora, cœlum nimirum, & terrã penitus contraria contrarijs donata, & constituta speciebus singula singulis, hoc videlicet calore, ad quem sequitur humiditas, & aliç conditiones, quę sunt in cœlo alibi dictę; hoc autem frigore, quod sequitur siccitas, & aliç terræ, quę insunt proprietates, nec possibile est frigori humiditatem cognatam coire, sicut nec calori siccitatem: ex horum mutuo contrariorum congressu altero remanente ob pugnam non integro entia secunda constitui vult, nec pacto quouis eidem contraria inesse, sed vno pręcipuè, & vt semper calore constare. Horum omnium veritatem à sensu edoctus, vt veritatis amator summus eam manifestat, & Aristo. figmenta destruit; quapropter primò pręterquam, quòd aduersatur sensui, etiam sibi ipsi Aristotelem contrarium esse demonstrat. Quippe qui duplici contrarietate, & consequenter quatuor vtatur principijs actiuis ad primorum corporum constitutionem, qui in 1. phy. vna est vsus contrarietate, duobus videlicet actiuis principijs vnoq. passiuo: quin plura dari non posse optimis rationibus ostendit. Postquam enim conclusit tria esse principia per plures contextus, inquit tandem in tex. 56. Tria q. dem igitur dicere elementa ex his, & huiusmodi aliis intendentibus rationabile esse videtur. Plura autem tribus minimè: ad patiendum enim sufficiens est vnum, & duo igitur (vt Græci, & Latini expositores concludunt) ad agendum. Si autem fuerint quatuor, ita vt contrarietates sint duę, oportebit seorsum vtrisq. esse alteram quandam materiam mediã: si autem ex se se inuicem possunt generare, ociosa erit contrarietatum altera. Quare, vt & omnes Peripatetici corroborant, si plura duobus sint

princi-

principia actiua, ipsa videlicet prima contraria, oportebit ad minus esse quatuor, & duas primas materias, & sic prima principia non erunt omnium principia, sed quorundam quædam: hęc. s. fient ab hac prima materia, & contrarietate, illa ab altera prima materia, & altera contrarietate, & quoniam omnis immutatio fit inter contraria, & vnum vni est contrarium, in duo subiectum, quod videtur mutari dum agunt, in vnū immutatur, quod videlicet vincit, quàm rectè igitur Aristotelici duo contraria docere videntur, & quod fit vno informari, licet appareat duobus ob congressum belli: sed & Arist. idem confirmando sequitur. Impossibile est esse plures contrarietates primas: substantia enim vnum primū genus est entis, quare in eo quòd prius, & posterius differunt principia tantùm, sed non genere (quod videlicet, supple, esset si duę sint contrarietates primæ, & materiæ) semper enim in vno genere contrarietas est vna, & contrarietates omnes reduci videntur ad vnam. Vbi sanè innuit, quòd quamuis plures conspiciantur contrarietates in substantia, idest in materia corporum sensibilium, non tamen plura sunt ponenda principia, vel illam pluribus detineri primis contrarietatibus est existimandum, non enim primæ sunt omnes, nec genere differentes, vt nimirum aliarum sint materierum primarū, vel alijs primis materijs inesse queant sed in vna omnes contineri, ad vnamq. reduci, vt vna sit contrarietas prima, cęteræq. ab illa emanent.

Rectè sanè incusandus videtur Arist. qui cùm hęc eleganter in physicis demonstrasset vnam videlicet esse contrarietatem, in hoc de elementis sermone vsus est duabus, & quatuor principia prima posuit æquè actiua, ac ęquè corporum primorum constitutiua; ipsum nimirum calorem, & frigus, humorem, & siccitatem: neque enim, nisi æquè prima essent, & ęquè actiua prima corpora constituerent Aristoteli à primis nil debilitatis, sed integris, æquè robustis, & sinceris principijs prima corpora constitui volenti, & mixta ex eisdem debilitatis, remissisque, & non ęquè primis, & hoc in omnium generatione reliquit manifestum ex primis nimirum debilitatis omnia fieri in 1. physi. quippe tex 68. sermonem concludens, patet inquit, igitur contrarijs aliquid subijci oportere, & contraria duo esse: prima tamen constituens corpora veluti antiquorum quatuor prima ponentium videlicet Platonis, Hippocratis, & Empedocles, multorumq. pręstigijs captus altera duo adiecit prima cōtraria, quæ quidem secunda in phy. statuerat, & ad prima vna redegerat: sed quoniam si quatuor sint prima corpora, quatuor oportet esse principia, quæ illa cōstituant, & semper maneant oportebat reperiri illa adiunxit hanc causam adducens eandem in 2. de gen. t, 34. si inquiens contrarietas sit vna, duo erunt prima corpora, at cùm plura videantur, duæ ad minus erunt contrarietates: quare ex primis corporibus ab alijs inuētis principia alia duo adiungit non ex propria intentione, quod facere

minus

minus debuisset errores eorum in alijs expertus, sed quod confirmauerat rōne esse duo adhuc substētare, & duo prima ponere corpora. Præsertim vbi ipse sensus doceat aerem, & aquam non integris constituta esse principijs, & ab ipso Sole à se nunq̄ generari, qđ nequaq̄ primis cūgruit, vt docet in phy. sed de his inferius, & singulis eiuserroribus dicēdū erit.

Marta sciolus prætermittens alias Arist. contradictiones, & rationes à Telesio adductas cum quodam suo ad hoc dicit primam oppositionē esse habitus, & priuationis, de qua in primo physi. est sermo, & hác adeò esse primam, vt ex altera non generetur, & ad eam aliæ omnes reducantur, & ipsa concurrat ad elementorum constitutionem: concurrit enim prima materia, quæ erat potentia ad hæc elementa, prius autem erat potentia, quæ cùm disponeretur recepit habitum, idest esse ipsorum elementorum grauitatem. s. & leuitatem, per quę ipsa elementa constituūtur, vt per formas: non per qualitates supradictas. s. calorem frigus, siccitatem, & humorem: ipsa enim sunt accidentia prima essentiā insequentia, & quia hæc accidentia sunt contraria, & plura, ideo non sunt prima contraria, sed secunda, & licet per Arist. ad ea alia reducantur, tamen hęc ad alia primò opposita etiam reducuntur. Mar.

Nemo quidem tam rudis est, qui hæc verba legens non irrideat, tot errores, quot sunt dictiones cùm comprehendat: quisque enim, qui quātulumuis sola Arist. verba legerit, has falsitates agnoscet: at agē, & si reijcientem non expectent, afferamus. Primò quidem probatum est à Tele. in 2 min. cap. 2. & seq. & 3. mai. cap. eisdem per priuationem ab Arist. intelligi formam contrariam ignobiliorem, quale ponit frigus Auer. cum Arist. 2. de gener. & per habitum nobiliorem, qualis ibidem ponitur calor, & auctoritates innumeræ Arist. à Telesio adductæ id declarant. Et præterea impossibile esset saluare inconuenientia, quæ ad hanc positionem sequuntur, vt ibi vides, & apud nos in disputatione prima, at primę formæ contrarię actiuæ calor sunt, & frigus; nam siccitas & humiditas passiuæ dictæ sunt Aristoteli formidanti, vt credo, contradictionem apparentem: & in 1. phy. ponit duo contraria actiua; nam vnum, inquit, sufficit ad patiendum, & duo ad agendum, priuatio autem pro non ente accepta, vt Perip. faciunt nequaquam est actiuum, sed bene pro ignobiliori contrario, & nisi sic dicatur infinita Peripateticos excipiunt incōmoda, vt demonstrauimus. Item enim principia naturalia realia sunt, nō intentionalia, quæ nunquam ex alijs facta, nec ex alterutris omnia progenerent ex se inuicem, & semper maneant in esse reali, vt dicitur 1. phy. hæc autem esse nequeunt, nisi elementa, vel in eis fundata, vbi contraria sunt prima, & conditiones antedictas obtinent, principium siquidē passiuum commune est illis, continuoq. transmutatur, differunt actiuę naturæ calor. s. & frigus, & adde humidum, & siccum Aristoteli, hęc semper manent, & omnia generant, & ipsa non ex alijs, nec ex alterutris fiunt: Th.

Rr opor-

oportet ſiquidem materiam, quæ realiter ad omnium factionem cõcurrerit, reperiri in rerum natura in actu reali, & nunquam tota trãſmutetur ſimul, ſed ſemper maneat pro alijs generandis, at hęc non eſt, niſi in elementis, tota enim materia generatorum ab ipſis eſt, eſtq. æterna in illis, & principia realia actiua nulla ponuntur ab Ariſtot. quibus principiandi competant conditiones, niſi calor, & frigus, humidum, & ſiccum, quæ in omnium factione reperiuntur: quin diffiniens generationem, & corruptionem in libro de his, & in 4. metaph. aliaſq. transmutationes ꝑ hæc principia diffinit, vt rectè omnium poſita principia vera ſint, & in 2. de gener. ſemper vocat principia hæc ipſa, & in 1. phyſi. indifferenter vtitur nomine principij, & elementi, vt peritè legentibus eſt notum, & ponentem Emped. principia quatuor elementa nihil damnat, quòd non vniuerſaliorem inuenerit oppoſitionem, nec in 1. metaphy. vbi loquens de principijs hęc intelligit, & arguit eos, qui terram excipiebant. Et Gal. in 1. de elemen. cap. 5. eodem modo vſum fuiſſe principijs in phyſi. & in de gen. innuit Ariſtotelem, dum dicit probaſſe in 1. phyſi. non eſſe vnum principium, ſeu elementum contra antiquos, & ſępe eiſdẽ, quibus Hip. vſum fuiſſe rationibus. Congruum ſanè eſt rationi, vt prima principia, ſi realia ſint, in primis ſint corporis, ipſis vocatis elementis: non enim ipſa genita fuere Ariſt. ſed ęterna, & conſentaneum, vt & ipſa ſint prima, ex quibus omnia, nam ipſa non ex alijs ſunt: ita quòd hęc vniuerſaliſſima contrarietas ſi debeat eſſe phyſica, non logica, & in cauſando vniuerſaliſſima, non, vt aiunt, in prædicando, in primis omnium principijs elementis à nullo cauſatis reponi debet, vbi ſemper duret, vt principijs congruit, & Ariſt. id manifeſtat, quippe qui 1. phy. materiam primam principium paſſiuum, & ipſam eandem in 2. de gen. & manifeſtum eſt, quòd ſicut non diuerſificat ſermonem de materia indagans principia primorum corporum, ſic nec de principijs actiuis, & primis contrarijs, & ſufficiens argumentum eſt quoque iſthuc, & manifeſtum amplius eſt, quòd in phy. quando dixit album, & nigrum, dulce, & amarum non eſſe principia ea ratione, qua ſunt ex alijs, non reprobauit calidum, & frigidum, q̃ poſuit Parmenides, ſed recipiens illa in phy. confirmauit in 2. de gener. niſi quòd addidit cauſam efficientem Solem, qui horum vires cohibeat, & ſicut in 1. phyſi. frigidum priuationem eſſe dixit, & habitum calidum ſic ſecundo de generatione, de his loquens primis, vt ait, principijs eodẽ pacto alterum priuationem dicit, habitum alterum: ſunt enim priuatio, & habitus realis hęc contraria: quare cùm docuiſſet hęc ſemper manere, & ex alijs non fieri, omniaq. facere confirmans, idem in tex. 32. demonſtrat etiam, quòd non ſit medium inter hæc ex quibus ipſa fiant, ſicut prius nihil eſſe quoque probauerat. Tamen, inquiens, neq. aliquid aliud præter hæc velut medium aliquid aeris, & aquæ, & aeris, & ignis; erit. n. illud aer, & ignis cum contrarietate: ſed priuatio contrariorum alterũ;

qua-

quapropter nō contingit illum solum esse vnquam,&c. vbi sanè innuit, sicut Auer.ait,quòd duo contraria essent simul.s.priuatio,& habitus;frigidum enim,inquit,est priuatio calidi,& tunc frigidum, & calidū simul forent:igitur manifestè Aristoteli contrariorum alterum est priuatio, q̄ constituunt elementa prima,& ad priorem contrarietatem non reducūtur,& sequitur Arist.quod hęc sint prima in tex.33. si igitur nullum sensibile prius his;hæc vtique erūt omnia:necesse est igitur, aut semper manentia,& immutabilia inuicem, aut transmutabilia,&c. quæ declarant eorum generandi modum:vbi patet hæc esse omnia, & prima principia semper manentia secundum totalitates suas,& in seq.tex.quoniam quatuor sunt prima corpora,quatuor esse oportere dicit contraria: nā materia,aut medium ens insensibilis,& inseparabilis non cōstituit corpus primum,sed communis est omnibus,& hoc modo loquitur in phy.ponens materiam insensibilem sicut hic,& contraria transmutantia illam, vtens nomine principij,& elementi in vtrisque,vt eodem pacto loqui videatur. At quis non iudicaret prima principia ea esse,ex quibus prima constituuntur corpora,& ex quibus alia?& si igitur secundum intelligētiam superior contrarietas sit habitus,& priuatio,non tamen secundum rem,cuiusmodi requiritur sermo physicus.Item si contrarietates secundum habitum,& priuationem constituant prima principia, oportet, q̄ sint prima realia differentia secundum has contrarietates; at realia prima,calor sunt,& frigus, & ratione patet: nam de primis primò dicantur oportet habitus, & priuatio, & secundum realitatem in primis fundentur,& rectè Arist.1.physi. dicit non plura esse duobus, quia ad duo prima reducuntur omnia contraria,& in 2.metaphy.dicitur, quòd in vnaquaque rerum serie deueniendum est primùm in esse reali, quod causa sit,qua cætera eiusdem generis sint talia,realiter nimirum,vt Arist.exempla,& Auer.expositio manifestant:in contrariorum ergo genere ad primam deueniendum est contrarietatem, quam dum participent,cętera sint contraria:duo autem consentaneum est,quòd sint potius in primis corporibus,quàm in his,quæ vocant mixta,sed in primis corporibus nō reperiantur præter hæc,quæ prima vocat principia,calorem videlicet, & frigus:quare non valet, quòd ait Marta elementa.s. constitui ex materia forma,& priuatione;nam præter materiam,quam hîc eandem Arist.ponit,& in phy.calorem ponit,& frigus constituentia actiua, & alterū quandoque vocat habitum, priuationemq́. alterum: nam si debent pręterea habitus,& priuatio in actu reali,in primis corporibus primò sint oportet,quæ aliorum sunt principia,& ipsa primò ex eis cōstent, & cū eis semper maneant,vt vult Arist.quod esse non potest, nisi secundum vniuersitatem,quam vnumquodque occupat per se principium. Siquidē principia sint contraria,& æterna, ac ex his dum sese oppugnant omnia fiūt altero deuicto,vel simul,vt aiunt,debilitatis,commixtisque;rationabile

est,vt eorum vnumquodque creatum sit à Deo cum propria magna mole,vel semper fuerit cum ea,vti decet Arist.ita quòd generans alia nō destruatur in totum,& in ipsa,quæ gignuntur,resoluatur,entia,vel si ęterna sint principia,necesse est,vt eorum quodlibet proprium sortitum sit subiectum,sicut etiam ex processu Arist.2.de gen. elici potest:si enim alterum subiecto careat permagno,ab altero deuincetur,& cessabit: sicq́. corruet rerum natura:& si propriam molem, vnumquodque est sortitū principium,propriamq́. corporeitatem,prima corpora hęc sint est congruum,magis quàm alia,& materiam formatam semper esse primis saltē formis oportet:nam nec per diuinum posse à formis omnibus separari potest,quod enim potentia est,esset in actu,ait Auer.2.phy.potentia autem dicitur,& prima respectu formarum suscipiendarum, & quia de natura sui non sunt,sed omnes suscipit modò, & principia formalia, cùm sint materiæ tenacia,sine ea esse nequeunt teste Arist.reprobante ideas: sed de his in prima disputatione diximus: quas ob res principia realia posuit Arist.in physi.tria, & quia si tria,tunc duo essent prima corpora, sicut innuit in tex.34.2.de gen.concludit duas dari contrarietates ex eo, quòd plura videntur prima:nam quodlibet principium proprium corpus,in quo nunquam satis diminuatur,sed semper maneat occupat Aristoteli,non autem ponitur in mente,sicut putat Marta, quapropter directè sibi contradicit,ne deserat quaternitatem elementorum, quam antiquitas prædicauerat. At præterea hoc nulli non persuadeat,quòd prima corpora immediatè sunt constituta ex primis principiis, & in ipsis subsistant maximè principia est rationabile: in his verò materia est prima inseparabilis quidem à contrariis,vt dicitur tex.6.2.de gene.contraria verò constitutiua sunt,vt ibi habetur,calidum,frigidum,humidum, & siccum,neque enim Arist. componeret prima elementa ex contrariis secundis,vt indoctus Marta effutit,& si vsus est materia prima, qua vtitur 1.phy.pro principio passiuo,verum est,quòd quę ponit actiua, sunt ea,de quibus loquebatur in phy.& contrarietas prima,& vniuersalissima nemo non credat,quòd sit primorum constitutiua elementorum,& in eis permanens ex quibus secunda fiant,& omnia:habitus igitur,& priuatio,prima nimirum contraria erunt ea,quæ prima efficiunt corpora,vndealia;non enim sunt in vacuo,& abstracto principia:sed demonstrabilia, & tangibilia,vt dicit Arist.2.de gen. at hęc principia sunt calidū, frigidum,humidum,& siccum: quorum alterum se habet, vt priuatio,& ad confusionem Martæ sciendum,quòd Arist.elementa secundum partes modò generari dixit,nam secundum vniuersitates ęterna sunt illi, & cùm generatur puta ex terra ignis prįerat contrarium formæ ignis.s.caloris forma terrę nimirum frigus, ita quòd hęc opponuntur secundum habitum & priuationem,& Arist.de habitu, & priuatione loquens sæpe de his exemplificat,& de his loquens habitus,& priuationis hęc nominibus

bus donat, vt satis enarrauimus, & ipsa materia terrę frigore detenta dicitur priuata contrario. s. calore: frigus enim priuatio est caloris p Arist. & dicitur in potentia ad calorem, quia si congrediantur cũ frigore vincẽte calore, ipsa ei substabit, quæ prius erat in actu frigoris; quare in hoc nihil dicebat Marta. Sed quòd graue, & leue non sint elementorũ formę principiaq. essentialia, nec causę caloris, & frigoris, sed econtra probatũ est in prima disputatione satis, & omnes Peripatetici vno excepto Achillino. reprobant opinionem hanc: ibique probauimus calorem, & frigus formas esse substantiales, & defendimus nos à Perip. fallaciis. At in verbis Martę contradictionem notabis: nam dicit calidum, & frigidum esse propria, primaq. accidentia, & subsequitur: quoniam sunt contraria, & plura, ideo non esse prima contraria, quod sanè pręhabitis est repugnãs: si enim prima sunt accidentia primarum formarum, prima sint opus est contraria. Nam ipsi dicunt, in primis Marta substantię nihil esse contrarium: igitur prima contrarietas erit in primis accidentibus: quare nec calidum, & frigidum superiora, quò reducantur, habent contraria realia: non quidem substantias eorum testimonio, nec accidentia, quia ipsa sunt prima, cuius causa non habent priora: at dicet fortè, quòd reducantur ad habitum, & priuationem: dicimus quidem quoniam habitum, & priuationem realia principia esse est necesse, & in primis contrarijs realibus eorum prædicatio fundetur, & realia prima sunt ipsa: quare nusquam reducantur rationabile est valde. Item nec legit hic homo, quòd Arist. 2. de gen. tex. 7. & 8. inquit has esse primas contrarietates, & differentias primas, quin species primas, primaq. vocat principia: neque substantiarum accidẽtia sunt hæc Arist. vt probauimus, & organa: non. n. primorum corporum constitutiua principia inquirens, organa inquirat, quæ nihil agunt, & vocet per se actiua: non quidem dicimus serram secare lignum, sed Polycletum, vel artificem, nec substantiarum primarum accidentia vocet vnquam principia, vel innuat saltem altera esse priora, quorum virtutibus directa, & donata hæc agant, nunquam separata ab eis si organa sint stupida, obediendiq. ignara, veluti serra facit, quod fecit nunquam Arist. sed econuerso: quinque prima ponit Marta. s. graue, & leue inter qualitates quandoque annumerat, & in textu. 8. eiusdem, nec actiua, nec passiua esse dicit, & si sic est, quomodo communicabunt actionem, & passionem proprijs accidentijs, & modum agendi & generandi, & hæc obedient quis finget? sed de his aliàs. At inscius Marta hæc non considerat, & cõtraria priora primis ponit, quod primo physi. Aristo. reprobauit: multa alia essent ei consideranda si oppugnat Telesij doctrinam, sed parum est intuitus, nec omnes vitat aduersitates saltem his dictis futilibus, ideo & nos transeamus ad ea, quæ adducit ex Telesio.

Itaque Telesius in 2. m:n. cap. 7. quòd si prima corpora sint quatuor,

duabus

duabus oppositionibus vti fortasse licuit Aristoteli, sed quia non sunt quatuor, superuacanea fuit,& inconueniens altera, quam addidit, oppositio. Et confirmatur, ait, per Arist. 2. de gen. tex. 34 (non autem affertur contradictio, vt putat Marta) vbi habetur, quòd si contrarietas sit vna duo oportet, vt sint prima corpora: at sensus quatuor esse docet, ideo secunda addenda est contrarietas, quò quatuor contraria, quatuor corpora componant. Rectè sanè à sensu numerum elementorum colligendum duxit Arist. inquit Telesius, at sensum secuto duo tātùm videri debuissent, non quatuor. Nam propterea sunt prima,& omnium elementa ponenda (ait Tele. in 3. lib. cap. 2.) eaq. ratione,& causa sunt à naturę opifice constituta, quòd perpetuò ipsa eadem permanentia, nunquam prorsus corrupta, omnia constituant. Nisi enim quælibet natura agens proprium sit ipsa sortita subiectum, in qua integra, & nihil ab altero passa, imminutaque, nec alteri commixta, sed sincera seruetur, vigeatque; at in quouis ente præter suam molem oblædatur ab altera,& imminuatur,& alteri commisceatur, periculum fortè immineat, ne mutuò assiduè in se ipsis agentibus contrarijs naturis, vel altera interempta omnia ab altera occupentur,& vnum fiant omnia, vel sibi ipsis commixtis, confusisq. naturis in chaos abeat pulcherrima rerum constructio. At si quędā entia talia elementa prima esse non appareant, non licebit homini tantum audere, vt talia ponat ea, q̃ minus apparent: non igitur rectè Arist. quatuor oportere esse principia actiua statuit, quòd quatuor appareant prima corpora; illa enim non sunt quatuor, & quod primum apparet, omnia excedens derelinquit: quas ob res summopere detestari hominē licet, qui omnia gigni è terra à Sole constituente intuens, & prædicans, tam in phy. quàm metap. de gen. ac de animalibus libris, ibidemq. Soli patris nomen,& terræ matris attribuens, non vtrunque principium, primumq. corpus apposuerit, sed omisso cœlo principali, & ferè solo agente, maximoq. corpore, aquam,& aerem in duas diuisum partes, in sublunarem, quem ignem appellare consueuerunt, quòd cœli motu calefiat, & qui nos ambit, quem communiter aerem appellamus, statuerit prima, quæ omnia teste Arist. sensum sequente in Meteoris, & de gener. & alibi maxima ex parte à Sole fieri videntur deuicta terra, & ad rerum generationes, nihil prorsus conferre sensui apparent, vt amplius sequens manifestabit sermo. Et liceat nonnulla animalia,& plantę fieri nequeāt à Sole, nisi è terra aquis madefacta educantur,& vt seruentur aquis, quas hauriant,& aere, quem inspirent opus habeant; non tamen ob eam rem prima corpora ponenda sunt: non enim ea omnia, ex quibus quędā modò componuntur, vel composita seruantur, prima sunt corpora, vt patet in multis, sed vt prima sint, id habere amplius oportet, videlicet ne ab alijs, sed à se ipsis tantùm fiant,& ad omnium constitutionem non quorundam necessaria sint.

Præterea quæ alia nutriunt,& ſeruant,prima videri non poſſunt: nā quæ ſunt prima,ſummis prędita ſunt viribus,nil refractis,ſed in ſummo gradu intenſis,itaque quibus apponuntur, media, mixtaq. corrumpūt omnia(ſummè enim calidum occupat minus)item in ſe ipſa agunt prima,nec à mediorum virtutibus in ſui ſubſtantiam inuerti ſinūt.At hęc non apparent,niſi cœlum & terra,quę ſola ſe ipſa generant, non ab alijs ad omnium factiones concurrunt,media generant,& corrumpunt, nec à medijs tranſmutantur,vel in eorum ſubſtantias verti ab eis poſſunt,q̄ non ſummis gaudent viribus,ſed aqua, & aer hæc patiuntur, ſicut media,vnde ſequitur,vt duo tantùm duce ſenſu ſint prima corpora.

At Marta contendit,quòd non ſint duo prima corpora, nam inquit, ſequeretur,quòd agens cœlum eſſe poſſet,adeò robuſtum,& patiens terra adeò in mala diſpoſitione, quòd nullum bonum fructum reciperet ab agente,quia cœlo agente,& terra patiente nō proportionata,niſi media eſſent,quæ cœli agentiam, & ſiccitatem terræ temperarent, potius calor eam vreret,quàm aliquid produceret boni, hęc ille. Mar.

Qui rerum naturam rectè inſpicit nulla obrutus animi paſſione agnoſcet ſummè neceſſe eſſe,vt duo prima ſint corpora,& decreta Ariſto.perſuadere debent:nec ideo altera debent poni,vt actiones extremorum cohibeant,nam alia ratio eſt ponendi(vt dictum eſt) prima corpora, & ſi ponantur quatuor,neceſſitas erit potius ex hoc corruptionis eorum: nā ſic ſe tangent ſecundum extrema veluti ponunt quatuor dicentes, & medium nullum eſt,quod actiones moderetur vtrorumq. tangentium:nobis autem ſufficit diſtantia,vt id faciat,& vtrorumq. repugnantia, renitentiaq.,& non ſemper æqualis aſpectus,hęc enim principia Deus conſtituit,eaq. agere in ſe ratione voluit,vt ſummis, & vſquequaque effuſis agentia viribus ſeſe commutent in media,nunquam tamen eorum altero prorſus corrupto:non enim totum (vt ſæpe diximus) cœlum agit in terram vniuerſam,ſed Sol tantùm,& vbi diu,directuſq. imminet,vel ſuū indidit calorem, qui multis de cauſis nunquam corrumpet illam, vt in 3.dictum eſt diſceptatione,bonos autem ipſa producit fructus,vbi temperato imbuta eſt calore,& proportionato, taliq. qualis ad horum factionem requiritur,& quia vniuerſaliter talis non niſi poſt hyemem in vere demittitur à Sole tunc accedere incipiente,ideo tunc temporis, vbi ver extiterit,(quod dico notanter,quia continuò iuxta diuerſas Solis lationes alibi aliud eſt tempus) vniuerſaliter generat, quod dicitur quoniam particulariter fiunt in autumno, & alijs temporibus quibuſdam in terris, quæ tunc talem exceperint calorem, & appropinquante Sole magis,quod tempus æſtatem vocant,matureſcunt,non autem fiunt,ſicut nec alio tempore.communiter:nam alius aduenit calor, quàm qui his producendis eſt bonus,& ille bonus eſt ad alia,puta ad entia igni cognatiora,& ſubtilia educenda,ſicut in primis ſatis dictū eſt ſermonibus. Tel.

Item

Item dicebat Marta si duo essent prima, sequeretur, quòd totus mundus esset in errore. Et Sancta Ecclesia dicit, distinxit Deus quatuor elementa, & quatuor tempora, & Aug. Lactantius Firm. ac alij Doctores id dicunt, & Marsi. in 2. de gen. &c.

Dicimus nos, quòd hoc scire philosophi naturalis tantùm est, qui si errauerint non mirum est: homines enim in hoc seculo difficulter, & paucissimi rerum veritates assequuntur. Et nunc inuenta est Telesio Christiano philosopho, & nobis Dei beneficio, vt credo, potius quam Ethnicis veritas tenenda, & si homines philosophati essent nullo Aristotele duce, sed solo sensu, & natura, vtique agnouissent, & sicut non fuit absurdum ante Arist. totum mundum errasse in his, quę Aristo. contra eos adinuenit, sic nec fit oportet modò. Pręsertim quia ante Arist. fuere philosophi plures quàm nunc, & ex proprio intento loquentes, & tamē omnes Arist. falsos fuisse demonstrat: nā vnus homo mille millenis pręualere rite potest. Et natura ad quid non possit hominem producere in sublimi gradu ingenij constitutum, & quam nemo accepit veritatē hic manifestet? Quare clarum est, quòd sic arguens abbreuiat vires omnipotentiæ Dei, & naturę artificium. Quod dicitur de his sanctis Theologis, & Ecclesia nihil concludit: hi enim philosophorum sectati sunt opiniones in his, quæ pertinent ad physicas artes, & loquētes in Theologia supposuerunt eas, nihil curantes num sic, an non sint. Sancta autem Ecclesia, quæ Spiritu Sancto regitur, vt errare nequeat, nil vnquam determinauit: hęc enim non sunt fidei, sed physicæ scientiæ, quam nō curat, nec quidquam vnquam in Sacris Concilijs, aut ordinationibus decreuit, ꝙ si reperiatur in scriptis Theologorum, nil mirum: multa enim q̄ Theologi scripserunt, deleta sunt à Sacrosancta Ecclesia. Et D. Aug. Ecclesiæ lumen ipsemet suæ doctrinæ retractationes adiecit, & Lactantius Firm. quem adducit in multis est reprobatus, tam Theologicis, quàm Physicis, vt tabula de erroribus suis inscripta testatur: diuinæ autem literę, quę non errant, cœlum & terram statuunt principia, in principio, inq̄t Moyses, creauit Deus cœlum & terram, & Dauid de principijs loquens mundi cœli & terrę, modò vbique meminit, simulq́. prophetę omnes. Et si Ecclesia interdum dicat distinxit Deus quatuor elemēta, quatuor tempora, & qualitates quatuor, vt dicit homuncio, quod nunquā vidi, non ex intento loquitur, sed ex acceptis à philosophis. Præsertim verò vtitur quatuor temporibus, quę minimè negamus, sed summè esse volumus, at à Sole esse, & fieri contendimus, & astrologi, ac sacrę literę id docent: nam dicitur in Genesi, quòd fecit luminaria Deus, vt sint signa temporum, & mirabiliter pro nobis exponit Picus, & Plato idem sentit in Timęo loquens de Sole, & planetis, & si Hippo. & Galen. quandoque tempora elementis correspondere dicant, est vbi Gal. Solem temporum ponat auctorem, vt in 3. de diebus criticis, & alibi: de qualitatibus num

qua-

quatuor sint, & primæ omnes nihil dictum inuenio: nam quid hęc ad Ecclesiam? Et si multa elementa vocet, hoc est nihil. Plura enim sunt elementa vocata etiam literę, quę compositionem syllabarum intrant, & argentum phyalæ: de sensu autem, quo nos elementa accipimus primaq. corpora, nihil ad ipsum: nō enim vult destruere positiones philosophorum, nisi quæ fidem oppugnant Christi. Quin doctrinam Telesij imprimendam decreuit, tanquam fidei nihil auferentem, nec incommodã. quas ob res hic homo Ecclesiæ rectores, ac ministros ignorantiæ, vel negligentiæ incusare videtur, quia quod contra Ecclesiam est, edi permisere, vel ignorantes, & non intelligentes contrarietatem, vel negligentes legere, aut malitiosè prætereuntes, & quia hi viri doctissimi fuerunt, & libros Telesij bene perscrutati sunt, ac fidelissimi Ecclesiæ extitere, remanet, vt Marta ignarus latrator sit habendus. De cęteris autem philosophis quaternitatem elementorum probantibus, dicendum, quòd vel probatur ex quatuor motibus rectis, & id reprobatum fuit à nobis in dispu.3. & à Telesio in multis, vel ex quatuor qualitatibus primis, & hoc falsum ostēsum est in multis sermonibus superioribus, & inferius agnoscetur rectiùs, quòd calor, & frigus modò sunt primæ, & omnia fiũt ab his; quare falsum supponunt Perip. At sciendum est, quòd Marta ex hac via nil potest probare; nam grauitas, & leuitas sunt substantiæ sibi, quæ duæ, & non plures sunt, nisi suscipiat magis, & minus substantia, quo dato; quod tamen nunquam concedere voluit in sua prima disputatione, sed summè falsum reputauit, tunc nihil concluderet: nam elementa formas habent in summo gradu apud Aristo. & Peripateticorum optimos, elementata autem in remisso: itaque potius concluditur dualitas elemẽtorum, nam duæ primæ qualitates ex his fluent duabus substantijs. Et quæ sequuntur ad huiusmodi positionem inconuenientia iam diximus in prima disputatione. Verùm non taceam aduersus hominem, quòd si caloris, & frigoris, siccitatis, & humiditatis, graue, & leue sint principia, nequaquam ex his syllogizari posse elementorum quaternitatem. Ex primis enim qualitatibus, vel substantijs numerus inuestigatur eorum: at primę substantiæ sunt duæ, graue, videlicet, & leue, primæ autem qualitates duę esse deberent à duabus substantijs primò deriuatæ. Item si ex qualitatibus primis inuestiganda fuissent prima corpora, vt tenet fuisse inuenta Marta ab Aristo. in 2. de gen. vtiq. magis inuestigata fuissent ex prioribus qualitatibus, quàm calor, & frigus, videlicet ex graui, & leui, quę inter qualitates numerantur in 7. physi. tex. 11. & 2. de genera, ac alibi ab Arist. (Marta quippe, & substantias, & qualitates dicit esse graue, & leue diuersis modis) has quidem qualitates immediatè magis, & citius fluere à substantijs, quàm calor, & frigus consentaneum est: quis. n. neget graue, & leue, qualitates immediatè fluere citius à graui, & leui substantiis, quàm calor, & frigus? & si dicat graue, & leue qualitates non

agere, ideo ex his non fuisse factam inductionem elementorum, vt dicitur in 2 de gen. tex. 8. nequaquam esse verum est necesse: actiones enim sunt formarum, vt aiunt Perip. igitur, quod vicinius est formis, proptius agere debet; quapropter graue, & leue omnibus in agendo præstare debent, quod cùm sit falsum remanet, vt graue, & leue non sint elementorum principia substantialia, nec causę caloris, & frigoris: nam ipsa ab his fieri diffuse in primo sermone demonstratum est, nec ex qualitatibus posse Martam numerum quaternarium elementorum probare. Vel autem, vt vnde digressi sumus redeamus, Perip. probant quaternitatem horum corporū ex quatuor temporibus anni, & quatuor humoribus corporis, vt probauit Hippoc. & Gal. sed id reprobatum est satis à Tel. in 3. lib. ex cap. 29. vsque ad 37. exclusiuè. Vel ex eo, quòd quæ resoluuntur in hęc resolui apparent, quod nihil demonstrat. Terra enim resoluitur, in ignem, & aquam actione Solis, nec tamen ex his est composita, & multa ad hæc dicit Tel. & infra loquemur contra hanc rationem. Quare Perip. nil statuunt aduersum nos, vt nostri sermones manifestabunt: itidem si ex locorum numero sententiam roborent, duo apparent loca prima, extremaque, & duo magna corpora sincera, & per se agentia, seseque generantia in medijs, duæ primę qualitates actiuæ etiam Arist. & Martę testimonio calor videlicet, & frigus, nobis autem substantię, & Græcis dictæ, duæq. operationes contrariæ, seu proprietates, motus videlicet, & quies: tēpora diuersimodè positus Sol facere est satis, & calor omnes qualitates inducere, & quatuor humores efficere bonus est solus diuersificatus multipliciter, quin plures facit, vt ipsi attestantur medici in diuersas species, & contrarias, interdum in qualitate eundem humorem partientes: non oportet ergo, quòd Marta ad alios nos mittat: bene. n. omnium scripta inspexit Telesius, errores singulos destruxit; at redeam ad alteram Martæ rationem.

Mar. Et ego (inquit Marta) vidi quatuor elementa in mixto: nam accepi sulfur, quod est igneæ naturę, & transmutaui in aquam puram: quā sub forma aeris iterum transmutaui, & item aerem in aquam, & cùm vellem transmutare in terram, vt purius ipsum fieret inueni quendam lapidem rubeum clarissimum, diaphanū, & lucidum, & conspexi omnes formas elementorum, & omnia elementa congregata in illa materia, nescio qua virtute, nisi ex appetitu materiæ ad illas, ex rubedine enim conspexi formam ignis, ex diaphanitate formā aquę, & ex luciditate formam aeris, & de his secretis dicam (inquit) in tractatu, quem faciam de mineralibus.

Th. Sed hęc verba sunt non experientia: dato enim quòd conuertisset sulfur in aquam per colliquationem, quę Aristot. in 4. metaph. fit à calore, sicut & nobis, non tamen in puram, vt dicit est possibile; nec ex aqua rursus per artificium factum fuisse aerem purum Peripateticis est possibile, sed

sed conuersum fuisse in vaporem, qui Aristoteli in 2. de gene. tex. 28 non est aer, & minus deinde factus est aqua: nam quomodo non fluxerit repentè cum factus est aer, & effugerit conuersionem, nō potest fingi, nisi fumus in distillatorio fit aqua, vbi inclusus fuerit, & densatus, at fumus per Aristot. & Auer. non est aer: quare nec terram deinde potuit facere: nam non transmutari potuit à frigore, quod terram agit, quin à calore reprimatur, nec calor ipsam constituisset; non enim quę calor in media conuertit entia, caloris donata natura, possunt ab arte, vel terræ natura fieri terra prorsus, cùm calor semper adsit, vel proprius, vel adueniens. At minus ex his conuersionibus, quamuis effectę fuissent, quaternitas elementorum concludi posset; ad hoc enim quòd quatuor demonstrentur, oportet simul, eodemq. tempore in quatuor naturas diuidere mixtum, quarum quęlibet sit proprij elementi in propria materia, quod dicere videtur Aristot. 1. de genera. at id nunquam fiet, nam in media semp vertitur entia, vel in ignem, cuius naturam, at non integram, participabat. Et si in omnia, quæ dicunt elementa inuersum fuisset sulfur successiuè, nequaquam tamen quatuor concluderentur; nihil enim obest, vt dicunt, vt vnum elementum in aliud conuertatur, & vna natura media in aliam, vel extremam. Terra enim potest agi in aquam, & inde in aerē, ac ignem, & tamen non est ipsa ex his, composita omnibus, nec si sumatur pars pura. Item conuertitur in aquam per calorē, & in aerem per calorem, & rursus in ignem, ergo ex hac conuersione potius concluditur, quòd hęc omnia calida sunt non in summo, sed media: ignis autē in summo: ignis autem amplius nequit transmutari, si tetendit ad locum suum ab his medijs, vt ignis, & terra prima videantur modò. Quod de lapide refert minimè sapit veritatem: non enim absque alterius commixtione sulfur in aquam actum, vt ait, puram, lapis sic formatus fieri potest, vt alchimistis probatur, & Aristot. in 4. metaphy. & si factus est nequaquam ex his proprietatibus formas elemētorum rectè distinxit, ex diaphaneitate enim non conspicitur forma aquę modò, sed & aeris, qui teste Aristotele. 2. de ani. tex. 68. etiam diaphanus est, nec ex luciditate aeris forma, non enim aer est lucidus, inquit Aristo. ibidem, de se nec coloratus, sed lucem, & colorem recipit à Sole, quare semper Aristot. oppugnat calumniator noster pręter intentionem, lux autem propria est ignis, vt dicunt Perip. in 2. de cœl. quare Aristote. ne cogatur ponere cœlum igneū ex hoc, quia lucet, ei lucem abnegauit, sicut & calorem; lux, inquiens, velut calor fit à motu attrito aere, & omnes Perip. testimonium perhibent id ideo dixisse Aristot. Quia Simpl. cùm Pla. conuertit hanc (vt dicunt) consequentiam, omne visibile per se est igneum, & cœlum per se est visibile, quia lucidum, vt dicunt Perip. & Plato, Plotinus in lib. de cœlo, Proclusq. super Timęum. Vnde lucere volunt illud, in quo calor est conglobatus, vt possit reflectere lumen, quod agnouit Alber. 2. de an. & Auer. in

ſenſu,& ſenſato:aer autem non eſt conglobatus,vt luceat, ideo aeris natura ex luciditate non deſignatur,nec ignis eſt rubeus,ſed albus,vt dicit Ariſtot.3.metaph.licet commixtione rubeſcat, itaque nihil habet Marta.Et quomodo formę elementorum ex his conditionibus innotuerint homini eſt mirabile valde:multa quidem lucida ſunt eis frigida, vt glacies,quare aerem nō manifeſtet luciditas,& rubea item nec omnia ſunt ignea,vt in herbis experiri putant, medici,nec diaphana oīa aquea ſunt, vt patet de gēmis tranſpicuis calidis: quare nihil innotuit homuncioni, niſi ignorantia ſua,ſi inſpiciat bene. Et quidem dici nequit, ꝙ in aqua, quam tunc cœpit in terram tranſmutare,omnes hę formę extiterint,nā tunc aqua mixtum foret,non elementum. Et mirum quidem quomodo elementorum formę valde inter ſe contrariæ potuerint in aqua,in lapidem iam acta ſimul eſſe,præſertim ſine accidentibus ſuis primis,calore.ſ.frigore,humore,& ſiccitate.

Nec pręterea id Marta poterat dignoſcere; ipſe enim ponit formas graue,& leue,quę nequeunt ex his manifeſtari,ſed ex grauitatione,& leuitatione: multa quidem rubea, & lucida ſunt grauia;cum qua forma grauitatis non ſtat ignis Martę,nam tunc ignis remaneret abſq. ſua forma ſubſtantiali,quod nefandum exiſtimant etiam Perip. quin formam, abſque qualitate ſua eſſe putat impoſſibile Auerroes. Quod ex appetitu materię illas formas,ſimul inſpexiſſe dicit,nil peius,& abſurdius excogitare poterat. Materiæ enim appetitus nihil eſt de ſe, nec aptitudo quæpiam,hęc enim conſequitur,vt aiunt formam; recipit autem modò ad quod ab agente diſponitur,ipſa enim omnis de ſe expers eſt actionis, & non appetit cùm non cognoſcat,ſed appetitum vocant poëtiam ipſam boni Perip.quæ ſemper ab alio dirigitur ad determinatam formam, & ipſa nullam vim inferre poteſt,niſi quam habet à natura agente ſibi cōmixta,at forma aquę, quę inerat ante lapidem,non agit materiam ad recipiendas formas contrarias elementorum,& ſi tranſmutata,& diſpoſita fuit à quopiam agente applicato,non potuit eſſe,niſi ignis modificatus;non enim per frigus ad talem formam aqua deduci poterat, niſi in glaciem pro tunc,ſed exhalantibus tenuioribus partibus vi caloris conſtitit in lapidem,coagulataq. fuit iuxta declarationes Teleſij in 1.lib. & Plat.at ignis ſuam tantùm inducit,& frigus ſuam:alię verò qualitates actiuę non reperiuntur per Ariſto at neutra harum in tot formas cōtrarias transferet ſimul materiam, ſed quęlibet in propriam.ſ.in ignem calor,& in terram frigus terrę,& ſi omnes formæ elementares fuerunt inductę à ſolo ignis calore per artē applicato,conſequens erit, quòd ignis ſit corpus primum,quod nō ſit ab alio, & quod aer,& aqua cùm ab alijs fiant.ſ.ab igne,& terra, ſint de natura ſecundorum entium.itaque exiſtimo exhalantibus tenuioribus partibus concreuiſſe in lapidem aquam illam impuram multimodè tranſmutatam, & naturam mediam repręſentaſſe,

sentasse: calorem non sincerum, & igneam vim demissam manifestat rubedo, sine sensibili calore, & lux ipsa minus potens se ipsam diffundere: nam etiam Alber. in 2. de ani. cap. 12. tertij tractatus docet, quòd mixta lucent propter ignem, qui ex mixtura perdit excellentiam calidi adurentis, & ex subtilitate partium calcatarum retinet lucem, quę tamen admixta pluribus modis est apta colorari, & relinquo probationes, quibus lucem esse de ignis natura manifestatur: nā in sequentibus dicetur, & diaphaneitas quoque ignis est propria: nam sublunaris ignis, qui in apparentia nō differt ab aere Peripateticis, & eodem informatur modo, quo aer, à luce Solis, diaphanus est, & nobis aer est de natura illius, & aqua, penes magis & minus differentes, remanet per consequens, vt lapis ille ignem manifestauerit modò admixtum, debilitatumque, non potētem valenter suam diffundere speciem, & operationem; quapropter si lapis horum formas designauerit, cùm formę horum non sint contrariæ, sed à diuersis calorum viribus effectæ in nostra doctrina, non sequitur, vt quatuor sint prima corpora, sed duo, quorū nobilius diuersas agat medias formas, alterum pręstet corpulentam molem. qualis erat in lapide, post victoriam nobilioris, ad media conficienda: vna item res ex medijs pluribus non contrarijs potest constitui ab vna agente natura, altera per accidens ad factionem medię operante, sed non intrinsecus constituente: nulla enim res componi potest ex contrarijs, quamuis retusis, vt in seq. notum fiet disceptatione.

Probabat deinde Marta elementa non esse plura quatuor: nam inqt quatuor sunt motus duo sursum, & duo deorsum acti in directum; itē quatuor sunt primę qualitates quatuor modis, & non amplius coniungibiles. Mar.

At dicimus alibi à nobis, & Telesio falsitatem harum rationū demonstratam esse, & multi ex huiusmodi dictis dualitatem elementorum deducūt: nam duo sunt motus recti primi, alter sursum, alter deorsum simpliciter, igitur duo prima corpora simpliciter; motus verò alij sunt medij: igitur corporum mediorum, & non simpliciter primorum; quapropter magis nostra, quam Peripateticorum opinio ex his probatur. Et Martam maiora angunt incommoda: nam suscipere illi, oportet magis, & minus grauitatem, & leuitatem horum substantias positas, & quod contrarijs eadem competat operatio, aeri. s. & igni motus sursum. verū quoniam motus, & immobilitas nobis designant distinctionem, & mouentur omnia præter terram, & illa promptius, quæ calidiora videntur, & tenuiora, sequitur, vt duo statuantur prima corpora; quorum alteri quies, alteri motus propria insit facultas: media autem vtriusque participent. Similiter primę qualitates duæ sunt, quæ nobis substantiæ ponuntur, calor nimirum, & frigus: nam humidum, & siccum fiunt ab his, vt Perip. interdum fatentur omnes, & non faciunt illas, suntq. passiuę modò, Th.

dò,iccirco non constituunt corpora prima: quare duo ex qualitatibus etiam prima sunt corpora,& nullam assignant rationem Peripate.quòd humor,& siccitas sint primæ,sed Arist. vt Deo credunt; maledicti quidem homines,qui hominibus credunt, & sensum, qui à Deo tributus est, vt veritatem agnoscant, derelinquunt, & de his Dauid loquebatur, qui hominibus puris, non prophetis, nec à Deo illuminatis fidem adhibent.

R. Mar. ad rationem Tel. Nunc respondendum est(inquit Marta)ad punctum primæ rationis quòd sensum secuto non licet ponere duo magna corpora cœlũ,& terram,quia maior est caliditas ignis, quàm cœli: nam si cœlum esset ipso densius, & ita calidum,non curreret in doctrina vestra illa magna tenuitas.

Th. Diximus autem nos,quas oportet habere conditiones primum corpus in allegatione doctrinæ Telesij, quę non competunt, vt sensus demonstrauit,nisi cœlo,& terræ: conditiones autem aeris, & aquæ prima elementa illa non probant,sed secunda entia, vt sequens amplius patefaciet sermo: nihil præterea respondet ad contradictionẽ in principio positam,& dum ad rationem putat occurrere,delirare videtur: allata enim verba eius nihil respondent,sed friuolis modis,& falsis refellunt positionem nostram,& suam tuentur,ad quę dicimus,quòd non ponimus nos differentiam inter purum ignem,& cœlum. Et ignis purus,qui est cęlũ, tenuissimus quidem est,& calidissimus, & quantò sublimior,tantò sincerior,& ignis conditionibus eò magis donari videtur, nec ignem dicant esse densum,cùm in sui natura sit tenuissimus, verùm quandoque id est in materia inferiori,adhuc non penitus superata,quam ignitum ens potius appellat Ficinus: at quæstio est de igne elementari, & de illo sublunari loqui oportet Martam,qui elementum est Peripateticis verè,& ille tenuissimus est, & inuisilis, nec distinguitur à cœlo in visu, & propter tenuitatem suam non lucet, vt aiunt Alber. & Achil. quare non prohibet videri stellas cœli,si tamen ad ipsum materia modicum crassa ascendat,repentè lucet in ea faciens diuersas impressiones,quas ponit Aristo. 1.metaph. Itaque nil dubium est quòd cœli,& ignis non sit tenuitas eadem. Est tamen quędam pars cœli densior toto,sed purissima,& sic lucidior,vt Sol,& stellæ, & hæc calidiora sunt alijs portionibus ignis, quod ipsa lux Solis manifestat, quæ magnam ob distantiam, & rapidissimum motum imbecillis ad nos peruenit,& à terræ natura retunditur,& tamẽ nil minus seuerè,quàm ignis noster, calefacit, vbi diu, directáq. imminet. Tenuitas ergo cœli,est tenuitas huius portionis,quam aerẽ, & ignẽ dicunt Perip. & superiorum item orbium, existente tamen in partibus collecta mole,vt agere queat natura inexistens, si enim tota esset densa cœli machina corrumperet fortasse terram subitò,& si tota æquè tenuis non ageret in illã,sed potius destrueretur ab ea, nec ens vllũ generaret.

Et

Et dicebat Marta aduersum nos: si sint duo quorum alterius scitur natura,& alterius ignoratur,eius quod scitur, ex sensu,& operatione fit manifesta,quod nescitur tot operationibus carebit,quod autem plures facit operationes actiuius est, & magis tali gaudens natura vocabitur: hæc autem magis igni, quàm cœlo sunt adscribenda; ipse enim actiuus magis,& natura eius scitur magis,& si cœlum esset huiusmodi, tunc foret eiusdem naturæ cum igne, & ignis haberet stellas, & intelligentias, quod enim competit vni indiuiduo,omnibus competit. Mar.

Dicimus,quòd nulla sensui innotescit ignis operatio,quæ cœlo non attribuatur,itaque ignis,& cœlum idem erunt,nec qnidquam operatur ignis,nisi calore,& cœlum calore agere etiam cuncta videtur, & Sol operationes agit nobiliores,longeq. plures ignis sublunaris, de quo debet nunc esse sermo de elementis loquentibus, ex hac ratione Solem principium esse demonstratur:eius siquidem natura,& totius cœli in illo manifestior est Sole sublunari,nam quotidie suam ad nos speciem demandat,qualem non potest ignis,ignem generat, illuminat, calefacit,attenuat,siccitates manifestat,generat aquas,aerem,& animatas plantas, animaliaq. sponte nascentia testimonio quoq. Peripateticorum, & quæ ex semine perficit.Sol enim,& homo generant, quin cessante causa particulari ipse non desistit,vt dicit auctor libri de causis. Sol enim,& homo generant,sed mortuo homine semper Sol seruat,& in 2.de gen.omnes attribuit Soli generationes Aristotel. & actiones, ergo ignis sublunaris, qui nullum horum agit,nõ potens nimirum terram oppugnare, non est actiuior Sole,sed potius dicendum erit,quòd his careat actionibus,vt Martę ratio insinuat.Verùm quia Sol agit,quia igneus, calidusq. dicimus ipsum densiorem ignis partem esse,& robustiorem,ac actiuiorem:cuius operationes sensui innotescunt per Aristotel.in his,nulla autem ignis sublunaris,quod elementum ponunt, & quas attribuẽdas decernit igni Aristotel. operationes, ab eoq. edendas censet, manifestè à Sole,non ab ipso fiunt:nam quomodo sublunaris agat in hæc inferiora fingent,nunquam nec sensu apparet,& ex sola accensione vaporum eousque eleuatorum esse colligit Aristotel.& Hieronymus Cardanus hanc rationem destruit,ignemque quod elementum ponunt,negat in suo de elementis libro, sufficientem causam putans Solis calorem cum tribus alijs elementis frigidis positis,licet falsò ad mixtorum generationem: ex quo colligitur,quòd vix sensui innotescit ille ignis,nec quępiam eius operatio apparet,& quas fingunt Peripatetici nos reprobabimus, & ipsi suos detegunt errores penitus discordes: similiter quæ ignis apud nos positus facit,à Sole fiunt,ipseq. à Sole fit,& qui excuditur è lapidibus,calor Solis est delitescens expergefactus,vt docuimus in multis. Nęc quia sunt eiusdẽ naturæ ignis sub luna oporteat stellas habere: eas enim summus opifex esse voluit,vbi opus sunt,& tales,ac tantas, quales, & quan- Th.

tæ necessariæ sunt vniuerso, vnde si sit in singulis idem natura ignis, nō oportet insint vbique stellæ: non enim in omnibus orbibus est Sol, quāuis sint eiusdem speciei, nec in omnibus stellę infinitæ, vt in octauo, & si datur decimus, & nonus orbis, in quibus nulla est stella, vt dicunt Mathematici, inconuenit nihil: siquidem vbi Deus statuit esse stellas, ibi necessariò esse oportet. Verùm Auer. totum cœlum vnum animal putat, vnamq. naturam, & alij in plures species separant, quod nihil ad rē scientibus quid importet specifica, & quid indiuidualis differentia. Nobis autem vna natura est totum cœlum à terra, vsque ad extremum orbem, vnumq. primum corpus, cui partes infimę sunt à terræ frigore adulteratæ, sicut & superficiales terræ, & in hac tota cœli natura sitę sunt partes densæ nonnullę lucentes, vbi Deus esse decreuit, quod alibi apertum est; de intelligentijs autem sæpius diximus, quòd nec cœlum, nec sublunarem portionem mouent, sufficit enim calor natura mobilis ad mouendum hęc omnia: eius.n. operatio est motus, cui dempta demitur vita, & de hoc satis in disp. vltima.

Mar. Præterea, ait Marta, si cœlum esset ignis tunc foret humidum per te, & terram non exiccaret, sed humectaret, & sic erat collocanda altera natura terrę, quæ resistat humiditati cœli, quod effugis. Periculum (ait postea) tuum nullum est, nā experimur quotidie, q̧ vbi erat aqua facta est terra, & econtra, & adducit exempla refluctus elementorum; non ergo, finit, dubitamus illud chaos.

Th. Pluribus autem dictum est à nobis cœlum, ipse nimirum Sol humectare, quæ corripit, & exuperat; humectatio autem non humiditatis, sed caloris est opus: calor enim semper tenuefacit, & subtiliat, quod est humectare apud sapientes, & licet videatur exiccare partes remanētes, hoc per accidens fit, quatenus dissoluit partes molliores, & humidiores, quas iam superauit, & humidas fecit magis, quia attenuauit, quę minus resistentes erant, quibus elabentibus manifestatur siccitas, & crassities, quæ tenuioribus, ac humidioribus commixta erat, itaque & latitabat, vt cū aquæ partes terrę commixtæ lutum conficientes eleuantur, terræ sicca moles spoliata remanet, & manifesta: at partes superatę, & elatæ, in quibus caloris Solis ingenium inspici debet, non autem in his, quæ nō sunt superatæ, & suę factæ; humidę sunt caloris nimirum consecutiuis passionibus donatæ, vt in disputationibus superioribus longo sermone patefecimus, & infra dicemus, & quia humectare est proprietas ignis, eius.s. caloris, sic siccitas proprietas est terrę sui nimirum frigoris, & quę corripit frigus, ac superat, exiccat, induratq., vt sensu cognitum est, nec per siccitatem per se primoq., vt dicunt, agit, vel reagit terra, sed per frigus principium sanè actiuum, & per illud resistit, sicut ignis per calorē modò: resistit enim frigus dum agit in calorem, & calor itidem dum agit in frigus, quare non est danda altera natura, eaq. prima ipsi terræ æquè, vt

frigus,

frigus,nec alteri,sed vna substantialis natura,& cætera eius sint acciden tia, & ipsa per se agat, non autem accidentia pariter, & hoc modo nos intelligimus;nam damus igni humiditatem,sed vt accidens,& terræ siccitatem,quæ consequantur actionem frigoris,indurantis molem,quam occupat,& constringentis.Periculum autem, ad quod Telesius Aristo. inducit Marta non intellexit,iccirco temerè loquitur,nos quidem dicebamus,quòd quia Aristot.duo posuit principia actiua in physi.tenetur ea ponere in gradu summo,vt vigeant in proprijs materijs, itaq. & duo cõstituant prima corpora; si.n.modò debilitata existerẽt in medijs periculũ foret,ne alterum corrumpatur.Marta autem argumentum non cepit, vt vides in superioribus positum,iccirco nulla est responsio hęc,licet verò aer,& aqua sint semper,non tamen ex hoc prima corpora sunt ponenda:non enim se ipsa generant ex se,sed ab alio fiunt,ab ipso nimirum Sole,qui si non educat ea è terra, & fuget frigus terrenum quotidie illa occupans,profectò terra in se gelaret,& terram efficeret, & pars hæc aeris,quę cœlum est, destrueretur suspensis vndequaque Solis viribus,hæc præterea non summis sunt donata viribus, vt dicetur inferius. Ex exemplo item Martæ mutationum aquarum, & stabilitate terræ,ac cœli totius aquam medium esse ens conijcere poterat philosophaster, à terra,& Sole continuò destructum, & generatum, & aerem penes minus, & magis differre à cœlo intueri, iccirco & duo statim corpora prima cœlum,& terra.

Ad aliud Telesij dictum, inquit Marta, quòd terra assimilatur matri, eo quòd, quæ in ipsa oriuntur motu spirituali,à Sole,& cœlis patiũtur, & qui motu & lumine agunt superiora patres dicuntur, & terra mater, quia quæ in ipsa fiunt cœlestes recipiunt influxus,vel potest dici, quòd loquatur ad mentem antiquorum,quòd terra dicatur centrum, & quia centrum continetur patitur,& est mater, cœlum, quia continet agit, & est pater. Mar.

At hominis dictum facit ad argumentum nihil,quod quidem exponebat sensui Solem omnia generare ex terra, vnde signum sumitur, quòd cœlum,& terra sint prima principia tantùm, nam alia non concurrunt sic,& si quando adsint,non ideo prima erunt, vt diximus arguendo, & confirmatur per Aristot.qui omnia fieri à Sole è terra passim enunciat, & est vbi Solem patrem, & terram matrem dicat, sed ad factionem animalis sufficit pater,& mater cum Solis adiumento, igitur ad factionem vniuersalem sufficiunt duo principia cœlum, & terra, & Marta ad hoc non respondet,sed tantùm manifestat quo pacto dicitur de his pater,& mater.Verùm quia Aristot.loquens de animalibus, & in 2. de cœlo per calorem hæc facere prædicat,hic per proprium:nam inquit inest in omnium semine calor respondens elemento stellarum,hic verò per cũ, quẽ facit ex motu,igitur semper actiuè concurrit,quia calor principium est Th.

actiuum, vt dicit 2. de gener. & 4. metaph. & terra passiuè, nam materiam præbet, & ex ea educuntur, quę fiunt, quæ dicit de motu, lumine, & influxibus alibi improbauimus: at non est verum, quòd antiquis ratione qua continetur, vt centrum terra est mater, non enim Aristo. de mente antiquorum loquens centrum ponit terram, nec quispiam antiquorũ id somniauit hac nimirum causa matrem esse terram, quia continetur, mater enim continet id quod generat, non continetur, inquit Aristo. in 1. de gen. an. cap. 1. & in 2. de part. ani. cap. 3. terram esse velut ventriculũ stirpibus docet, qui calore suo cæteris partibus cibum præparet, sic terra suo calore radicibus ex se pabulum suppeditat: quas ob res quoniam materiam præstat similatur matri ipsa terra, non quia continetur, nam mater continet, vt in allegatis Aristote. insinuat, & ideo materiam matri 1. physic. assimilat, & semper antiquitus dictum est ita: vnde Plin. 2. lib. cap. 65. matrem vocat eadem ratione terram, & Plato in Timæo, Hesiodus similiter omnesq. poetæ Theologi matrem terram vocant, sed q̃d rudius dicto Martæ de centro? & quid ad argumentum dicta sua? sed vt obmutescat roboremus positionem probatam dictis Aristo. Itaque ipse in libris de animalibus omnium generationum masculum, & fœminã statuit principia, nam ad omnium factionem quatuor causæ concurrũt inquit 1. de gen. an. cap. 1. prima cuius gratia quippiam fit, secunda est substantiæ ratio, & secundum rem cum prima hæc eadem est, tertium materia, & quartum id, vnde principium motus: quare Aristo. agens ponit principium, & materiam, & formam, quæ quidem est finis generationis, sed ante generationem oportet apud eum præexistere agens cum forma sua, quę agendi est ratio, & materiam: ex quo concludit in omnibus duo principia marem, qui agat, & fœminam, quę materiam suppeditet, ideo subdit in 2. cap. Generationis principia, vt retulimus, illa potissimum quis statuerit marem, & fœminam: marem, vt quod motus, & generationis originem teneat; fœminam, vt quod materiæ, & his declaratis subdit Aristote. Quamobrem in vniuerso quoque naturam terræ quasi fœminam, matremq. statuunt, cœlum autem, & Solem nomine genitoris patrisq. appellant. Vbi sanè Aristo. tam ex sui intentione, quàm antiquorum patrem appellat Solem, & cœlum principia nimirum actiua, & terram matrem, quia dat materiam, & nõ quia centrum, vt sciolus cogitat, & subdit Aristo. rationis discrimen inter hęc ita exultat, vt mas sit, quod in altero generare potest, fœmina, quod in se ipso, & ex quo fit, quod generatur contentum in eo quod generat: quid clarius contra homuncionem: & aduerte robur magnum habere argumentum nostrum: nam si duo sufficiunt ad generationes rerum principia prima ante esse eorum, in animalibus mas & fœmina, & in toto mundo hæc sunt cœlũ, & terra, consentaneum est, vt hæc sola duo sint prima corpora tantũ videmus quidem, quòd ad animal procreandum alia intersunt, & si sic se

habet

habet vniuersum, per Aristot. decreta, non erunt alia principia à cœlo, & terra, ad quod accedit, quòd non minus ad factionem aquarum præstat materiam terra, quàm aliarum rerum, & sic Sol, & ipsa omnia faciunt, nec à quopiam fiunt, & semper sunt, differunt solùm in hoc à patre, & matre, quòd. s. manent ipsa semper, quia sunt omnium prima principia, pater autem, & mater non semper, quia aliquorum, & quòd tota rerum diuersitas possit ab his tantùm fieri diximus alibi satis, nec quatuor elementa ad factiones rerum adducit Aristo. semper: nam 2. de par. an. c. 1. inquit primam compositionem tantùm fieri ex elementis quatuor, sed melius ait, fortasse ex virtutibus horum. s. ex calore, frigore, humore, & siccitate: hę autem qualitates sunt in cœlo, & terra, itaque non oportebat illum modò quatuor adducere corpora realiter in libris de gener. & corrup. & nulli non persuadeat, quòd si particularis entis principiũ est pater, & mater, & non aliud, & vniuersum se habet huiuscemodi, vt cœlum sit pater, & terra mater, igitur hæc duo sunt principiantia corpora; quare rectè Aristo. sibi contradicit, dum alia ab his ponit, quasi nõ sufficiat pater, & mater, qui sunt ęterni. Multa alia adiecit Tel. aduersus Arist. pręsertim quòd humor, & siccitas non sint prima principia; sed q̃a Mar ta non meminit, transeamus ad ea, quæ adducit.

At (inquit Telesius 2. min. cap. 11.) absurdiori premitur incommodo Aristoteles, quòd duplici forma elementa ipsum donare oporteat, quia duplici vsus est oppositione, caloris, videlicet, & frigoris, siccitatis, & humiditatis, nam secus si diceret, quomodo omnia in omnia transmutẽtur non poterit reddi ratio, & probat id Tel. quod Achil. 3. de elementis confirmat, at vllum ens duplici forma, & natura donari impossibile omnibus apparet Peripateticis, tunc enim idem elementum foret vnũ, & non vnum: cùm enim forma det esse rei, si duæ sint formę, præcipuè ęquè primę, vt siccitas, & calor in igne, duplex sit esse ignis oportet, & duplex materia, vna enim materia, vna forma detinetur, & duplex duplici, vt dicitur 1. phy. item nec possunt stare duæ formę in vna materia, si præsertim sint disparatæ, oportebit enim alteram alterius opus destruere, vtraque enim effingit materiam suo modo, & vti intendit, studetq. ipsa vt propria: & singulas studentes proprietates suas, oportet digladiari, & alterã alterius efformationem dissipare, vt propriam inducat, & sola regnet. Hęc incommoda effugientes Perip. varias proferunt fictitias sententias: quas omnes acriter Tele. reprobat, nec Mar. illas defendit, sed nouam cũ alijs fingit: at examinemus eam num rectè sit posita. Tel. Th.

Ego autem (ait Marta) dico quòd in elementis non datur vna qualitas maior altera, nõ. n. datur in igne maior caliditas, quàm siccitas, & adducit dictum Aphrodisei, exponitq. illud Arist. 2. de gen. t. 23. ignis videlicet est magis calidi, quàm sicci, & reliqua. Mar.

Hanc opinionem esse Aristo. vult Telesius in 3. lib. c. 17. concordatq. Th.

Achillinus in 3. de elem. dubio 6. at Telesius illam adduxit aduersus eos, qui duplici natura elementum nequaquam donasse Arist. contendunt, & eius dicta recitat Marta, at non rectè intelligit pręcipuè dictũ Aphrodisei, & expositionem textus 2. de gener. Nos autem probauimus, quòd substantię sint calor, & frigus, & tales poni debent Arist. & quòd graue, & leue nullo pacto sint substantię: nunc restant difficultates explicãdæ, quæ Martæ positionem excipiunt.

Longè quidem abest à veritate, quàm vt in summo calor, & siccitas, quamuis ponantur accidentia, insint igni in summo: ab vna enim forma substantiali vna fluit proprietas, deinde plures si necesse est, vt aiunt, cũ autem hæc accidentia igni insint, vt prima, & Peripateticis sint propria, quæ ab sustantia fluunt, quare Aristote. 4. meteor. substantiales qualitates interdum hęc vocat, non igitur vtraq. primò, nec ęquè in summo, nã non ęquè participarunt formę virtutes, & si concedant alteram consequi primam, præterquam impugnatur Arist. volens ęquè prima esse hęc quatuor contraria, & omnia ab his emanare in 2. de gen. ac 2. de par. an. cap. 1. non poterit ex his elementorum numerus, & differentia colligi, tũ quia ignis, & aer differrent tantùm penes accidens secundariũ, quo differunt ea quoque, quæ sub eadem specie continentur, vnde non sumitur differentia substantialis, nec actionis, & passionis in inuicem, item cùm disparatę sunt formæ accidentales, vt calor, & siccitas Peripateticis non potest ex altera oriri.

Præterea à duabus formis prorsus contrarijs eadem'passio in eodem gradu fluere non potest, ignis autem, & terra sunt in vltimo gradu remotionis, vt probauimus in disp. 3. & Alex. testatur, & dicere tenetur Marta, qui graue, & leue ponit principia, non igitur siccitas à forma ignis, & terrę per se fluet, nec vnquam esse poterit, vt si duas contrarias formas primò edant forma ignis, & terrę, calorem. s. & frigus, possint primò, vel secundariò duas easdem propagare: non primò quidem, quia à contrarijs immediatè agentibus, & naturaliter contrarij fiunt effectus, nec æquè primò contrarij duo, & alij non contrarij duo proueniunt: nec secundariò, nam id erit mediante prima qualitate. s. calore, & frigore, quæ cùm sint contrariæ, & formę item primæ sint diuersę, non poterunt esse medię causę eiusdem effectus, videlicet siccitatis, quę eadem est specie in terra, & igni, vt probat Achil. ex Aristot. in 3. elem. dub. 10. itaque nec vnius prima sit qualitas puta terræ, alterius. s. ignis secunda propter prædicta; cui adde quod dicitur 2. metaph. in vnoquoque genere deueniendum esse ad vnum, non ad duo, quòd per se ens tale causa sit, qua cætera similiter sint: siccus igitur erit ignis propter terram, quæ primò, & actiuè est sicca Martę. Si præterea grauitas, & leuitas sint harum qualitatum principia, vt dicit sciolus, non videtur rationabile, vt ex leuitate ignis oriatur calor, & siccitas, & ex leuitate aeris calor, & humiditas; summam enim

enim leuitatem, quæ est in igne producens siccitatem, debet imitari remissa leuitas, quę est in aere, & producere siccitatem minorem in aere: non quidem declarabit vnquam modũ, quo ex magis, & minus leui effectus penitus contrarij oriantur, vnde sumatur deinde differentia substãtialis ignis, & aeris. Item si aer esset ęquè calidus, vt ignis, aer combureret sicut ignis, & in eo exhalationes accenderentur antequam ascendant ad ignem: quin vreret aues, & nubes dissolueret, itaque aqua ibi fieret nunquam, quod cùm non appareat, falsa sit positio Martę est necesse. Item respirantibus noceret aer si calore summo esset donatus, talis enim dissipat moderatum, qualis animalibus inest, vt dicitur 2. de an. omniaq. faceret, quę sunt ignis multaq. absurda euenirent, & si hęc nõ facit ex hoc apparet debilitatio rationis Aristot. qua probat, si cœlum esset calidum omnia iam annihilata fuisse: dicerent enim sic tenentes calidum esse cœlum eo pacto, quo ignis, & aer, & non cõburere elementa, sicut nec aer. Item si esset ęquè calidus aer, vt ignis, tunc foret ęquè siccus: nam ideo ignis est siccus apud optimates Peripa. & Marta interdum fatetur, quòd calor dissoluit humiditatem, & Aristo. in lib. de morte, & vita, humidum pabulum caloris esse enuntiat, & si calor sit (inquit) intensus tunc consumet humorem, & inducet siccitatem, quare & fit mors: sic quoque si aeris calor fortis, adeò esset, vt igneus, consumet eius humorem, sicut calor febricitãtium humidum dissipat, & tunc ignis, & aer vnum essent elemẽtum, & hoc sequitur necessariò si calor in vtrisque sit idem specie, vt tenet Achil. ex quo desumpsit Marta, eędem rationes currunt de aqua, & terra: si dicant, quòd elementa non sunt pura, & ideo remissus est aeris calor, nihil habent: nam Marta in his verbis dicit: remissio fit admixtione contrarij, cùm ergo qualitates hę, inquit, in vnoquoque elemento nõ habeant contrarium, non possunt esse in remisso, & sic, vt dicebat, aer, & ignis calidi sunt in summo: quare Marta sic non potest respondere: at aduersus alios dicimus, quòd non sint elementa aer, & aqua: elemẽta enim cùm sint principia, debent esse non debilitata, namque periculum immineret, ne rerum vniuersitas rueret. Etenim vel semper fuerunt impura, vel post tempus à creatione: si semper igitur non sunt elementa, & qui dicit pura ab initio esse debuisse, & calorem in summo decernit aeri, cõtenderet cum diuina sapientia, quòd non fecerit vnumquodq. quo faciendum fuisset modo: sin post tempus, quòd ergo impurificat illa, vel ipsa se inuicem, continuò semper agit vsq. ad corruptionem, tum quia remissio fit per contrarij admixtionem, contrarium autẽ corrumpit semper, & ad interitum vsq. ad finem disponit, & si potuit tantùm alterare ad corruptionem per temporis successum alterabit adeò, vt postremò ipsum corrumpat: siq. dicant desinere contrarium ab actione, igitur, prędter quã sequitur, quòd misereatur sui contrarij, quod sua est destructio, desistens contrarium, sequitur quòd erit in summo calidus aer, & [illegible]

ue-

uenientia,quę adduximus in argumentis euenirent,vt.s.fiat vnum cum igne dissipando humorem,vrat animalia,& reliqua. Item si post tempus sequitur,quod ante fuisset vnum cum igne, & fecisset hęc, quę acturus est post sui purificationem,& quòd distinctio primorum corporum sit ab accidente separabili, non secus, ac si albedo faciat distinctionem inter hominem,& coruum,& hoc effugiunt omnes, & mirum est quidem si semper formæ substantiales sint remissæ, ac nunquam in suo esse sint elementa,qualitate namque remissa remittitur substantia Auerroi,& sic aeris substantia semper esset alterata, & quando maximè frigescit substātia nihil esset,& sic de aqua:& contra hęc sunt infinita argumenta, præsertim contra puritatem,& impuritatem elementorum, vt docti speculari poterunt.

Præterea arguit ipsemet Marta,ab ęqualibus non prouenit actio,igitur si ęqualis esset igni,& aeri calor, non transmutaretur alter in alterū.

Mar. Respondet,quòd quando ex igne fit aer calor ignis resistit, non agit, & humiditas aeris agit,& quia humiditas maior statim vincit siccitatem, & quia plus est actiua caliditas resistit siccitati propter connexionem, quam habet tunc cum siccitate sua,& quia potest etiam associari caliditas cum humiditate, cedit caliditas, & fit aer: opinatur enim Marta, ꝙ vna in singulis elementis qualitas sit,vt resistat,altera, vt agat: omne.n. agens repatitur,& inquit,si ignis non esset siccus,tūc frigidus immediatè in ipsum ageret,& non agit,quia habet siccitatem.

Th. At non solùm Aristoteli repugnant hæc verba, sed sensui, & rationi. Siquidem Aristo.ęquè primas eas ponit,& ęquè actiuas,eodemq. modo elementorum constitutiuas,vt æquè agere videantur, & hoc 2.de gene. & 2.de par.an.insinuat apertè. Vnde pręterea Arist.ait,si corrumpatur ignis siccitas,remanente calore,ignis fiet aer: nec oportet corrumpi calorem ignis,nam non esset facilior transmutatio,& Arist. transmutandi modos non rectè instituisset,dum dixit alterū esse, si vnius elementi vna qualitas corrumpatur alterū oriri elementum,& hoc probat acutis rationibus Achil.in 3.de elem.dub.10.de mente Aristo.id esse,cuius rationes soluendę sunt Martę;ignis igitur calor,si fiat aeris, ęquè actiuus sit est opus,& sic non hîc agit,& ibi resistit. Item calor vna est de qualitatibus actiuis,& omnium actiuissima,vt sensus,& Peripatetici probant,non ergo videtur rationabile,vt ipse resistat modò,& aeris humor agat, q Aristoteli passiuum interdum positum est principium, non modò mixta, sed elementa constituenti,in 2.de gen.tex.8.& Marta id non effugiet:ipse namque inferius dum loquitur de qualitatibus semper passiuas esse humorem,& siccitatem sustinet,tam in elementis,quàm mixtis,& quod de sui natura est tale,vbicunque ponatur semper est tale apud Perip.igitur calor naturaliter actiuus semper aget,siue in igne, siue in aere sit, & siccitas,humorq. patietur. Item siccitas ignis nullo resistit modo, nec

quam

quam ponunt in singulis pro resistentia: siquidem ablato ignis calore & remanente siccitate ignis fit terra Aristoteli, ergo si resistit siccitas, nunquam fiet terra, nisi corrumpatur resistens: patet ergo, quòd nō est Arist. consona hæc sententia.

Nos preterea sensu videmus tandiu fieri resistentiam, quandiu calor regnat, & illo dempto nullam, eadē ergo forma agat, & repatiatur oportet, ipsaq́. resistat viribus contrarij, quod enim resistit contrario, agit ad uersus illud, si primum est precipuè in sui materia, siccitas ergo non resistit primò, sed aget potius, si sit forma constituens elementum, actio autem caloris est, igitur & resistentia. Item nec siccitas ignis, vt videtur resistit frigori, sed calor contra illud ad interitum agens, siccitas autē secundum nostram sententiam est in terra, nec agit, sed opus est frigoris materiæ constrictione gaudentis, & si pugnet cum igne resistet frigus primò, & siccitas sui dispositio resistet sine actione, at resistentia non est merito sui, nam à se non est, nec sustentatur, sed à frigore, & pro tanto dicitur resistere, quia oportet calorem illam explicare, & nequit in instāti, quoniam frigus sustinet illam. Nec Arist. duplici dat principio elemētum, quò eorum alterum solùm resistat, & non sit forma prima, sed vt contraria sint inter se omnia elementa, & per consequens omnia agant in inuicem, ideo enim siccitatem posuit in igne, vt contrarius sit aeri humido, & sic de alijs: nec prætereà consonum est, quòd eadem qualitas specie sit resistens in vno, in altero verò agens, calor nimirum in igne sit agens, & in aere resistens; quin vna eademq́. natura sit simul resistens, & agens ibidem, humiditas quidem aeris agat aduersus ignem, cùm bellum inierint, & aquæ resistat, nam humidum non agit in humidum, sed calor aeris erit agens in aquam, resistensq́. igni. Nec humiditas aeris dicatur resistere actioni frigoris aquæ, ipsa enim frigus compatitur, secus enim humiditas non esset in aqua, & cum mutatur aer in aquam nollet esse in ea, quod Aristo. non vult, dum in symbolicorum transmutatione vnam tantùm corrumpi naturam dicit: nec igitur resistit humori aquæ aeris humor, nam eiusdem sunt naturæ specificæ, itaque nullo pacto resistit humor, nā non frigori, nec calori, cùm ea patiatur, gaudeatq́. interdum eorum admixtione, nec resistit humiditati, nam magis ipsa cō gaudet, vt taceat Marta: calor igitur, oportet, vt agat, & resistat modò, presertim cum nulla differentia sit inter resistentiam, & actionem, quod enim resistit agendo resistit in actiuis rebus, & quod agit, in contrarium agendo resistit actioni illius. Item siccum terra in aquam agit, nō agit per frigus, quia ambæ sunt frigidæ, nec per siccitatem, & quòd frigus resistat, nam frigus compatitur humiditatem, per quam agit aqua, & frigus summum, quod ponunt in aqua id declarat, nec aquæ humiditas resistit, nam vult esse cum frigore, siccitas autem non agit in summè frigidum, nam se compatiuntur, & si agit in humidum, oportet, quòd

agat,

agat,& resistat,nam frigus non resistebat,vt diximus, quapropter eadē qualitas est,quę agit,& resistit.Item ei danda est actio, quę maius habet dominium in elemento iuxta bonorum Perip.sententiam,vt ignis videlicet agat per calorem,aer per humorem,& hoc insinuat tex. 23. Aristo. sic de alijs,contrarium autem non agit,nisi in contrarium, & illud non facit resistentiam,nisi contrario, quibus stantibus nulla erit generatio: namque si aer agat in ignem aget per humiditatem,humiditas verò non agit aduersus calorem ignis nam illū compatitur, igitur aduersum siccitatem,hęc autem resistat oportet,non agat,& calor agat, qui dominatur,calor verò ignis,non agit in caliditatem aeris,nec in humorem,nam vtrunq. compatitur,ex quo sequitur,quòd his pugnantibus semper erit aeris generatio,qui potest agere,non autem ignis, & dato contra suppositum eorum,quòd siccitas ignis agat non poterit humorem aeris superare,nam impar est viribus eius,vt dicunt,vel ergo nunquam fiet generatio,nam sunt æquales, vel quia etiam in elementis vtrunque ponitur passiuum à Marta in sequentibus, & aufertur actio principali agenti.s. calori,ac datur patienti,ex his rationibus destruuntur etiam aliorū sententiæ circa istuc.

Præterea nec est verum,quòd calor ignis resistat in aeris generatione vt dicebat Marta,non enim resistit humiditati, nec calori, cum vtrunq. sibi commisceat ipsemet in aere,nec facilis esset transitus in symbolicis, vt dicebat Arist.& absurdius est, quod inquit frigidū non agere in ignē primò,quia siccitas resistat ignea; summa: enim siccitas compatitur frigus,nihilq. ei repugnat, nam in terra non coirent, & ablata siccitate ab igne,vtputa fiat aer,nec etiam agit in aerem immediatè calidum, hęc partim ex decretis Aristo. & aliquantisper ex veritate probant:sed quid immoror?sensus ipse manifestat calorem, & frigus in inuicem tantùm agere,& sibi ipsis resistere,vt infra abundantius dicemus,nam siccitas,& humor sunt effectus horum. Martæ igitur ad suum argumentum,& illud Telesij nulla fuit,& quæ subdit contradicunt suo Aristoteli, vt docet Achil. & alij. Et quoniam Marta ignorat amplius fingere responsiones ad reliqua dicta Telesij aduersus Arist.& transit ad ignem transgrediamur & nos.

Th. Postquam ignem sublunarem non esse primum corpus,sed cœli portionem demōstrauit verax Telesius, ignem nullum siccum esse sensibus

Tel. exponit nostris:igitur secundo maioris commentarij, cap.77. & minor. cap.16.inquit qualitates tangibiles sensu tactus rationi Aristoteli, omnibusq. consentaneum est,igitur illarum rationes,& diffinitiones ex tactu,ac contrectatione colligi debent:at duritiem, renixumq. siccitatis, mollitiem verò,cessionemq. humiditatis esse proprias percipit sensus, & in eo ab humidis sicca differre,quòd sicca dura sint,& comprimenti, tāgentiq. nihil cedant,sed renitantur,obsistantque; humida verò mollia

sint,

ſint, & promptiſſimè cedãt. Siquidem enim terram, & lapides ſiccos obtrectemus manibus, vbi viget plurimùm tactus, duri apparent, nec cedunt; ſin aquam, & aerem molles, nihilq; obſiſtentes. Igitur dura quæ ſunt, & renitentia in ſiccorum genere, & quæ mollia, & cedunt, in humidorum locanda eſſe eſt neceſſe? Et Ariſt. hæc eadem comprobat 2. de gen. & 4. Meteo. Sed qui cœlo ſubiacet ignis ſublunarium omniũ molliſſimus, maximeq; cedens tactui eſt, igitur humidiſſimus, & aere humidior eſt, quia tenuior, ac explicatior, iccircò, & mollior, cedensq; promptius. Item ſi hæc noſtri ignis flamma, cui plurimum craſſitudinis eſt admixtum, nihil cõtingenti reſiſtit, multò minus obſiſtet ſublunaris, ſincerus nimirùm, puruſq;. Item quæcunque exuperat ignis, & in propriã, aut in proximam agit naturam, vt vapores, vel aerem; flammaſve, ſummè illa liquida facit, & tangenti cedentia, molliaq; ſaltem, itaq; & humida. Vt ignem eſſe humidum non ſit ambigendum, ſimile enim ſimile agit. Has Teleſii rationes adducit Marta tantummodo, & non confirmationes earum, nec has legit, ſicut nos, & Tel. intelligimus. At reſponſa eius examinemus.

Vt has (inquit Marta) philoſophicas freneſes euellamus dicendum ꝙ ſiccitati conuenit ex ſui natura, vt conſtipet illud, in quo primò, & per ſe eſt, & inde non efficitur, vt poſſit terminari termino alieno, & teneat adhuc proprium terminum, & reiiciat alienum. Sed ſi ſiccitas non primò, ſed per accidens, vbi id, quod primò ineſt illi corpori, obſtiterit conſtipationi ſiccitatis, nil mirum, ſi illud terminatur alieno termino. Et reliqua, quæ paſſim adducemus. Mar.

Atego deliramenta huius hominis nunquàm admirandi, & deteſtandi finem faciam. quandoquidem veritatem ſenſatam freneſes vocat, & falſitates ipſe freneticus paſſionibus obrutus Ariſt. vt Deum, ſectandi, & eius, quaſi diuina, verba amplectendi, præſumit cum ſummæ veritatis inuentore concertare. At omittamus verba Martę proterua, quæ nos huc perduxerunt, & ad reſponſa deueniamus. Non quidem dicta hominis ad rationem, quam ex Teleſio allegat, quidquam reſpondent, nec, vt dicunt, indirectè, ſed ad aliud. Nos quidem dicebamus, ꝙ, quia ignis eſt mollis, & cedit tactui, ſit humidus: ipſe verò reſpõdet, ꝙ nihil obſtet, vt ꝑ accidens alieno terminetur termino; quod nullo pacto accommodari valuit ab inſcitia eius ad reſoluendum Teleſij argumentum; ſed quia recitauit illam ex Mazonio, ſicut legit, ita reſcripſit. Verùm Teleſij argumentum, ad quod dirigitur hæc Martę reſponſio, eſt illud, quod nõ adduxit. ſ. quòd Ariſt. diffiniens humidum 2. de gen. tex 9. id inquit eſt, qđ proprio termino eſt indeterminabile, bene terminabile ens alieno, idem etiam dicit in 4. met. t. 28. quod non eſt intelligendum, quòd proprio termino inuitum contineatur, & diffluit, vt diſgregetur, nam quæ eiuſdem ſunt naturę libentiſſimè ſibi commanent, ſed quòd humida cũ Th.

non procedet ab ipsa forma, à qua proueniat oportet, si est accidens proprium, nec á caliditate, namque calor illam destruit, & inducit tenuitatem, & interminabilitatem secundùm se. Siq; calor est instrumentum agendi, cumq; instrumentum obediat formæ principali, sequitur quòd nullo pacto commanebit in eo siccitas. Nec à materia dicant esse ignis siccitatem; ipsa nanq; exuperata est ab agente forma, vt videmus, factaq; explicatissima, interminabilissima, cuiusmodi esse eam vult calor, & forma, si sit altera ab illo. Et mirum quidem si sit siccitas in igne, eiq; non competat siccitatis ratio, sed contraria. Non quidem quippiam erit homo, nisi animal sit rationale; nec vnquàm sit lapis irrationalis. Quod euenire igni tenentur dicere ei siccitatem dantes. 5 6

Iterum respondet Marta, ignis, inquiens, & terra facilè terminantur, quia ignis licet possit densari, nequit tamen rarefieri, maxima enim raritas omnium corporum est illa ignis, & terra quamuis possit fieri rarior, tamen nequit fieri densior. Nam raritas sua est maxima, aquæ autem, & aeris possunt in quamlibet duci partem. Mar.

Sed Marta videtur nil intelligere dicta philosophorum, nec ea conferre sensatis rebus. Etenim terminatur illud termino alieno, quod alienam suscipit facilè figuram, non stat si tangatur, sed diffluit, & replet omnia, vt dicit Aristoteles in t. 10. secundo de gener. & Peripatet. quod quidem maximè conuenit igni, vt humidus videatur. Et ex hoc, quòd rarus est, humidum esse dicendum est, & interminabilem secundùm se. Rarum enim subtile est, vt aer manifestat; subtile autem omne humidum est, vt dicit Aristoteles ibidem. Rarissimum quidem ens diffluit, quod aer ostendit; & promptè alienam figuram admittit, ac cedit, vnde humidus sit est opus. Quas ob res nescio, quomodo sequatur, quòd ex se sit terminatus, & non defluat ignis, quia rarus, cuius contrarium nomen rari manifestat. Rarum enim, vt quidam dicunt, est cuius partes distant; igitur fluunt si apponatur onerosum, & illius figurantur figura, ergo humidum. Vel, vt dicit Aristoteles 3. cel. t. 10. rarum est, quod inæquali mole pauciora continet, & distensa; idemq; Plato ait in Timæo; quod autem est tale, humidum est; nam cedit, & figuram suscipit promptè ab alio. Item raritas est qualitas consequens calorem sicut habetur ex Auer. 2. de gener. commen. 17. & 7. physi. com. 15. ac Arist. 1. cap. 2. de part. an. Sed calor, vt ritè probauimus, reddit partes interminabiles de se, & fluxibiles, nihilq; obsistentes. Hanc sententiam etiam elicit Io. Gram. ex Arist. in 2. de gener. t. 17. Aphrodisæus item teste Auer. dicit quòd rarum ad molle reducitur, vel ad leue, & densum ad durum, vel ad graue. At molle species est humidi, & bene cedit tactui, vt deducitur ex 3. cæl. t. 11. & sensus declarat; igitur ignis, quia est rarissimus, humidissimus sit est necesse. Non autem quippiam dicitur terminabile ab alio, quia potest duci in maiorem, & minorē mo- Th. Ignis, quia rarus, humidus Ratio 1. 2 3 4

 lem,

lem, sed quia à se non habet figurã, & faciliter ab alio figuratur. vt Arist. & Auer. dicunt in t. 10. ac cæteri omnes Peripatetici.

Mar. At Marta reddit rationem, qua non terminatur aliunde ignis. Quia, inquit, si ponatur in olla non terminatur exquisitè, sed partes quædam ascendunt, & quædam descendunt. Et si ipse videatur terminari in olla, apparens est terminatio, adhuc enim quærit exitum.

Th. Porrò fallaciam id esse, nullo velamine protectam quisque cõspiciet. Etenim idcirco elabitur ignis, quia cognatũ petit, inquit Telesius in allegatis præscius verbositatis Perip. At si quid ibi sit, cuius figuram suscipiat, illam planè retinebit. Nam nec aqua in aere figuram retinet, sed elabitur deorsum. Hanc afferens rationem, inquit Marta. Ponatur Calaber in sphæra ignis, & suscipiet figuram. Cui dicimus, ꝙ vtiq; Calaber ibi ponitur; nam subtilitas ingenij eius cœlos penetrat, & omnia lustrãs omnia dignoscit. Spiritus enim illius est temperatè igneus, beneq; purus, ac cognoscitiuus. At nescius Marta ponatur in visceribus Terræ; nam inde est ingenium eius, & crassus spiritus, obscurusq;, vix quæ tangit agnoscens, impurissimorum animalium more res percipiens. Et ideo

Resp. scientia sua dicit ad rationem nostram, ꝙ quia subtilis est ignis, ideo formam retinet subeuntis. Et non est humidus ꝙ humectet, sed quia subtilis, & tenuis. Sed hæc responsio non est ad rem, ac nobis occasionem ex

Conf. dictis Arist. sententiam nostram confirmandi offert, quibus scioli dictũ contrariatur. Siquidem diximus ideo sursum ferri ignem, & horum non retinere figuram, quia ad suum vadit locum. Vnde profectò non sequitur ꝙ non sit humidus. Aer enim, & aqua, quæ humida sunt Aristoteli, extra propria loca cùm existunt, fugiunt ad illa, vbi expeditum fuerit; & non retinent figuram illorum, vt de aere in aquis incluso, & de aqua in aere perspicuum est; vbi ob fugam relinquunt tangens, ac figuram eius; attamen in suis retinent; sic ignis suo in loco. Quòd si negent Peripatetici dictas antè rationes, nec aer, nec aqua humidi ritè dicetur. Huic rationi nil obstitit Marta. Nunc illud de subtilitate examinetur. Arist.

Arist. opi. de subtili. 2. de gen. t. 10. secundas explicans qualitates, quæ calorem, & frigus, humidum, & siccum sequuntur, subtile, ac tenue humidum esse probat. Quoniam (inquit enim) repletiuum est humidum, quia non est terminatum quidem, bene autem terminabile ens, & quia sequitur tangens; subtile autem repletiuum, subtilium enim partium, & paruarum repletiuũ: totum enim totum tangit; subtile autem maximè tale: manifestũ quoniam subtile quidem erit humidi, crassum autem sicci. Et subdit. Lu-

Th. bricum quidem humidi. Quapropter ex eo ꝙ replet, & figuram extraneã

Etiã ex Arist. ignis, quia subtilis humidus. suscipit, ceditq; comprimenti, subtile humidum esse pronuntiat Arist. igitur si ignis terminatur facilè alienis finibus, suscipitq; figuram, & cedit, quia est humidus; & si non ex hoc quòd humidus hæc faciat, vt dicit, sed quia subtilis, & tenuis, & tenue, ac subtile humidum est per ra-

tionem

tionem nunc dictam Arist. igitur terminatur quia humidus. Vt omnes ignis proprietates humidi esse videantur, & Auer. id explicans, ait. Quia autem proprium est in rebus subtilibus, & tenuibus implere vacuitates rerum, & figurari secundum figuram continentis, manifestum est ꝙ facilè terminantur ab alienis. Hæc quidem est descriptio humiditatis prædictæ. Vbi sanè non modò auctoritas Arist. & Auer. fauet nobis, sed eorum rationes elegantissimæ, quas nemo soluet. Et concludit Auer. omne ergo subtile est humidum, sed non omne humidum est subtile. Subtilitas igitur est ex humiditate; cùm humiditas natura sit ipsa prior, & cùm declaratum est, quòd subtilitas, & tenuitas est ex humiditate, manifestum est, ꝙ oppositum eius est ex siccitate. Vnde sanè non posse esse quid subtile, nisi sit humidum, probamus; nam posterius absq; priori non stat, in effectibus præsertim coniunctis causis. Ex quibus etiam elicimus, quòd aer sit humidus, quia subtilis, replet, & cedit; manifestum est, quòd ignis, cùm sit subtilior, fluxibilior, & replens magis, promptiusq; cedens sit humidior aere, & omnium humidissimus. Hic amplius est pro confusione illorum insistendum. Siquidem Arist. in 4. Met. t. 30. inquit. Quoniam autem ad sensum omnia diiudicamus sensibilia, palam est, ꝙ & durum, & molle secundùm tactum determinauimus, tanquam medietate vtentes tactu: propter quod durum est, quod non cedit secundùm superficiem in seipsum, molle autem, quod cedit è contra circunstando, idemq; dicit in 3. cœl. t. 11. de Empedoclis mente. At quoniā, inquit in 2. de gen. t. 11. molle subiicitur in seipsum. Sed nō transmutat, quod facit humidum, molle vtiq; est humidum, sed nō humidum mollis, sed molle humidi. Vbi rectè Arist. quòd ampliùs explicat in 4. Met. velle videtur, quòd ad hoc, quòd benè quid sit humidum, requiratur, vt totaliter defluat, & omnem effugiat ictum, cedat omnino in profundū, nihil renitatur prorsus, citoq; repleat. Quod quia non promptissimè, & omnino agit molle, humidum non esse molle statuit, sed econtrà: sic & viscosum quandoq; humidum ponit non purum, sed sicco mixtum: Ideo concluditur nobis, quoniam ignis non vt molle, & viscosum, morosè, sed promptissimè, quę diximus patitur, sit humidissimus, ꝙ oporteat. Et his fauet Plato inquiens in Timæo durum esse siccum, & molle humidum. Durū, enim ait, dicimus, cui caro nostra cedit, molle, quod carni. Nunc autem subtile, quod fluit, carni cedit, vt humidum esse appareat, & ignis mollissimus, ac subtilissimus sit valdè humidus. Nec putet Marta ignem non humectare; proprium enim caloris est humectare; humidum autem passio est à natura agente facta. Et si ignis subtiliat, vt volunt, mollificat, fluere faciat, ac interminabilitatem inducat secundum proprium terminum, terminabilitatem secundùm alienum; nulli dubium erit ꝙ humectet, quęcunque enim talia sunt facta, humida sunt facta; vt rationes humidi, ac cōditiones ab Arist. dictæ demonstrarunt.

Ex Auer.

Idē ex Arist.

Expl.

Ad

Mar. Ad tertiam Telesij rationem dicebat Marta. Licet ignis reducat liquefactibilia ad humiditatem, hoc prouenit ratione materiæ, quia ignis intentio est ceram exiccare, quod in instanti nequit fieri; ab ipso enim fugit actio, ideo oportet, vt talem ceram disponat liquefaciendo, postea incipiendo exiccare partes vsque ad totam, vt sensu patet. Hæc ille.

Th. Recte sanè, si liquefactio, & tenuitas dispositio sit ad siccitatem, vel aliquid illius, persuadet Marta hæc præhaberi pro siccitate inducenda: at quando falsum id sensus, & Arist. ostendunt, Marta longè aberret oportet. Quod quidem enim ab vno extremo, contrarioq; recedit ad contrarium petere consentaneum est. Vnde quia metalla, & ferrum sicca sunt, siccum autem contrarium humiditati, igitur, si dum liquefit recedit à siccitate ferrum, ad humiditatem tendere valde est necesse? Et quia liquidum, & molle, quale ferrum est, ceraq; liquefacta, humidi sunt species, (hoc enim omnium consensu liquidum, & molle est) & non in summo humida sunt, sed in medio, velut aqua, verum erit dicere quòd ignis liquefacit, non vt exiccet, sed vt humectet magis; nam amplius liquefaciens ducit ad aeris naturam, deindeq; subtilians ducit ad igneam, quibus humiditatis conditiones competunt omnes. Si enim liquefaceret, vt exiccet, frustra ageret calor. Nam ferrum siccum est, tangenti renitens, ipsum ergo in siccitate sua relinqueret. Et quando ceram, cæteraq; liquabilia semper fluida reddit, tangentiq; cedentia, & omnia replentia, consentaneum est, humida vt faciat: & quia quanto amplius agit calor, tanto liquidiora, subtiliora, molliora, & tangenti cedentiora, & alienæ figuræ magis susceptiua, & replentia magis efficit paruarum partium, vt visus, & tactus docent, ipsiq; Peripatetici, verissimum sit, est opus, quòd humidiora semper faciat ignis: & quia cum hæc fecerit ignis, maximè talia facit, igitur humidissima tunc existent, cùm ignis erunt. At vulgus indoctum exiccari putat ab igne, quod liquefactum percipiebatur, amplius subtiliatum ducitur in fumum, ac in naturam postmodum insensibilem. quod ne dicant est necesse. Nam si reducitur ad aeris naturam inuisibilem, cùm aer sit humidus, quod inuisile fit non desiccatur. Nec cum liquida, ipsamue aquam ignis in fumum conuertit, exiccari dicant: fumus enim humidior est aere Peripatetic. testimonio, vel paulominus. Diximus autem, quòd quæ remanent materiam in rebus crassis, dissimularibusque desiccat per accidens ignis, dum partibus tenuioribus, humidisque ipsam spoliat. Ad rem ergò redeuntes, quoniam liquiditas humiditas est non in summo teste Aristotele sicut coagulatum est siccum ex aduerso, & subtilitas magis de humiditate importat, dicimus, quòd nequaquàm liquiditas sit dispositio ad siccitatem; & si est ad subtilitatem ignis, vt dicit Marta, ergo iterum ad humiditatem. Contrarium enim

nim non est dispositio ad contrarium, vbi præsertim motus à contrario agente fit; tepor enim quando terminus præsertim à quo est frigus, & agens est calor; non est dispositio ad frigus, sed ad calorem. Sic igitur cùm liquefit metallum quod siccum, siue cera coagulata, ideoq; sicca, liquor non erit dispositio ad siccitatem, sed humorem, multoque minus tenuitas, & vapor ad siccitatem erunt dispositiones, vt ex his patet.

Vbi sciendum est, sicut dicit Telesius, quòd Arist. agnouit humoris, siccitatisq; naturam, non autem cumulatè, non enim inspexit eorum substantiam, & à quibus, quomodoq; constituuntur. Nam si quod planè sicca patiantur dum in planè humida inuertuntur, & à quo immutantur considerasset, ei, quod nobis, humidatas summa materiæ expansio, & amplificatio, siccitas verò complicatio, & conspissatio visa foret. Non quidem qualitates passiuæ, vel actiuæ sint, sed materiæ passiones illatæ ab agentibus naturis, calore scilicet, & frigore. Terra enim, quæ summè sicca est omnium consensu, vel ipsum ferrum, dum in aquam, vel aerem, fumumve immutantur, quæ humida sunt eorundem assensu, in multò ampliorem, vt videtur, expanduntur, explicanturque molem. Quoniam igitur quorum materia satis explicata est, expansaque, vt explicari, & raræ fieri amplius nequeat, talis sanè materia contrahi, & in angustius agi potest. Et quæ bene collecta, conspissataque est, vt amplius conspissationem non patiatur, ea non potest in angustius cogi, & humiditas summa est expansio, & siccitas summa materiæ condensatio; vtique quę humida sunt cùm in seipsa residèant, & sese retrahant, si comprimantur, omninò cedunt, & sicca quoniam in angustius cogi nequeunt, compressa resistunt, renituntur que: quod enim summè est constrictum, comprimi amplius nequit. Et ex hoc gradus siccitatis sumere licet, sicut ex maiori, & minori cessione gradus humoris, vt de mollitie, & viscositate indicandum foret, sed eos alibi manifestabimus. Fortè (concludit Telesius) commodius materiæ expansio tenuitas dicenda foret, & constrictio crassities. Quod si considerasset Aristoteles eorum nomina agnouisset. Tenuitas enim materiæ expansionem, exilitatem, & paucitatem significat, crassities verò constrictionem pluris materię; quod innuitur in tertio de cæl. tex. 10. & Plato per triangulos, & mathematicas figuras cum Pythag. hæc significauit, vt Platonicis placet, præcipuè Iamblicho. Et tactum sequuto clarum fieret ignem cùm tenuis sit, & cedat, esse humidum. At ipsi non cumulatim intelligunt quid sit humor, præcipuè moderni, ideo errant.

Not. Quid sit verè siccitas, & humid.

Iterum Marta reddit ad ignis figuram, dicens quòd propriam habet, & ideo est siccus. Est enim, inquit, ei propria per se pyramidalis. Et reliqua.

Th.

Sed aduerſatur illi Ariſt. qui in 3. cæl. t. 65. rationibus hanc igni figuram demit, & Perip. omnes conſentiunt nullam competere elementis, figuram. Et id probat Achil. 3. de elem. dub. 7. cuius rationes non ſoluet Marta. Hæc autem opinio antiquorum eſt, pręcipuè Pythagorę. Hippaſij, & Heracliti teſte Simplicio. Qui tamen, vt dicit Simp. dixerunt hujuſmodi eſſe figuræ, quoniã eſt maximè ſectiuus, & penetratiuus, quod declarat Ficinus in Timęo, & alij Platonici, Plato enim eiuſdem videtur opinionis, quod quidem dicitur propter ſubtilitatẽ ſuam. Subtilitas autem per Ariſt. eſt humiditas, quare humidus eſt ignis. Teleſius autem ad hæc inquit, ꝙ non propterea ꝙ ignis noſter cupidus ſurſum ad cognata aſcendendi, vnitur totus, & veluti in pyramidem coit, videatur ſiccus, & proprio termino definiri; nam ex hac vnitione non ſignatur ſiccitas illius, ſed, quod vnumquodq; ens facit, quòd ſui cognati appetat contactum, & ſimul vniuerſus ad cognatum aſcendat. Nam nec in globũ coit ſphæricum, quod figura eius eſſe debet; & hoc idem fatetur Marta, & dicere tenetur; idem enim iudicium eſt totius, & partis per Ariſt. & Auer. Sed in pyramidem counitur, quod aſcenſum notat. Et Marta non agnoſcens quòd contra ſe id ſit, inquit, figuram hanc ei competere quatenus eſt apud nos, & ſurſum vadit, ergo non competit ei per ſe primò, vt dicebat: nam quod per ſe primò competit, competit omni; igni verò non competit, niſi per accidens, & ſecundum partes non in proprio loco, ac natura exiſtentes. Et aqua, ait Tel. id manifeſtat, quę frondibus arborũ ſuperpoſita figuram ſuſcipit ſphęricam, & mathematici dicunt quòd ei ſit propria hæc figura, nec ideo non eſt humida; nam ſi tangatur cedit, & recipit figuram tangentis de facili, ſic pyramidalis flamma ab impulſa quouis, & quauis compreſſione diffunditur, nam cedit. Vtrum autem ignis ſit directè oppoſitus terræ ex his habeatur, quia calidus eſt, & humidus, terra è contra, vt taceat Marta, & tranſeamus, quæ dicit, vt librũ impleat. Nam de aqua loquentes alia referemus multa.

Opi. antiquorũ de figura ignis.

Cur flamma pyramidalis appareat.

De aere. Tel.

Aer non eſt elem.

Ratio 1.

Teleſius in 2. min. cap. 15. naturam aeris non licere poni ſummè calidam Ariſtoteli demonſtrat: vnde infertur non eſſe illum primum elementum. Primis enim corporibus in ſummo inſint qualitates oportet, non remiſſæ; remiſſio enim omnis fit cõtrarij actione, & commixtione, quorum neutrum eſſe poteſt, vt deducit Achil. in 3. de elem. dub. 6. & Auer. 3. cæl. com. 67. in ſummo vtranque qualitatem elementis decernit;
2 aliter enim ſemper eorum ſubſtantia eſſet diminuta; & ſi poſſet abſque parte eſſe, iam poſſet abſque tota qualitate; idem enim vtriuſque eſt iu-
3 dicium. Item nihil prohiberet infinita eſſe elementa, nam infinita ſunt entia ambas qualitates remiſſas habentia. Et hæc mens eſt Ariſt. qui inquit, ſi aeris humiditas immutetur nihil immutato calore, repentè fiet ignis.

Marta verò dicit. Igni æqualem calorem habere aerem, quia eſt rariſſimus.

simus. Est leuior aqua, non æque igni frigesit à terra, & aqua interdum, sed quando terra est per lumen solis calefacta, calor aeris assumit robur, concoquit terram, & corrumpit ipsam. Est igitur calidissimus, & humidissimus.

At tota homo errat via, sibiq; contrarius est, Etenim dixit in prima disp. quòd calor est leuitatis effectus, idemq; in hoc sermone, sed dicit nunc quòd leuitas non est in summo in aere, vel in igne, ergo nec caliditas. Præterea Arist. 3. cæl. rarum leue esse dicit, rarissimum igitur erit leuissimum, sed dicit hic Marta, aerem esse calidissimũ, quòd sit rarissimus, ergo aer sit ipsi leuissimus oportet, quod noluit ipse, nec Arist. sed omnes falsum reputant. Th.

Item raritas est effectus caloris per Arist. & Auer. & rarissimũ est leuissimum, si præsertim sit calidissimum, ergo aer erit leuissimus. Errat homo igitur. Itẽ causa leuitatis est calor, vt nos diximus de mente Arist. 2. de gen. an. cap. 1. & Auer. 3. cæl, igitur si aer est summè calidus, vt ignis, non poterit effugi, quin sit leuissimus sicut ignis. quod est contra omnes Perip. & Martam, At ideo boni Perip. non dicunt aerem esse rarissimum. 3 4

Item si quia rarissimus, est calidissimus aer, cum aqua sit rarior terra, sequitur, quòd sit calidior, vel saltem non frigidior; quod tu, & Arist. abnegastis. Præterea Aristoteli si æquè igni calidus visus est aer, summa gaudere caliditate, quin maiori debet, quàm ignis, est enim collectior igne; igitur potest copiosior ei colligi calor; qua re in terram potius agere, quàm ab ea pati videri queat, non inferioribus nimirum agens viribus, & in debilitatam agens quotidie terram à solis actione, & imminutam assidue. Quamobrem non posset pacto quopiam à terra frigefieri, sed ipse eam continuo immutaret calidus in summo, & à solis actio ne adiutus. At è conuerso fit; nam vbi à reflexa aer non calefit luce, frigidissimus apparet, nec ipsam calefacit terram, quod facere deberet ipse non debilitatus ab vllo, sed adiutus, & terrà diminuta à sole existẽte. Et ipso existente sole ab aere flabello commoto frigefimus. Vt primũ corpus pacto nullo sit aer. Siquidem frigidior apparet, quo minus à reflexa incalescit luce. Quin vapores calidissimos, & tenuissimos ad superiorẽ ipsius portionem eleuatos, in aquam suo frigore cogit longè frigidissimam apud illos, & in niues, aliasq; impressiones, vt Arist. dicit in Meteoris. Et si vi frigoris eius fiunt aquę, quod negat Marta, sed certè non legit Arist. 1. Met. quidem nunquàm id faceret, si ei in summo insit calor. Et si detur ei, non dandum quidem, quod à densissimę terræ frigore contiguus ipsi frigefiat aer, non tamen superior pars longè remota, calidissimaq;, quin eo caloris robore, quo ignis donata, ab infimis frigus fugaret, nec sineret illi ascensum. Nulla igitur fuit Martæ responsio, & reprobata erat à Telesio, quod non vidit. Et si cõcedat aeri Marta 5 6 7

9 talem frigiditatem extrinsecam, concedat est opus non esse primum cor
pus, quòd nimirum à debiliori, crebroq; imminuto frigescat, immu-
10 teturque. Item si calidissimus est aer, ac corpus primum, non opus erit
illi ignis calore, vt in calescat, nec solis lumine, vt agat; nam tunc pri-
mum non esset, vt Perip. deducunt, neque calidissimum; & tamen ipsi
11 supremam regionem ab igne, & cœli motu calefieri statuunt. Et quod
calefit non est calidum in summo actualiter sed potentia, ait Arist. &
Plot. in 2. Enead. Et fallax valde est, quòd calor ens naturalissimum, quo
omnia viuunt, per accidens fiat à cœli motu, & aer illo incalescat, non
12 igitur sui natura calidus erit in integro, sed vix diminute. Præterea si ca-
lidus summe est aer, humiditatem consumere ipsum oportet; & hoc
concessit Marta in disput. 3. dum calorem humiditatem consumere ar-
guendo dixit, & in lib. de iuuentute, & senectute humidum esse dici-
tur caloris pabulum, & si calor augeatur, depopuletur humidum. Ic-
circo calor natiuus in igneum actus, qui Hyppocrati, & Galeno fe-
bris est dictus, consumit humidum corporis nostri; sic, si aer calidus in
summo sit, veluti ignis, humidus esse non poterit, vel non in summo.
Exiccabitur enim à calore, si eorum valeant decreta: & quoniam exi-
liter semper sentitur calidus aer, nequaquam primum corpus sit est o-
pus. His adde, quas posuimus superius, rationes aduersus hanc sen-
13 tentiam. Auer. præterea in paraphrasi de longitudine, & breuitate vi-
tæ in aqua, & igne qualitates actiuas scilicet calorem, & frigus fortio-
res ponit, quàm in terra, & aere. Ergo calor aeris debilior est, & non
summus, quantus est igni: & huic consonat sensus, quòd nunquam
visus est calidior aer ab origine mundi. Quas ob res ritè ponitur no-
bis cœli pars inferior à sole continuo genita, & à terra imminuta; si e-
14 nim primum esset corpus se ipsum alterum in parte se generaret, & non
fieret per accidens à sole, non calido ipsis posito.

Aer ego est pars primi corporis.

Sic, vt nobis, ipsis quoque antiquioribus cœli pars aer est positus, teste Plin. in secundo libro capite trigesimo octauo. Et si frigidus sit, id est ex frigiditate terræ, quæ cum primum sit corpus summè cœlo contrarium, portiones cœli, vbi præsertim sol abest, nonnullas occupare valet, & à sole retusum continuò immutatur.

Tel. Arg.

Telesius præterea concludens capitulum ait. Si aer terræ est summè oppositus, vt tenet Arist. nam in ambabus qualitatibus opponuntur, mirum quidem est, quomodo maior terræ portio circundatur, complectiturq; ab aere. Etenim Arist. se inuicem continere prima corpora per qualitatem symbolicam, sicut Auer. quoque docet; secus enim se corrumperent. Quomodo igitur aer summè calidus, summeq; humidus terram summè frigidam, summæq; siccam locat? Sed sequitur ex hoc, quòd non oppugnaretur è terra, si summè calidus esset aer, nam actiuior frigore est calor Peripatetice omnium ipsiusq; Martæ testimonio: si ergò

terra

terra est frigida, simulque aqua, & continuò à solis luce retunditur, quomodo infrigidat aerem actiuissima in summo præditum qualitate, continuoq; adiuta?

Ait Marta, quòd terra circundari debet ab aqua, hæc autem contenta ab aere eius pars est apta habitari, continuo calore vexata. Centrum autem inhabitabile, habet igitur ista aliquam cum aere affinitatem, qui etiam cum aquæ humiditate communicat: quibus prima ista gaudent corpora, quorum plura constitui, & generari non possunt, colliguntur, & associantur. Mar. Resp.

Sed hæc verba quid ad argumenta? multa præterea falsa continent; nam si terra ab aqua debet circundari cur non circundatur, & si nunquam complexa fuit, & Deus taliter disposuit, procul dubio sic debuit esse, & aqua corpus secundum est effectum, nisi incusetur Dei actio. At de aquis postea. Th. Ratio 1.

Nec aer affinitatem vllam cum terra habet. Arist. n. secundo de gener. tex. vigesimosecundo aerem terræ summè contrarium decernit, quia duabus opponuntur differentijs, sicut ignis, & aqua, cætera autem in vna; & si conuenit cum aqua in humore, non sequitur, quòd conueniat cum terra; nam in quo erit conuentio? & loquens de transmutationibus idem dicit Aristoteles: nullam igitur habent affinitatem terra, & aer, si vtrisque principijs constitutiuis prorsus disconueniant: non ergo aer poterit terram locare. Nec, quia est vexata à calore, aquis sit discooperta terra. Si enim id fecisset calor, posset etiam efficere, ne terra possit aerem infrigidare. Nec dicant primum continens infundere virtutem conciliatiuam, sicut nonnulli Peripatet. fingunt, locis continentibus secundò: in ratione enim continentis sola superficies est cœlum Aristoteli; superficies autem, superficiei virtutem dare nequit, remotæ præsertim, nec in quantum cœlum; longè enim abest, quàm, vt naturas rerum violentet, & penitus discordes concordes faciat. Et nos ipsum aliud à calore demittere nihil ritè, probauimus ad hęc inferiora de mente Aristoteles, itaque auget vires aeris, & debilitat terreas. Planum est ergo, quòd verba ficta sunt tantummodo sententiæ illorum. 2 3

Telesius in tertio libro maioris commentarij ex capo decimooctauo vsque ad vigesimum sextum aquam, ipsumque mare, nequaquam elementum primum esse demonstrauit, quod & fecit in 2. min. cap. 13. & decimo quarto: cuius rationibus nihil respondet Marta, sed tantum adducit illas, quibus calida esse Telesio videbatur: idcircò id modo discutiendum placeat nobis, nam si est calidum, non est elementum. De aqua.

Itaque in tertio libro, capo vigesimo quinto, & 2. min. capo decimo quarto sensatis rationibus calorē aquæ ostendit ex eius scilicet constitutione, actione, passione, dispositione, specie, & operatione. Ex cōstitutio- Ratio 1.

ne quidem; nã solis fit calore, siue proprio, vt nobis ponitur, siue igneo, ab eo facto, vt ipsis videtur; ex materia etiam fit calida, ex ipsis nimirum fumis, vaporibusque, qui solis vi eleuati, generatiq; è terra eleuantur, & condensantur in aere; oportet ergo, vt sit calida. Vapores enim ipsi, nubesq; calidi quauis occasione spissati, aliud passi nihil, in aquas inuertuntur. Nil aliud adducit Marta de ratione hac: quæ tamen pluribus rationibus, sensu, authoritatibusq; à Telesio est referta. At, quòd sint calidi vapores, inde colligit Telesius, quòd licet è terra educantur frigida, tamen ipsa penitus immutatur. E crassa enim fit tenuis, ex opaca, nigra, & immota, fit transpicua, & motu gaudens, itaq; ex frigida calida, & sic aqua calida respectu materiæ, & agentis.
2 Item nulla aquæ operatio ipsam frigidam demonstrat. Nec frigida appareat, quòd epota immoderatum corporibus animaliũ, calorem, febremq; reprimat, ipsumq; natiuum; hoc enim facit, quia minus calida est nobis, ideo & febres extinguit, prçsertim alieno frigore occupata. Sicut enim tepida aqua in feruentem iniecta, moderatur illam, sic nostro corpori aqua applicata, calorem retundit.
3 Prçterea frigidi est spiritum constringere linguæ, & frigidi id cibi manifestaut. At ab aqua vel dilatatur lingua, quod calida faciunt entia, vel nihil immutatur, quod faciunt insipida eiusdem sanè naturæ cum linguæ spiritu, qui calidus est.
4 Idem manifestat aquæ passio, nam calida, feruensq; facta, nihil corrumpitur, sed fit magis aqua, nam tenuior, & humidior, magisq; motu gaudens. At frigus ei contrarium apparet; ab eo enim correpta, corrumpitur, induratur, immobilitatur, in glaciemque, condensatur, & crystallum, alienam nimirum naturam.
5 Item seruatur motu, qui caloris est proprius, corrumpiturq; immobi-
6 litate, quę frigoris est propria conditio. Præterea calidam eam eius dispositio speciesq; declarat, tenuitas scilicet, & albedo.
7 Item ait Arist. nullus humor est sine calore, & ignis pabulum est humor, aqua autem est humida, non ergo igni contraria. Hæc adducit Marta ex dictis Telesij, necita omnino, nam puduit me lacerata prorsus verba tanti viri, vt Marta facit, afferre. Sed horum confirmationes, & circumpositiones infra inferre licebit respondentibus nobis ad Martam, eiusque dicta reprobantibus.

Mar. Marta autem præpositis verbis multis, quæ non faciunt ad rem nostram, probare intendit, aquam non esse calidam. Et inquit. Tunc mare esset calidum, sed sentitur frigidum. Ergo, si dicatur quod est calidũ, sed non sentitur, nam in profundo est calidissimum, contra, ait, tunc pisces coquerentur in mari, quia coquuntur in aqua calida, nec possent amplius generari.

Th. Ego autem hominem hic ludere video. Ipsi enim Peripatetici omnes, mare calidum esse statuunt, saltẽ accidentaliter. In primis Arist. 2. Met. cap. 3. mare, inquit, tenuioribus sui partibus spoliari, solis calore, & in vapores

pores agi, crassis remanẽtibus, & salsum fieri commixtione exhalationis siccæ, calidæque, cum pluuiis delatæ, & crassum, & amarum, calidumq;. Circa quod longo habito sermone tandem ait. Et calidum etiam mare propter hęc est. Omnia enim, quæcunque ignita fuerint, habent facultate in se calorem; videre autem licet calcem, cinerem, & hypostasim animalium, & siccam, & humidam etiam calidissimorum secundum ventrem animalium accidit calidissimam esse hypostasim. Vbi patet calidũ, & siccum mare poni ab Arist. sicut cinis, & cals, ac animalium excrementa. Et in probl. sec. 23. q. 7. calidius decernit esse mare, ac siccius, densius, pinguiusque, & ibidem in q. 13. quòd siccius aliquid est, inquit, eo calidius est, mari autem istæc inesse plenius palam est: & quasi in qualibet quęstione illius sectionis mare dicit esse calidum, & siccum; & idem vult loquens de piscibus. At Auer. in lib. de long. & breuit. vitæ parum sibi constans, animalia marina sunt, inquit, longioris vitę, quàm agrestia, quia aqua marina calida est, & humida, & alibi adustam, siccáq; posuit. Igitur argumentum Martæ est aduersus Arist. & non Telesium. Licet verò frigidum in tactu nobis appareat, hoc ideo est, quia nos calidiores sumus illo: sapor autem, & actio eius, calidum nobis illud manifestant, & motus, aliaq; multa. Nec ideo coquantur pisces in mari, non siquidem illius aquam feruere ponimus, sed exiliter calidam, & quantum sufficit, vt sit aqua. Et non natiuum modo, sed accidentalem calorem ipsi interdum attribuimus; Arist. autem solum, vt videtur, accidentalem. Nec ex hoc concludit aduersum nos, & non Arist. dictum Martæ. Nam aqua, quę coquit, accidentaliter ipsis modo est calida. Item sicut calidus aer nõ vrit, nec coquit volatilia Aristoteli, sic mare aquatilia. Et vinum quod calidum est quoque Peripateticis, nec si ipsi infundatur piperis libra calidi in quarto, vt aiũt gradu, coquit, multo minus igitur aqua id efficiet.

Arist. ponit mare. Calidum siccumque.

Idem Au. sed inconstanter.

2. Met.

Præterea, ait Marta, vel calor aquæ est æqualis cum corpore, & sic nõ prouenit actio, vel superat, & sic sentiretur calida, vel minor, & tũc non dilataret linguam.

Mar.

Dicimus, non eodem modo ab omnibus aquis immutari spiritum in lingua existentem, sentientemq;. sed diuersimodè à diuersis, quæ diuersos sapores in sui generatione, vel ex accidente quopiam contraxerunt. Aliter enim à marina, aliter à pluuiali, & à ceteris immutatur aquis, sapores enim, qui vires caloris linguæ superant, constringunt, qui parum quid excedunt, leniter dilatant, & qui æqualem calorem obtinent, nullum saporem ingerunt. Et huiusmodi in primis videtur esse aqua. Sed aduertendum est ex 7. lib. Telesij cap. 10. quòd, quæ sentiuntur, ambientis, & extraneo sunt prædita quandoque calore, vel frigore, diuerso ab innato, & constitutino. Quorum fortiores sunt vires, vel propriæ, vel ambientis, ea quidem sentiuntur à toto spiritu, dum tanguntur. Spiritus verò mollissimæ, laxæq; carni linguæ inexistens, non vigentes mo-

Th.

Cur spũs linguæ viuas, ac de mortuas nãs sentiat.

do,

do, viuasque rerum vires, sed languentes penè, & demortuas, & veluti stertentes, non modo scilicet externum calorem, externumque frigus ab ambientibus rebus inditum, sed internam itidem naturam, vel ab externa reiectam, exuperatamque, vel vtriusque actiones simul sentit. Est siquidem tactus eius exquisitissimus, & caro spongiosa protinus aditum ad sentientem spiritum rebus admittens. Externus porrò calor, externumque frigus nullum saporis spiritui sensum facit, quòd ab vtroque natura, & dispositio spiritus immutatur. Quapropter dicimus, q aqua nimis calefacta, vel frigefacta non faciat sensum saporis, nec in sua existens dispositione, sed insipida apparet. Et ideò paribus caloris viribus cum linguæ spiritu donari videtur. Vnde ad Martam redeuntes, dicimus, quòd alia est ratio de toto tactu, quàm de gustu. Tactus enim sentit dominans frigus, vel calórem, siue extraneum, siue intraneum, ideoque aqua dum tangitur apparet frigida: est enim vis proprij caloris ab ambientis frigore retusa, occupataque; vel & partes corporis nostri, in quibus spiritus inhabitat, calidiores natura, sunt aquis, quę interdum etiam nimio externo frigore occupatæ, aquam tangentes, videntur exili calore foueri. Et non sit mirum; tangentibus enim vinum, oleumque, entia nimirum, omnium assensu, calida, frigida apparent ob hanc causam. At sensus gustus exquisitissimus, dum constringitur, vel dilatatur, vires caloris persentit. Aqua autem est minus calida spiritu linguæ, vel æquè calida, si spiritus, vt tegumento carnis eius remittitur calor, consideretur, vt alibi diximus; ideo pura, vt dicunt, aqua insipida videtur spiritui, & ex hoc calidam ipsam esse testimonio Aristoteles comprobamus. Quippe qui secundo de an. tex. 118. quod simile est, nequaquam sentiri dicat, vt ęquè calidum non sentitur ab æque calido. Sentire (inquit enim) aliquod pati quoquo modo est. Vnde necesse est, vt illud, quod agit, sibi simile in actu, non agat nisi illud, quod est in potentia, & ideo calidum non sentit simile, neque frigidum, neque duorum, neque molle, sed ea, quæ sunt intensiora: sensus enim quasi est medius inter cõtrarietatem in sensibilibus, & ideo distinguit sensibilia à sensibilibus, medium enim distinguit, efficitur enim apud vtrunque æqualiter. Vbi & Auer. multis declarat rationibus hęc verba, confirmans absque qualitatibus, calore scilicet, & frigore non posse fieri tactum; at tactum exquisitissimum gustum esse ibi docet Aristoteles, & in tertio de an. tex. 67. & in 2. de par. an. capo decimo septimo: in paraphrasi vero de sensu, & sensato Auer. cum Aristot. sensum tactus, & gustus ex quatuor qualitatibus ipsis constare decernit, ideoque non sentire qualitates æquales, sed intensiores. Cum igitur linguæ spiritus sit calidus, & non percipiat aquæ saporem, quòd insipida sibi videatur, calida; sit aqua oportet, nam simile non sentitur à simili dixit Aristoteles quòd vero aqua sit insipida, sensus diiudi-

Si aqua est insipida ergo calida.
Ex Arist.

cat, & Aristoteles in problemat. Theophrastus in sexto lib ro de plantis capo tertio, & vigesimo octauo, & Alb. secundo de an. tractat. tertio, capo decimo octauo, insipida; inquit; est aqua, sicut oui albamen, & sputum. At vtrumque horum est calidum, vt eorum constitutiones, & species ostendunt; itaque insipida aqua ex hac ratione bene est calida, nam persimilis est calori linguæ: & hoc Arist. in probl. sec.3. quæst.8. confirmat. Vnumquodque, inquiens, à suis nihil afficitur, contraria vero à contrarijs potius sentiuntur, & ideo vinolentus dulces intra se continens humores, nam vini talis est natura, aquas acres, & vitiosas sentit magis, & salsas. Sobrius vero, quòd acres, salsosque continet humores, sapores acres, & salsos non percipit. Quid clarius pro nobis? nam si aquam non sentimus in lingua, ipsa sit ęquè calida linguę est opus. Et si salsa est ipsa marina, calida item erit: salsum enim calidius est dulci inquit ibi Arist. sec.23. omnibus igitur modis aqua est calida.

Pręterea, ait, ęstate hauritur aqua à puteis, exq; fontibus calida, quę si ferueat, & remoueatur postea ab igne fit frigidior, si causa primi est sol in zenit existens magis calefaciens terram, & sic existentem aquam. Hęc igitur ferueat, & postea ex se ipsa frigesiat, ad tantam reddet suam naturam, ad quam non potest reddere statim hausta, eo quòd non est ita calida, sed modice passa, ad sinceram suam redibit pristinam naturam. Mar.

Delirat, vt videtur, hic homo, affertque verba, vt conteramus tempus. Sed satisfiat, si dicatur, quòd aqua exilem continet calorem innatum, & potest permutari in calorem, & frigus ab ambiente. Calefacta autem, quę pars superatur, fitque vapor ascendit, quę autem remanet non victa abscendente calore, redit ad natiuum modo, fitque frigidior, quia rarefacta cum fuerit ob calorem ambientis, facilius deinde ab ambientis frigore penetratur. Quare nec ideo sua natura sit frigida; aer enim quoque frigidus apparet, & rarefactus frigescit magis abscedente luce ait Aristoteles in probl. & succi multi de sui natura calidi, calefacti amplius deinde infrigidantur, nec ideo non erunt natura calidi, vt quisque in vino experitur taceat ergo. Th.

Præterea, inquit, nix esset calida, quod si concedant superponant ventri, cum dolet. Mar.

Non possum quidem Martam rudibus non comparare, his enim nix apparet frigida, sicut Marte. At nix ipsa quoque calido fit ab agente, & materia calida, estq; vt aqua insipida; eędemq; rationes, quæ aquam, ac aliæ Telesio niuis calorem probant, sicut in primo lib. manifestat. Et facta est quandoque nix sapore sub salso, quod significat vapores salsos non perdidisse calorē in concretione. Ipsa fertiles reddit agros, & pinguefacit, teste Theophrasto lib. 1. de causis plan. cap.5. vbi syluam Th. Nix vnione calida natiuo calore correpto à frigore externo.

pro-

propter imbres quoque factam fuisse commemorat, & alibi multa dicit; pingue autem omne calidum est teste Arist. in probl. sec. 23. q. 7. Nascuntur item vermes in campis, niue consperfis, aliaq; animalia blando calore donata: fitq; nix ex vaporibus calidis frigore correptis, nō tamen caloris natura spoliatis, vt dicemus, sed retusis eius viribus. Et color eius albus admodum soli; & ignis; nam albus est Arist. 3. Met. & alia in disp. probauimus, vt calida nix verò sit. Disgregat etiā visum, quod opus est caloris parentis, ipsius nimirum lucis. Et hoc nemini nō persuadeat, quòd calidi succi, vt vinum, & oleum, congelantur, & tamen caloris naturam non amittunt. Sic aqua congelata calida nix est.

Mar. Præterea, ait, si forma aquę est calor, semper ergo calefaceret nā forma, & operatio sunt inseparabiles, sed eius effectus sunt frigidi, nam causat tussim, & flegma, quod est humidum, & frigidum.

Th. Omnem notitiam à sensu oriri palum est, operationes rei cognoscibilis spiritui sentienti sensorijs admittētibus, vt in 8. lib. Telesius docet, & Perip. asserant est necesse. Sensus autem ex his, quæ alias accepit considerat cognoscendæ rei naturam, si præsertim illa non valenter sensum moueat iuxta speciem suam. Et quoniā percepit alias, quæ fiunt ab agente calido, vniuersaliter esse calida, & quoniam à simile non affici simile percepit, ideo quæ non mouent ipsum spiritum sentientem calidum, vbi exquisitissimus est sentiendi modus non extrinsecas modo naturas, sed intraneas quamuis occupatas admittens spiritui; considerat æquè calida sibi esse; sapores enim caloris viribus constituuntur, vt alias dicetur. Itē quæ motu gaudent vidit esse calida, & immobilitate, ac frigore corrumpuntur; aquam igitur hoc modo se habentem calidam iudicat. Et quoniam multa videmus, quorum natura est occupata ab extraneis operari contra sui naturam, ad modum nimirum earum; vt vinum, quod alias experti sumus calidum, infrigidare manus, tussim efficere, & alios itē succos calidos flegma generare; dicendum putat sentiens substantia id non esse ex sui natura, sed ambientis, qua sunt affecta, & ex eo, ꝙ sunt minus calida corporibus, quibus applicantur, & habent similitudinem cum humore flegmatico, qui est parum calidus, vt succi, ideo corpus frigefacere paululum, quod facit tepida aqua feruenti admixta, & flegma augere putandum est. Sic quoque procedimus circa naturam aquæ, dicentes infrigidare, & tussim facere frigore ambientis, & quia minus est calida. Humorem quoque flegmaticum efficit, qui nobis calidus est exiliter, vt aqua. Videmus quoque ꝙ minus calida se vel ęquè, paulove magis auget, generat calore suo. Vnde Theop. primo lib. de hyst. plant. c. 7. quædam inquit sunt plantarum, quę non nisi in aqua viuere possunt; Et naturaliter fouet herbas, plantasque, animalia aquatilia, & augmentat, teste eodem 2. lib. de causis plant. cap. 1. 7. & 8. vbi quasdam plantas quoque frigidis opus habere aquis docet, & Arist. cocodrillos calefacere

cere noctu dicit. Item nos frigore maximo correpti,& fortiori eo,quod est in aqua (reperiri enim tale non est absurdum nobis, si est peripateticis, nam quod aquam gelat est fortius) apponentes manus aquis, non tamen glaciatis, exilem experimur nos fouentem calorem. Et alia sunt experimenta multa, & rationes sensatæ, quos dicemus. Si enim summè frigida esset,gelaret sanguinem animalium,perimeret pisces, essetq; glacies semper cũgelata aqua ipsa, ergo est admixta calori,& natiuo: remissio enim fit admixtione contrarij apud perip.Natiuo quidem dico;quoniam naturale est aquæ non esse gelatam, ipsa enim natura est humida, & liquida, per accidens glaciata,& contra naturam, vt dicit Arist. lib.2. de par.an.at aquæ vniuersitatem ex actionibus, & propriis calidam esse expertus est Arist.patet ergo,ꝙ.& quomodo ex sui opere innotescat calor aquæ, vt sileat Marta, qui affectiones manuum tantùm, & sine consideratione factas ab aqua, percipit.

Præterea,ait, saltem in instanti suæ generationis esset calida,& ego vidi in montibus ipsam fieri, & erat frigidissima. Mar.

Dicimus, ꝙ semper est calida aqua, sed non valenter operationes caloris manifestat, tum quia ex tunc frigore obtegitur, tum quia calidiores sumus nos. At in 1.met. ab Alb. declaratur bene calida esse materia pluuiæ,& impressionum aquosarum,quin calidas ipsas è cœlo descendere docet, quapropter, quando pluit, minus frigescimus. Th.

Præterea, dicit, vnde est, ꝙ hyeme pueri magis potant aquam frigidam,quàm æstate. Cum enim calor eorum sit magnus, & robustus, & quia semper mouentur robur sumunt volentes aliquantulum frigefieri, ipsam bibunt, vel etiam ratione siccitatis, qua exiccantur per frigus, qua iuncta caliditate eorum calidiores euadunt, & laborantes bibunt aquam frigidum,& quidam potans aquam putei frigidam mortuus est, quia gelauit eius sanguinem. Mar.

Respondendum est, ꝙ dicta sua nostram confirment sententiam. Si enim frigidissima sit aqua, non posset quidem absq; danno maximo potantis ebibi. Siquidem summè frigus, quale est ipsis in aqua, posset de facili calorem blandum moderatumq;, quem ponunt in animatis 2. de ant.t.41.exuperare,& extinguere,prælertim puerorum, qui est debilior, & maxima humiditate admixtus, vt inquit Arist. in probl. sec.3. q.7. & aqua quidem augeret humiditatem, & extinguere: calorem, & rigerent corpora, nam si id facit epotum vinum, vt dicit Arist. ibidem q.6. propter calorem exuperari ab humore, citius faciet aqua, vbi nullus est calor illis. Vnde quoniam non tantopere frigefacit, sed frigus quoddam infert potantibus, non frigida naturali,sed ambientis dicenda est frigore,& quia minus calidum,quod est maius moderatur. Et sic facit in corporibus nostris aqua,& hoc hyeme, quia tunc calor est collectus, itaq; & robustior. Et laborantes ipsam bibunt: nam per totum accensi ab ea Th. Rõ est cõtra arguentem. Resp.

tali ratione refrigerantur. Et sic acetum est minus calidum vino, & corporibus laborantium, ideo bibunt ipsum Appuli. Et quia acetum suscitat spiritus, & vapores nam eleuat, vt obtundat, & aqua liquatum nõ inflammat. At non ideo fit frigidum, eius enim odor, subtilitas, penetratiua virtus, & quia difficilimè gelatur teste Alexandro Aphrodisæo suorum problematum lib. 1. q. 126. calidum ipsum esse declarant, vinum autem intenuoris est caloris; etsi tangatur etiam videtur frigidum, & viscera dum potatur infrigidare sentitur, sicut acetum, & aqua; at elapso frigore excitatoq; calore proprio à calore ventriculi, effectus facit caloris, accedens nimirum corpus, quod non faciunt succi minus calidi, ipsaq; aqua. Nec ideo non sit calida aqua, ꝙ vir potans mortuus sit. Poterat enim in dispositione esse, vt subitaneam patiatur mortem. Vel calorem naturalẽ imminutum habebat, qui aquæ ambientis frigore repente extingui queat, vel sitibundi spiritus nimio desiderio aquæ sunt prouoluti, ideo & extincti, suffocatiq; pondere frigido. Nec sanguis coagulatus est, vt putat; nam in ventriculo, vbi aqua recepta fuit primo, sanguis nullus est, sed spiritus calidi, & in illo dispositi, vt suffocentur. Nec frigus tantum erat, vt gelaret; hoc enim vix est in aquis gelatis modo. Et patet hoc quidem, ꝙ multi tunc temporis ex eadem potantes non perierunt, qui dispositi non sic erant.

Cur bibens frigidã aquã periit.

Quod frigus exiccans nõ augeat calorem.

Ratio 1.

At hominis imperitiam admirari non desistam, quippe qui frigus aquæ siccitatem inferre corporibus puerorum, itaq; & calorem putet. Non quidem enim contrarium adiuuat contrarium, nisi illud compellendo per antiperistasim, vt aiunt, frigus ergò non auget calorem, quia siccitatem conferat.

2 Præterea calor moderatus fugit siccitatem, vt inimicam Aristoteli, at omnis calor est amicus humoris, & nobis calidum omne est humidũ, & dicit Arist. & Auer. in de long. & breu. vitæ ꝙ calor natiuus pascitur humido, & si dematur humidum, demitur calor, & addito humore crescit calor, vt dicitur etiã in probl. Igitur frigus addens siccitatem addit frigus non calorem, nam posita siccitate ponitur mors, vt ibi dicitur.

Lib. de mor. & vit.

3 Conueniens præterea ait Auer. subiectum caloris est humidum, frigoris verò siccum.

4 Præterea si frigus indat siccitatem, magis est rationabile, vt frigus etiam indat, nam siccitatem per se inducit, non per illam, ipsum autem constringens indurat, & exiccat, igitur vbi ponit siccitatem frigus, ibi ipsum est exiccãs, siccitas ergo illa dissipabit, & exprimet calorem, non ergo augeat.

5 Item quoniam pascitur humorem natiuus calor, & aqua in hyeme auget calorem, ergo quia suppeditat pabulum .s. humiditatem, non quia siccitatem. Præterea non concedant vnquàm Perip. ꝙ aqua frigida, & humida ipsis posita iuuet siccitatem, quæ sibi est cõtraria, & frigus aquæ profectò agit pro generatione aquæ iuxta decreta Arist. nõ terræ, Auer. in summa Arist. met. frigus aquæ generat humiditatem non siccitatem, quia simile tamen facit. Igitur augeat humiditatem, non siccitatem, quę

propria est terræ. Quomodo autem aqua viuet ventriculum diximus in disput.1.

Præterea, ait, locus proportionatur locato, sed animalia quæ sunt in aqua sunt friga, pisces enim ob frigiditatem non dantur ægrotis, conualescentibus verò dantur scopulosi, qui ex radiis solis reflexis calorem sumpserunt, aqua igitur est frigida. Mar.

Non quidem tot corrigi possunt errores hominis huiuscemodi, quin corrigendi remaneant. Pisces quidem, quos frigidos vocat, calidos esse oportet, generatio enim omnis fit à calore, vt dicitur in 4. met. siue ex putrefactione, siue ex vteris, aut ex ouis generentur. Primæ quidem generationis testis est Arist. lib. 3. de gen. an. cap. 11. ꝙ spiritus in humore inest, & calor animalis in vniuerso, vt omnia animæ sint plena, & 4. met. t. 13. inquit ex putrefactis facillimè generantur animalia, ꝙ excreta caliditas constituit corpora, & ibi de animalibus loquens, omnium calorem ponit principium, etiam in his, quæ fiunt in mari ex putrefactis; inquit enim. Quod calor in animalibus contentus ex alimēto efficit semen, hoc temporis calor in aere ambiente contentus ex mari, ac terra concernit concoquens, atq; constituit. Si ex ouis fiunt clarum est, ꝙ incubans calorem modo indit. Et Arist. lib. 3. de gen. an. cap. 2. Terra calore suo concoquit oua, & quæ incubant, hoc idem faciūt, adhibent enim suum calorem. Si ex semine, etiam à calore est eorum generatio. Et Arist. docet in 2. de gen. an. cap. 3. inest, inquiens, in omnium semine, quod calor vocatur. Item generatio omnis fit à calore, & frigore actiuis princip:js, vt dicitur in 4. met. sed à frigore per accidens, vt dicit Auer. & Alb. ergo pisces cùm generentur, calidi erunt. Item nutriuntur, nutritio autem fit à calore inuertente nutrimentum, vt Arist. in allegatis 2. de an. & 4. met. 1. de gen. & millies docet. Item viuunt pisces, igitur calidi. Vita enim, vt dicit Arist. in lib. de morte, & vita, est permansio caloris natiui, & in lib. de long. & bre. vitæ, tandiù viuere docet animalia, quandiù calorem, & humorem in se habent. Vnde Auer. inquit, animalia marina sunt longioris vitæ, quàm agrestia, quia aqua marina calida est, & humida. Causa autem conseruans animalia est dominium caliditatis, & humiditatis in sua complexione, & actiuarum super passiuas. Et in 2. de part. an. cap. 4. Aris. nedum calida putat aquatilia, sed disceptat num sint calidiora terrestribus. Nōnullis enim, inquit, aquatilia terrestribus esse calidiora placet, argumento, ꝙ naturæ frigiditas calore naturæ eorum cōpen-setur: & determinat tandem ꝙ vno modo sint calidiora, [illegible]phrastus testatur etiam in primo de causis plant. quòd aqua[illegible] calidiora, tam animalia, quàm plantæ terrestribus, etenim in cap. 27. Emp. testatur, & Menesiorem dicentes aquatilia, quoniam seruantur in aquis frigidis, & resistunt calore suo, esse calidiora, item quia sunt fœcundiora, & geminant citius, calida maximè esse debeant. Et quia

Th.

Qua rōne pisces calidi.

Ex Arist.

Ex Auer.

Idē Theoph. ex empt. & Men. & licet non conuincatur bene aquatilia esse calidiora, tamen calida esse ex his decernitur.

Theophr. in cap. seq. simile à simili contra augeri decernit, cohiicere poterat, aquas esse calidas. Nam nihil ipse circa hoc decernit; namq; in seq. lib. cap. 1. pinguescere terram, & fęcundas reddi plantas ob niuium copiam, & á gelu indurari determinat. Et de his multa dat inditia caloris aquæ, nusquam vsus calore illius apertè. Præterea animalia respirant, vt refrigerent, calorem naturalem cordis, ne suffocetur teste Arist. in lib. de respir. & de mor. & vi. vnde inquit. Principium quidem vitę, deficit habentibus, cùm non refrigeratur calidum. Vnde, inquit, quando habentibus pulmonem, vt sunt tetrestria, indurescit pulmo, vel habentibus branchias loco pulmonis, vt pisces sunt, indurescunt, & non possunt eleuari, tandem facta intentione marcescit ignis, & pereunt.

Quidē pisces respirāt Aris.

At pisces multi vt ibi dicitur, aere refrigerant calorem, vt sunt mali costrati, & polipodes, quibus modi cum aeris, ait, sufficiens est ad multum tempus, aliis sufficit aqua per branchias hausta. Idem dicit lib. 3. de par. an. cap. 6. Vbi delphinus, inquit, balęna, & cete aere refrigerant calorem, & omnia, quę reflant. Alios verò non indigere respiratione aeris, quia non tantùm habent calorem, sed omnes aqua refrigerari. Plinius autem in lib. nono, de hyst. natur. cap. 7. omnes pisces respirare arbitratur, & respondens ad Aristoteles dicentem, quòd non omnes emergunt super aquas, vt respirent, ait, in aquas penetrare hunc vitalem aerem quis miretur? nam densiorem penetrat terram, vt respirent animalia intra habitantia sicut talpę.

At Pil.oēs.

Plato modicā dat respirationē piscibus.

Plato etiam in fine Timęi deos prohibuisse piscibus respirationem docet, sed modicam modo douasse. Igitur pisces omnes calidi his rationibus erunt; ergo aquam calidam esse summè est necesse. Nec potest pacto quopiam effugere id Marta.

Si pisces calidi ergo, & aqua.

Nam ex hoc quòd pisces sint frigidi probauit aquam esse frigidam; nunc quoniam calidos esse rationibus, & authoritatibus Aristotel. sui, & Auer. prętet aliorum, ostensum est, calidam necessario aquam prędicet oportet. Nam pręterea, si calida non esset aqua, sed summè frigida, non viuerent animalia in ea, frigus enim mortificat, & destruit, ipsa siquidem in aquis pariunt oua, & fętus, qui quidem subitò perirent, si aqua esset frigida, & multi pręterea generantur ex spumis aquarum, vt dicit Aristot. in lib. 6. de hyst. an. cap. 15. quod non posset fieri si esset frigida; dixit enim ꝙ excreta caliditas horum cōstituit corpora.

Pręterea cibum assumentes pisces replentur aquis, vt testatur Arist. ibi [illegible] cap. 2. ideò datum est, ait, instrumentum illis, quo emittunt [illegible] testa, [illegible] quidem verò pascuntur aqua dulci, vt qui operiuntur [illegible], & anguillæ etiam, & aquam dulcem ibi esse probat experi[illegible] vasis [illegible] repleri, postquam positum est in mari, aqua dulci, & aqua dulcis frigidior [illegible] salsa, vt dicit ipse in probl. sec. 23. itaque fit, vt aqua natura sit, calida, summum enim frigus, quòd ponunt

in

in aqua continuò destrueret parum caloris, qui est in piscibus marinis, & fluuialibus,& minimè nascerentur pisces in aquis profundis. Et quoniam non marima modò, sed omnis aqua alit pisces,& animata, vt omnis aqua iure sit calida opus. Et hoc sensatis rationibus probauit Gulielmus Raudolensis in 1.lib.de piscibus cap.12.calidas nimirùm esse aquas & ideò non esse elementum. Cuius rationem soluent nunquam Perip. Et Arist.quosdam pisces ponit sanguineos ergò calidos, siquidem calidus,& humidus est sanguis ipsi. Pisces autem non dantur ægrotis, quia nos calidiores sumus illis, & minùs aquei, & diuersa itèm sunt caloris temperie donati, vt noceant nobis ægrotantibus, & augeant humores, corporis, præcipuè flegmaticum: qui licet sit calidus tamen consimili calori ei, qui est in aqua, est calidus, ideo q; illi cognatus: non quia vterq; frigidus sit, sicut ait Hyp. humores autem tales abundantes nocent, præbent enim calori fomentum, vt augeatur, muteturque in fortiorem, quàm qui opus est nobis, vndè fiunt, vel augentur febres. Nos enim viuimus calore moderato, cuiusmodi non est febrilis,& hic auctus fit immoderatus, excellensque,& appellatur febris.

Idem ex Raudolensis.

Cur egris no ceant pisces.

Sed dicit Marta pisces non habent sanguinem, nisi quid proportionale, quale est menstruum in mulieribus, in quibus, licet sit copiosum, non tamen ipsę sunt calidiores viris, igitur in piscibus sanguis non denotat caliditatem.

Mar.

At non ex hoc, quòd sanguine careant eorum plures, sint frigidi: nullum enim ens calidum esset, si sic foret, nisi sanguinea animalia. at quia multa sunt calida absque sanguine, cur ergò pisces non sint calidi? Ex hoc probatur benè, quòd non sint tanto calore prędìti, quanto terrestria, vel sanguinea: Et quia non habent purum sanguinem mulieres nō sunt frigidæ, sed minùs calidæ viris; non autē, quod non sint calidi. Et pisces multi itidem sanguinē habent, qui calidiores sunt non habētibus piscibus; sed non, entibus quibusuis carentibus illo, non aptis ad habendū.

Th.

Non omne sanguine carens est frigidum.

Præterea ait, aqua extinguit ignem calidum, ergo est frigida. Sed Tel. dicit ad hoc nil nostram euertit sententiam, quòd ignem suffocat copiosa in ipsum iniecta; quandoquidem feruens idem facit, & marina aqua calida Aristotel. visa, ac sicca.

Sed, dico, ait Marta, quòd ignis est calidus, & siccus, aqua verò frigida,& humida, ex quia sunt contraria in duabus qualitatibus, altera alteram necabit, humiditas ergò aquæ ignis siccitatem extinguet,& si humidum dominabitur sicco, frigidum robur sumet,& quantò magis sumet, tantò citius ignem necabit.

Non conuincitur aqua frigida ex hoc, quod extinguat ignem. Seneca.

Mar.

At dicamus, quòd, quoniam feruens aqua calida est, & humida, nunquam ignem extinguet, quia siccitatem illius perdat, sed potius augebit, humidum enim pabulum est caloris, vt dicit Aristot. & quandò humida apponuntur, pręsertim calida, vt quę feruet,& marina est, ipsi calori, calor

Cur aqua extinguit ignē. Reprobatur. Ratio 1. Ex Aristo. & Auer.

lor augetur;humiditas enim, inquit Auerr. conueniens est materia caliditati,& nutrimentum illius,qua consumpta consumetur calor; quasobres aquæ humiditas augmentabit ignem,& non extinguet. Nec aquæ
2 feruentis humor destruat siccitatem ignis,nam non erit verum,quod sit caloris pabulum.Nec prætereà,id faciet : nam calor aque iuuat calorem
3 ignis,vt citius depascatur humiditatem, nec erit vndè veniat frigus corrumpens calorem in illo instanti,cum nullum sit in aqua feruenti,quod non considerauit hic homo:aqua enim feruens calidior est paruo igne, ait Aristot 2.de par.an. cap.2.& plenius flamma calefacit; non erit ergò corrumpens calorem in extinctione ignis. Et si humor, quod nequa-
4 quàm facere potest nulla datus actione,corrumpat siccitatem, quid dicet de aqua marina, quæ calida, & sicca, sicut calor est Aristoteli, cuius verba paulo ante retulimus.Etsi contendat Marta contrà Arist. esse hu-
5 midam, probaui ego per demonstrationem ignem esse humidum, igitur augetur ab aqua calida, & humida. prætereà ipse Marta in sua disp. 2.materiam nostri ignis humidam esse dixit,reddens rationem,qua motu seruatur:itaque materie materiæ addita auget,ergò & ignem,præsertim quia dicitur primo lib. de an. quòd ignis augmentabilis est in infi-
6 nitum per materiæ additionem. Præterea si aqua feruens destruit siccitatem ignis, quę nec nobis, nec illi est in nostro igne, vndè frigus aduenit,vt dominetur? Nam in planitie sub forti sole adurens ignis à superposita aqua feruente extingui cernimus. Nec fingat quòd sit in aqua frigus internum. Nam dato, quòd sit, non tamen aget,vt extinguat calorem;operationes enim tunc in aqua sunt caloris regnantis ibi,
7 vt tangenti sit notum, & Arist. testimonium perhibuit. Vinum prætereà natura calidum,cui nil frigiditatis est,etiam calefactum superpositum extinguit ignem, & frigus nullum est ibi, & calor vult stare cum humiditate,nam in aere commanent;quin oleum, multique succi calidi
8 ignem nutrire apti superpositi copiosè extinguunt ignem.Amplius succi ex herbis,quas ponunt medici calidas,& siccas extracti, ipsa colera calida siccaque Hyp.Galenoque & Perip.visa,carbones igneos, flammasq; suffocant,extinguuntque.Penitus falsa ergò est Martæ sententia, sibi, & Arist.sensuique contraria Nos ergò veritatem cum Telesio deducamus à sensu, dicentes,quòd hi succi calidi,& aqua,liquidi cùm sint, tenuesq, poros carbonum, & lignorum,ex quibus tenuitas flammas nutriens, & flammæ ipsæ elabuntur, illinunt, exitumque elabentibus obstruunt; itaque flammę suffocantur, & calor ipse igneus inde alitus. Quare, nisi prius quàm suffocetur inexistens calor, ipsi ab eo succi exuperentur, in flammasque agantur,pereat ignis oportet.At vbi materia adest, quę nõ adeò ab ii fusa aqua compingi queat, vel quę vniuersa incensa sit, quod bitumini euenire videtur, in ea accensæ flammæ nequaquàm ab infusa aqua opprimuntur,quin magis nutriuntur.Neque incendia maxima ab

infusis

2. Meth.ca.3 (margin, beside line 4)

Vera sententia cur aqua ignem extinguat. (margin)

Quos ignes aqua non extinguit. (margin)

infusis aquis vllis, sed à sola superposita terra extinguuntur. In his enim materia vniuersa est accensa, & versa in flammas, vt non occludantur flammarum nutritiui pori vlli, cum non sint. Exque hoc excluditur quòd dicebat Marta fieri modò per suffocationem ignis interitum à Terra non per contrarietatem, nisi ab aqua. Aqua enim bituminosa, & incendia maxima, in quibus vtrisque desunt pori, non extinguit, sed nutrit, vt videatur per suffocationem illud agere; Terra autem quoslibet extinguit ignes, & vbi non sunt occludendi meatus flammarum, non autem quosdam modo, & vbi adsunt meatus; ipsa enim calida, & marina, quę calida ponitur, & sicca Aristoteli, idem facit, & succi calidi multis vbi occludendi meatus sunt, non autem semper, vt Terra omnino. Quod Plin. lib. 2. cap. 107. ostendit in comace, inquiens, vrbe samosati stagnum est emittens limum flagrantem, tactus ignis eius sequitur fugientem, sic defendit muros oppugnante Lucullo, flagrabatque miles armis, aquis etiam accenditur, Terra tantùm restingui experimenta docuere. Et in cap. 119. in Phaseleide, inquit, mons chimera, & quidem immortalis diebus, ac noctibus flamma. Ignem eius accendi Aqua, extingui verò Terra, ac Cœno Enidius Ctesias tradit. Et in Lycia Ephesta montes flagrant, vt lapides quoque riuorum, & arenæ in aquis ardeant, aliturque ignis ille pluuijs. Et in cap. seq. multos ignes docet pluuijs augeri, & in medio mari ardere docet. Ex quibus opinionem sensatam benè firmam quisque dijudicet. Terra ergò de sui natura, non solùm per suffocationem, & aqua suffocando extinguit ignem, si in medijs vrit aquis lapides, & eis nutritur in his dictis locis.

Cardanus docet ignes conficere, qui aqua non extinguantur.

Idem Pl. non per artem.

Sed ait Marta, si esset calida, definiretur quod sit apta calefacere, tùm definitio iuxtà propriam naturam sit assignanda; nec hyeme calefieremus igne, sed bibendo aquam, sic laboret quis febre, ex potione aquæ augebitur frigus, & fiet mors. Nec id facit alieno frigore, nihil enim operatur per naturam alterius. Mar.

Despiciendus quidem, videtur homo, qui putet, ex hoc quod quippiam sit calidum, diffiniendum esse, quod sit natum calefacere. Nos siquidem naturam rei intrinsecam compositionem ex materia, & forma consideramus, & verbis plurimis explicamus; diffinitio verò quædam oratiuncula est perstringens, ea, quę longo tempore adinuenimus de natura rei: quam nec omnibus naturalibus, sed vel paucis, vel nullis dedit Arist. consideramus enim aquas, Meteorologica, ac elementa, & ipsum cœlum non diffiniuit breuiter, sed rationibus eorum naturam inuestigauit, & cui primò quæpiam actio competit, ei illam attribuere consueuit. Calefacere autem primò est ignis puri, ipsiusque solis; aqua verò exiliter est calida, nec valenter calefaciendi vim manifestat, (vt eius naturam considerantes diximus) prętertim spiritui nostro ratiocinatiuo calidiori, cuius est tales facere rationes, Quare aqua non consueuit dici Th.

Quid sit diffinitio.

illud

illud esse; quod natum est calefacere, sicut nec de oleo, & alijs succis dicitur. Bene autem assignamus eam per calorem exilem, & materiam liquidam, fluidam, & alia. Nec ex operationibus diffinit Arist. sed ex causis: nec enim diffinimus ignem esse id, quod est aptum ad calefaciendum, in via præsertim Arist. sed potius diffinimus per formam, dicentes esse calidum & alia, quæ ex operationibus inuestigamus, vt plurimum. Et hæc magis apud Arist. Pura est itidem ignorantia, quòd hyemę biberemus ipsam, vt calefiamus. Aqua enim valenter tunc à Terre frigore occupatur, & remissum valdè calorem habet, vt comparata nostro corpori frigida sit, sicut diximus. Vndè benè dicit Telesius, quod non esse rebus attribuendæ sunt vires, & facultates, quas sortiri apparent collatæ nostro tantùm corpori; Multa enim calida frigida nobis apparent, qui calidiores sumus sed quas sortiri apparent ad vniuersalem naturam comparatæ. Aquam fieri modò à calore est certum, & experientijs probatum. Et febricitantium calores extinguit frigore externo. Et licet. Aqua non operetur contrà suimet naturam, operatur tamen illud frigus, quod ipsam occupauit, quod eius actiones occultans proprias manifestat. Similiter etiam. Tepida aqua feruentis extinguit calorem, sic ipsa febrium. Sed quandoque auget, teste Galeno, ideo prohibetur ægris, nè eius materia humida multiplicetur febris, & fortior facta exalet citius molito exitu calori, moriaturque animal. Quandoque verò in abundantia extinguit ipsam circà declinationem, iuxtà quoque dispositiones, quas reperit in corpore; vt si inueniat poros apertos, vt exudet secùm calorem febrilem educit, vt pluries accidit. Et Aqua balnei calida id facit laxans carnes, & adaperiens, meatus, qua febris elabatur; & vinum ebibitum. At sæpè, vt dicunt, periculum imminet, si febricitantes ebibant, nam accendunt calorem igneum, & fortius crucientur, & hoc plerunque. Quæ adiungit Marta, licet erronea, non faciunt ad sermonem nostrũ. Sed quod dicit dixisse Telesius aquam esse minus frigidam ipsa Terra, sed non esse ipsam natura frigidam, est ignorantia Martæ. Tel. enim probauit eam esse minus frigidam ipsa Terra, & Marta concedit, ergo nam est elementum, cùm eam non habeat in summo qualitatem, quæ est prima; & supra dixit, omnibus primò summè in esse qualitates. Et Aristot. elementa transmutans æqualem videtur dare eis frigiditatem: non corrupta aquę humiditate, ait, fit Terra eadem remanente frigiditate; At de his supra satis est dictum. Deinceps demonstrauit Tel. quòd non modò careat summo frigore, quod inest Terræ, sed quòd habeat nullum, natiuum. Sed homo loquatur cùm Philosophis.

Cur aqua nõ calefaciat nos & operetur, quod non est caloris.

Quid Tel. intelligit probant, aquam non summè frigidum.

Th. Mar.

Responsio Mar. ad arg. Tel. & probatio eius ca 2.

Non habens quid obijciat amplius Sciolus, volebat tandem Telesij rationibus satisfacere. & ad primam, inquit, dico, quòd quæ fiunt ab agente calido non sunt calida, nam materia est pars quiditatis, vt probat D.Th.&Cai.lib. de ente, & essentia, in vapore igitur erit materia, quę

Quomodo D.Th. intelligat materiã esse partem quidditatis.

est eius pars, quæ cùm sit frigida, & vapor erit frigidus, igitur & aqua, quæ ex eo fit erit frigida. Item sol albus est, lucidus, transparens, igitur nubes, si naturam eius suscepissent, essent talibus conditionibus donatę, at apparent nigræ, nigredo autem causatur ex frigore. Et falsum est (ait) ꝙ aquæ fiant ex nubibus, nam si sic, quando videmus nubes in aere, & nigrus est ventus, plueret, sed cessante ipso pluit, non ergo conspissatio est causa generationis aquarum, & ipsa constrictio nubium, sed antiparistasis.

Sciat hic homo, ꝙ D.Tho. & Gai. in 2.cap. de ent. & ess. intendunt, ꝙ essentia diffinibilis compositi integratur ex materia, & forma; idemq; intelligunt per quidditatem, ꝙ essentiam, naturam, & diffinitionē, vt probant de mente Boetij, Aris. & Auic. & metaphysicè loquuntur; hoc enim in 7. metaph. pertractatur, & metaphysicalis est libellus ille, vt dicunt, & abstrahunt à materia sensibili, & à particulari, nihil curantes, num cum dispositionibus formæ præcedentis recipiat formam, & si agat, & deferat corporeitatem. Et eatenus materia est pars quidditatis cōpositi, quatenus compositionē eius ingreditur in esse reali, vt principiū passiuum, quod esse imitans metaphysicus, vt partem diffinitionis eam ponit; quod non placet Auerroi, volenti ipsam in rationibus sumi, vt principium deferens illas, vt dicit in 7. metaph. com. 21. & 34. & S.Tho. contradicit ibi in lec. 9. Ex hoc autem nihil concluditur, vapores esse frigidos. Materia enim ipsa D.Thomę nullam præbet actionem, & qualitatem nullam, sed pura tantùm est potentia, sola recipiendi vi prædita; quin omnis forma materiæ nudæ vnitur, sicut dicit in quęstionibus de formis, & quęcunq; sunt in composito, etiam ipsa corporeitas, à forma emanat; quapropter potiùs frigus vapores non habent per D.Tho. nam in genito, & corrupto nihil idem numero commune esse ponit ibidem, & Caiet. in de ent. & ess. q. 27. defendit de mente D.Th. Et hanc opin. eius esse Niphus in 8. met. disp. 3. & 4. affert. Quare sol conuertens terram in vapores, nihil de terræ natura vaporibus dat, nec quippiam relinquit. Et id confirmatur; nam Albertilla, ac Marsilius idem ingenito, & corrupto accidens numerale concedunt, dummodo non sequatur contrarium in materia; nunc autē vaporibus creatis à sole sequitur contrarium calor videlicet, & ea quæ sunt solis terrę prorsus contraria, vt verè pateat tam apud sentientes cùm D,Tho. quàm aduersarios, non posse remanere frigus terræ in vaporibus. Et si vera esset opinio Scioli ꝙ quæ in aliud conuertuntur retinent prioris naturam, partes videlicet materiales, quia est pars quidditatis, tunc remaneret frigus terræ in igne, & aere quando ex terra oppugnata fit ignis, vel aer, etenim materia terræ vertitur in igneam, & cum sit pars quidditatis, & frigida respectu sui, cum igne staret frigus; & alia absurda excipiunt hominem. Igitur dicendum ꝙ agēs formale effectum ex contrario, nihil relinquit in illo de natura contrarij, non enim suæ con-

Quo D. Tho. intelligat materiā esse partē quiditatis.

Dictū D. Th. concludit vapores non esse frigidos.

Idem ex contrarijs habetur.

Contrarium vincens nequaquam victum commanere permittit.

seruationis appetitum deponit vnquàm, vt quod sibi est exitium, secum permanere permittat. Et ideò sol per calorem agens, terram vincens, & in vapores conuertens, frigoris nihil cum calore indito à se relinquit: agens enim itidem passum sibi prorsus conformare intẽdit teste Arist. & suam in illo naturã amplificare, seq; cõseruatum reddere. Nec quia sunt nigri vapores interdum, sunt frigidi; Tel. enim in 1. mat. com. cap. 4. nigredinem propriam esse materiæ determinat: quæ quidẽ corporea est, actionis omnis expers, ideo inuisilis, & nigra, nihil ex se spiritum vifiuũ, quod & tenebræ facit, mouere potens. Et hæc cùm in alterã ex altera mutatur naturam, nigredinẽ non amittit. Idcirco cum calor non fuerit robustus adeo, ꝙ candorem suum manifestet, & nigredinem materiæ occupet, nigra videntur calida entia. Nõ igitur frigori, vel caloris propria est nigredo, multa siquidem calida nigra sunt, multaq; frigida; quare ex hoc ꝙ nubes nigræ sint non licet frigidas eas vocare, frigoris enim propria nõ est, sed materiæ nigredo. Calor autem solis deturbat ex terra conditiones frigoris, dum eam in vapores agit, non autem materiæ, sed illas obtegit, cũ tandem bene ipsam possederit. Et hoc inde patet, ꝙ nubes multæ albæ sunt, aliæq; nigræ, quęq; circa terram magis sunt, nõ penitus attenuatæ, nisi quantum eleuari queant ab insidente calore. Vnde & grossæ oculis nec satis transparentes sunt, quia nõ penitus iuxta solis modum materia est concinnata à vincente calore. Vincit enim calor prius contrarium, expellitq; à materia, vbi regnabat, deinceps trahit illam ad se, quod signi ficat eius victoriam; debilitatus autem adhuc non potuit propter preliũ omnes præcedentes fugare cõditiones, sed ipsum modo contrariũ, ideo aliis consequentibus calorem fortiorem materia tali rem vaporũ donanda restat. Quod fiant ex nubibus constrictis aquæ nec Arist. dubitat, inquit enim in primo Met. cap. 10. Quæ fiunt ex aqua, exhalatio est, & vapor; quæ autem ex aere in aquam, nubes, caligo autem nebulæ eius decidentia, quę in aquam, concretionis: Ecce quomodo concreationem, & constrictionem docet. Et in cap. 11. ait. Pruina quidem fit, quandò vapor congelatur prius, quàm in aquam concernatur, ros autem cum vapor concretus fuerit in aquam; nihil ergò Arist. dubitat de spissatione, & congelatione. Verumtamen differentia est, quòd quia congelatio, con strictio que videtur à frigido fieri, volunt frigidam esse aquam cognatasque impressiones quidam Perip. Nos autem, quacumque fiat occasione condensatio, frigidam indè aquam non haberi contendimus. Sic dicentes, calidam esse aquearum impressionum materiam non negant; Quin Arist. in cap. 11. 12. & 13. docet quod, quantò calidior est vapor, tantò citiùs congeletur, & ideò materia niuis calidior sit aquea, & grandinis niuea. Facilius enim frigus subit illãm, quæ rarefacta magis fuit à calore. Vndè reprehendit Anaxagoram, qui nubem concrescere in aquã & in grãdinem putauit, cùm in frigidum ascendit aerem. At nos, inquit, dicimus,

Circalidi vapores sint quandoque nigri.

Modus agendi caloris.

Aqua fit ex nube conspillato etiam Arist. idem plato in tim.

Vapores Arist. & peripatetica calidi sunt.

dicimus, cùm in calidum ascenderit, cum maximè patiatur antiparista sim ab externo calore, itaque falsum dicit Marta, quod vapores sint frigidi. & Auer. ac Alber. calidos esse optimè declarant. At nè delerant Arist. perip. dicunt in frigoris introductione expelli calidum. quod videtur de mente Arist. interdum esse. Sed mirum quidem est id, nec veritati consonum, Non siquidem esse possibile, quòd simul introducto promptè frigore tam citò calor, qui regnabat, informabatque se ipso nubem, pereat, præsertim cum ambiens exterius sit calidū, meritò cuius Aristoteli quoque frigus intro agitur. Non quidem sola condensatio sit causa, vt frigus ipsum expellat. Videmus quidem aquas conditionibus gaudere, quę sunt moderati caloris, vt sua tenuitas, motus, modica luciditas, quam Alb. 2. de an. tract. 3. cap. 12. attribuit igni colores enim, qui corporibus insunt, ex mixtione ignis dicit fieri, qui ex confusione amisit potentiam adurendi, & remansit luciditas; quare aqua marina, inquit, micat ex adustione vaporis salsi; & quoniam omnis aqua est talis, qualis marina videtur Alberto, Alba, & Lucida, sequitur, vt quælibet sit calida. Etenim remanserunt conditiones vaporis calidi, præter summam tenuitatem, ex cuius ablatione sequitur sola grauitas, & casus materię, quia calor non potuit amplius euoluere illam, eo quòd densata fuerit, sicut nec carbones. Item si quandoque occupatur calor à frigore in aquæ factione, vndè frigus aquæ ostendunt, cum non semper occupetur; nec tunc frigida natura sit oportet. ipse siquidem Alb. id interdum fatetur. Nanque in suo lib. 2. met. cap. 29. primi tract. guttas, quæ cadunt magnæ calido tempore, calidas esse dicit, à sensu, experiētiaque edoctus. eo quòd, inquit, nubes calida, ex qua fiunt, non suscipit de frigore, nisi ad conuersionem nubis in aquam, & non ad congelationem. Cui nimirum, si aqua perfecta potest stare cum calore antecedente in materia, non aduentitio, nullum si dubium oportet, aquam esse calidam. Et Paulo post. Venientes, ait apparent albæ, & lucentes, & fiunt de vaporibus calidis, & à principio non satis eas vincit frigus, nisi particulariter. Et paucis interiectis, declarans quòd grandines inducant sterilitatem, ob frigus. gutta autem, ait, magna eum sit calida, totum facit oppositum, quando sola venit, ita quòd grando eam non sequitur. Est enim ipsa bonæ commixtionis cum aereo, & subtili, terrestri, & habet in se multum de calore vaporis, ex quo fit, & ideo optimè infundit Terram, & si lædit aliquos fructus, hoc facit ratione percussionis. Ecce quomodo lucentes, & albas ponit aquas, quas à calore conditiones fieri prædixit, & calidas eas dicere non veretur d. Alb. ex calore vaporis constitutius. Igitur ex via constitutionis clarè liquet aquas esse calidas, nec posse à frigore vaporis calorem educi. Et in seq. cap. Alb. vestigia caloris, ipsumque calorem in niue remanere inuitus docet. nam Alba, inquit, esse ex luciditate solis nubi commixta, & mollis, ex eo quòd dum in niuem conuertitur calidissima

Non potest vapor dum in aquam vertitur, prorsus perdere calorem.

Ratio 1.

2

Ex Al.

3

Alb. calidam ponit aquam ex gen.

Alb. niuem calidā docet à sensu.

ſima nubes, paulatim à frigore congelatur ipſo reſiſtente calore, & humida aereo, qui eam in durum ens concreſcere non ſinunt, & in ſuperioribus idem melius explicuit quamuis ergò fiat à frigore condenſatio, non tamen perditur natura, caloris ſiquidem nix remanet alba, & laxa quę ſunt caloris opera, & inſunt præſente calore, & quia inſunt cōpletæ niui, & calor in ſit eſt neceſſe. Calidi quidem igitur vapores, denſati, & nihil aliud paſſi, ſunt aqua. Et hoc patet, inquit Teleſius, quòd quantumuis ſęuiat frigus in aere, & vapores adſint quotuis, dùm non in ſe ipſos, & in nubes coguntur, nullas in aquas concreſcunt vſquam. At vel in calidiſſimo ambiente, vbi vel è loci anguſtia, vel ventorum vi, quacunq; demum occaſione, in ſeipſos ſpiſſantur, ſtatim in aquas, beneque eas grandes, concreſcunt, eoq; grandiores, quò magis in ſeipſos cogun- tur, dentur, denſanturque vapores. Quæ res fit vbi contratij ſpirant venti, & multa, magnaque fiunt tonitrua. Et hoc Teleſij dictum confirmat Ariſt. in libro de ſignis aquarum, & tempeſtatum; tonitrua, inquiens, & coruſcationes in æſtate pluuias indicant, & in Meteoris contra Anax. in locis, & temporibus calidis fiunt, inquit grādiores pluuiæ, & declarationes Abb. qui in his omnibus pręire videtur peripateticis notificant. Nec putandum eſt, ꝙ ſemper adſit frigus, ꝙ à loci calore introagatur in nubē. Sub calido. n. cælo frigus reperiri nequit; nam nec in nube eſt, nec in calido ambiēte, tēpore præſertim æſtiuo; ꝙ Ariſ. fateri cogitur, & interdū concedit. Ipſe. n. 1. Met. cap. 13. ſub ardentiſſimo, & ſereno cælo quotidie per æſtatem certis ſtatutis horis & vaporibus calidis grandes fieri pluuias ad montes Arabiæ teſtatur. Calida autem fit (ait) citò conflans aqua in regionibus, & temporibus calidis. Fiunt autem circa Arabiam, & Ethiopiam ęſtate aquæ, & non hyeme, & hic vehemens, & eadem die ſępè propter eandem cauſam. Citò enim frigeſiūt propter antipariſtaſim, quæ fit propter calidam eſſe regionem valde. At quoniam non pōt fieri; vt frigus ibi introagatur per antipariſtaſim in nubes, ideò oportet, vt fiat ex calida re aqua calida nullo interueniente frigore, nam vnde ſit illud, cum nec ab ambiente, nec à nube, fingi nequit. Et ideò inquit, Teleſius: pluuię illæ à ventis fiunt è vaporibus nimirùm ad montes delatis, & ab his vlterius progredi, diffundiq; prohibitis, ac ſatis tandèm in ſeipſos denſatis, ac vnū pene factis. Quod nos probamus authoritate Ariſtot. in Probl. ſec. 26. q. 5. vbi quęrens, cur, venti imbrem non vbiq; afferunt, inquit, quia non idē montibus vbiq; occurrunt, ſed alijs partes aliæ ſunt obiectæ. Nubes. n. ibi magis conſiſtunt, vbi ventus vix quaſi loca ardua ſuperans, depellere præterea nequit; cùm aūt conſiſtant, pręmantur, rūpuntur, imbremq; demittunt, & in q. 6. 7. 8. 21. & 29. ex ſola compreſſione à vētis docet fieri aquas, & auſter, inquit, cogit aerē è longinquo, quo coacto aqua exprimitur. Et multa his conſona de tropęis loquens inſinuat. Vnde elicitur ſolā conſpiſſationē, eſſe aquarū originē quauis occaſione exortā. Et affert pręterea ſignum Teleſius, ꝙ nulla frigores ope vaſ conſpiſ-

Ratio Tel. Prima firmatur ex cēſi q̄d ſufficiat denſatio ad aquas faciendas ergò cali di ſint. Ratio 1.

2 Et ex Ariſt.

3 Ariſt.

Th.

Tel.

Th.

4

5

consţissatio aquas demādet. Ipse.n.fumus, vel bene calidus calidis in rebus inclusus, in aquas cogit, & ideo frigus, nō vt frigus, sed vt cōstringit, aquas efficit interdū. Itē ascēdētes fumi ad herbas, & flores arborū, ac frōdes ꝓhibiti dabi, cōcrescūt in guttas, aqueas, & balneorū laquearia iccircō madēt sēper, stillātq; aquas, & è vaporibus ad cerebrū sublatis, sicut in ollæ operculo, & ibi dēsatis aquosus humor fit parū disidēs ab aqua. 6 7
Hāc ēt opinionē de aquarū generatione tenet Algazel, sicut narrat Alb. in 2. Met. Trac. 1. ca. 12. inquiēs nimirū ꝙ vapori calidi ascēdētes à frigiditate loci ꝓhibitate loci ꝓhibiti vlterius ꝓgredi, spissant, itaq; & in aquas cōcrescunt Et signū est (inquit) in caldaria plena aqua bulliente, & cooperta non ꝑꝑ frigus, sed ꝑꝑ reflexionē vaporis ad operculū, generat guttas in caldaria distillātes. Et huius signū est, ꝙ in vētribus animaliū, q̄ sine dubio (ait) calidiores sunt hyeme, q̄ æstate, tū ꝑꝑ clausurā pororū in hyeme, generēt flegma vapore stomachi reflexo à pelle corporis, & in æstate cholerā, nā tūc pori aperiunt, & expirat vapor subtilis, & nō remanet nisi terrestre cōbustū subtile, quod nutrit cholerā; in hyeme aūt oppilat̄ pori, & ideo reflectit̄ vapor, & cōuertit̄ deorsum in aqueū humidū reflexus à pelle cōbusta in poris, & Olympiodorus in meteoris narrat hāc opinionē esse Theophrasti q per eadē signa, & illud Arist. testimoniū de aquis Ethiopiæ substinet, ꝙ aquarū ꝓcreatio fit à sola cōdensatione. Et his necessario aqua ponēda est calida. Nec ab his accepit Telesius, vt putat Marta, nā is ex sensu Philosophatus est, & experimento agnouit aquarū generationes nō ex verbis aliorū, quę oīa spreuerat. At dicit Marta ex Mazonio cupiēs, ꝙ nū sola sufficiat dēsatio, sed alia causa pręcedat est necesse Et si sit, nos ponimus solē, vapores generantē, & eleuātē, & aliud nihil ponit Arist. Sed rñdet ad vnū dictorū Marta, ꝙ magna vaporis abūdātia circa lebetis operculū cumulat̄, & coaceruatur, ita vt calotē suffocet, cuius interitu oriuntur, ait, illa, quæ Theophrastus, dēsationi tribuit Sed longè aberrat, nec fictio apparentiam habet vllam. Tunc enim calor suffocatur, cum in flamma & constitutus, & à rebus densioribus, quas repēte occupare nequeat, & permeare, obruitur, vel à liquidis exitus ex materia nutriēte obstruētib⁹. At cū in quapiā est diffusus materia, quā vsquequaq; penetrauit, & permeare pōt, nequaq̄, si illa dēletur, extinguet̄ calor vnquā; sed impotēs fiet, vt euehat. Itaq; vapores benè tenues, fumiq; calidi ad operculū eleuati duri nō sūt, vt alter alterius calorē suffocet, nec inflāmati, vt alterius alter flāmæ exitū obstruat, sed vndiq; calore perfusi, si densantur, nequaq̄ calorē perdunt, quin colligunt illū; in densiori.n. fortior est calor. Et Arist. in Probl. id sæpe testatur, inquit.n. in sec. 23. q. 7. quærens, cur aqua maris, calidior est ea, quæ bibitur, ꝙ magis spissius est, & corpulentius: tale aūt quodq; minus refrigerari potest, sicut etiā amplius in calescere aptum est, quippe quod calorem seruare suam ob densitatē melius possit. Et in sec. 25. q. 18. cur, inquit, aere sereno apertoq; frigus fit acrius, quàm nubilo, cū stellę sint calidæ, & cælum. 2

8. Ex Algazale procedens per signa multa.

9. Ex Olymp. & Theophr.

Marta Resp.

Th. Ratio.

Vapores in opusculo lebetis, coacti in aquam, non produnt calorem.

Idē ex Arist

Et respon,

Et respondet quia tunc diffunduntur vapores, & calor dispergitur, non autem sub nubilo. Et q.21. quærit cur cœlum nubilum sit tepidius quã apertum, & placidum; & dicit ꝙ non fit ex eo ꝙ stellæ sint frigidæ, sicut veteres putarunt, nam id est absurdum, sed quia dispergi melius potest. Ecce ergo quod Arist. in densioribus calorem ponit maiorem. Et hæ au
3 thoritates probent calorem cœli, & stellarum, ibidemq; fatetur ardorem Solis, & Lunæ calorem. Et signum etiam adducimus, ꝙ in densiori re calor augeatur, ꝙ aqua calida damnum affert manibus, & nequit sufferri, at fumus ex ea factus, vel ex flammis suffertur. Etenim calor in tenuiori
4 explicatus materia exilior fit, & minus robustus, in qua collecta antequã patiatur frigoris occupationem roboratur calor. Item fumus in operculo densatus in aquas, calidus sub forma aquæ tactui apparet, non ergo amisit calorem per suffocationem, nam apparet calidior fumo. Nec
5 in balneorum laquearibus ex fumis aqua effecta nõ calida sentitur. Modus præterea, quo ibi suffocetur calor, fingi non potest; & aqua inde effecta frigus continet nullum, & tamen est aqua. In lebetis quidẽ operculo frigus non est, quod suffocato calore ingrediatur. Nam vapores illi calidi sunt etiam Aristoteli. Nec frigus vllum radicatum habent, quod fingunt eorum quidam in aqua calefacta, ne cogantur eam ponere tunc absque sui natura; nam bene tenues, mobiles, calidiq; sunt fumi illi, ac leues, sursumq; tendentes, & conditiones calidorum entium habentes, quibuscum non stat frigus natiuum; nam à calore nati fuere; nec illi in vaporibus, sed in aqua ponunt frigus illud; secus contradicerent Arist. in probl. in me., & 2. de part. an. cap. 2. omnibus viis ergo calida est aqua.

Ratio in vincibilis, quòd aqua sit calida.

Præterea enim si esset frigida in summo naturaliter, cum summum frigus congelet illam in glaciem crystallum, & terram agens, sequeretur ꝙ ipsa in sua naturali, puraq; dispositione esset congelata, quod sensui, & Arist. dissonat maximè. Et hoc maximè cogit illos, vt dicant aquam calidam. Et si ergo frigus interdum aquas generet, patet id ipsum facere eo quod condensat, vt rectè dicebamus cum Telesio, non enim spoliat eam caloris dispositionibus, multi enim succi calidi, vt vinum oleumve condensantur à frigore, & in glaciem aguntur, nec tamen frigidi dicentur natura, at ambientis frigore secundum tactum. Et gustus, qui intrinsecas, & extrinsecas agnoscit naturas bene calorem intraneum inesse, dignoscit; sic igitur fatendum est de aqua.

Qua ratione frigus aquam quandoque gignat.

Quapropter quoniam fumi, & vapores sunt calidi authoritate Arist. & sol, ipsumque cœlum, vt verba eius confirmarunt modo allata, præter ea quæ diximus disp. 3. & 6. sequitur, quòd ex constitutione calida sit aqua natiuo calore. Itaque falsum est, quod concludit Marta, quod aqua non est facta ab agente calido, & quod admisceatur frigus in factione: nam non in omnibus eius generationibus admiscetur, & si admiscetur extraneum est. Et dicit homo quod nox nõ sit calida propter dicta sua, & nos

Mar.

pro-

probauimus ex rationibus,& Perip.dictis esse calidam,& dicit in Armenia fieri niues rubeas vi exalationem,ex nimio scatescentium, non ergo est calida. Sed consequentia est indocti hominis. Ex hoc enim quod recipit ruborem,sequitur quod sit calida,rubedo enim ex albo igne fit Perip.admixta nigra materia,sicut in disp.3.addebamus. Et Marta in principio huius disputationis per hoc, quòd rubedinem vidit in lapide ex sulfure confecto,dixit se ibi vidisse formam ignis, ergò in niue ex rubore conspiciat formam ignis in puram, & ex albore puram: purus enim ignis albus est Arist. in de sensu,& in Met. Th. Ratio aduersarij, qua nix frigida ponitur, calidam eam declarat

Ad aliam inquit, quomodo ex potu aquæ frigidæ mala animalibus accidant, me remitto ad ingarsiam. Mar.

Th. Nos diximus, quòd, si ex frigore aquæ fiunt mala, non ex materia sic efformata, fiunt ex eo, quod est ambientis. Mar.

Ad aliam, inquit, non omnes frigidiusculi succi linguam constringunt, sed syrupi frigidiusculi,vt de infus.ros.linguam dilatant,& sentiuntur frigidi in operando; & linguam dilatare potest. Th.

Nos autem respondentes ad secundam hominis rationem de his diximus sufficienter. Et quòd, siue dilatet aliquantulum, linguā aqua, vt in adductis verbis Marta concedit, siue nihil, quòd sit insipida semper calida appareat. Et de his subtiliter disputat Tel. in commentario de generatione saporum, qui adhuc ad nos non peruenit, quia non impressus est. Qui autem succi linguam dilatant (diximus) at non vniuersaliter locutus est Telesius, sed probans, quòd aqua externo, non autē interno frigore est frigida, inquit, quòd succi natura calidi frigidi tactui apparent, sicut & aqua, qui tamen non ob hoc sint frigidi; nam à lingua probantur calidi. Et sic syrupi de inf.ros. frigidiusculi sentiuntur, & linguam dilatant,ac leniter rare faciunt, ergo sunt calidi: rarefacere enim caloris esse Arist. docet. Vnde si aqua sit tactui frigida, quoniam linguæ est insipida,ergo consimili est donata calore; vel si dilatat erit calida magis. Sed non intellexit homo Telesij verba,nec respondere scit pacto ullo. Mar. Non respondet directè ad rationem Telesij de sapore Marta.

Ad aliam Marta nesciens quid dicat,tractat de aquarum melioritate, quæ nam corpori nostro conducat magis; & multorum adducit opinionem, ac plures aquas decoctione puriores, quasdam uero impuriores reddi decernit.Sed quoniam huiusmodi sermo,licet sit in multis falsus,non facit ad rationem, & propositum nostrum,pertranseamus illū. Sed quid loquatur inspiciamus. Telesius quidem probauit, quod aqua, à calore fit magis aqua,& non corrumpitur, sed à frigore corrumpitur, propriaque natura priuatur, igitur calida est ipsa naturaliter. Natura enim aquę est vt sit humida cedens tactui,subtenuis,mobilis,labilis,fluxibilisque at dum calefit,blando præsertim calore,fit magis talis,etenim fit humidior, nam fit tenuior, fluxibilior, labens magis, & ad motum promptior,quod fatetur Aristoteles in probl.& de par.are.2.at à frigo- Alia Ratio Tel. de aquæ calore.

re pro

per accidens coagulet calor, testis est etiam Arist. qui 4. met. tex. 21. omnes res, inquit, inspissantur per calorem, præter aquam solùm. Cuius ratio est, ꝙ aqua pura non ex dissimilaribus constans partibus, sed æquè tenuibus, tota simul attenuatur, & eleuatur, & minimum, & insensatum penè residet. Idem dicit Arist. in tex. 27. & addit ꝙ inspissatur, si est admixta terræ. Cuius quidem ratio est, ꝙ partibus aqueis tenuioribus eductis, quæ remanent grossiores reddũtur ex commixtione terræ, & inspissantur cum illa. Et hoc interdùm Auer. innuit in illo libro. Patet ergò ꝙ aqua pura non concrescit in lapidem in caloris. Et sal itidem ex fluoribus fit terrestribus, sicut declarat Tel. & non ex aqua nisi grossa, & pingui, qualis est marina, cuius partes vi solis, vel ignis elapsæ fuere. Et Aris. in probl. sec. 24. q. 11. quærẽs, cur aquis calidis, potius quàm frigidis lapides concrescant, inquit, quia lapis defectu humoris consistit, caloreq; potius, quàm frigore humor deficit, & lapidescit, vt Emped. dixit, saxa feruentium aquarum opera conficit. Vbi Arist. per defectum humoris intelligit, ꝙ ab calore partes humidiores, & tenuiores educuntur, & deficit in illo subiecto humor; nam partes grossæ remanẽt solæ. Et inquit, vel quia solùm calor elapidat, idest (intellige) educit partes subtiles, & concrescere facit grossas in lapidem; sed frigus, ait, etiam humorem nimio gelu absumendo indurat, & facit lapidem, idest, non educit illum humorem, partesq; subtiles, quæ Aristoteli humidæ sunt, sed omnes gelat, & tardat magis, quàm calor, vt conficiat lapidem. Quas obres nõ queat concludere Marta ꝙ calor aquam faciat minus aquam ex hoc, ꝙ indurat: facit enim hoc per accidens: tum quia quandiù calor in ipsam agit semper est magis aqua, fluida nimirùm, liquida, & humida, sed destituta calore, & partibus tenuibus, concrescit in duram molem. At præsentia frigoris semper fit dura, immobilis densaq; ue, & per calorem redit in propriam naturam. s. fit mobilis, tenuis, humidaque. Nec quomodo calor educat formam lapidis sciuit. Quod nec dicere potest, in prima enim disp. dixit frigidum natura esse marmor, cuius forma si sit à calore, calidum ipsum sit oportet.

Ad aliam inquit, ꝙ aqua seruatur motu, qui tamen non est tantùm calidorum proprius, sed frigidorum etiam; & in calidis est causa caloris, in frigidis verò frigoris. Mar.

Nos autem motũ caloris operationem esse alibi diffusè probauimus, at nunc solo sensu contenti id ostendimus. Videmus enim, ꝙ quæcunque calor exuperat, ea tenuia, & mobilia facit; quæ autem frigus, dura, & immobilia; & quoniam aquæ marinæ, & fluuiales mouentur semper, & labuntur, sicut aer, & ignis, calidæ sint oportet: priuatæ enim motu, putrescunt. Et summum item frigus eas gelat, & immobiles facit: igitur in his calor est causa motus, quomodolibet se habeat in cæteris, estq; causa tenuitatis; ideò in his concluditur, ꝙ sint calidæ. Neque enim calor Th.

corrumpens terram, & aquas seruans, tuensq; à frigore illam corrumpente, non sit naturalis aquæ; nec frigus aquam corrumpens sit aqueũ, & inuertens in terram non sit terreum. Et si non summè nunc frigidam fateantur conuicti, calidam natiuo calore dicant oportet. Ipsi enim admixtione contrarij remissionem contrarij fieri docent; si igitur aqua nõ sit summè frigida, nam si sic esset, esset semper glaciata, igitur admixtum calorem habeat est opus. Et quoniam semper fuit in tali dispositione.s. sic liquida, & sic mobilis, igitur talis est ratione caloris natiui; qui semper eam sic esse statuit, & seruauit. Accidentalis enim citò abest. Et alibi diximus, ꝙ per accidens motus est frigoris causa.

Mar. Ad aliam ait, albedo non est propria caloris tantùm, quia nix, aer, & aqua sunt alba, & frigida. Et hoc principium tibi etiã impugnaret, quod supra negasti, aerem esse calidum. Nec tenuitas est propria caloris, vt patet etiam de aere.

Th. Ignem, & solem album esse de mente quoq; Arist. loquentes de cœlo probauimus, & Peripatetici omnes (prout testati sumus) albedinẽ à luce solis, ignisve fieri summè contendant, eam etiã, quæ est in niue, & aqua, sicut dixit Alb. in meteoris. qui etiam in 2. de an. & in 3. met. albedinem, quæ est in nostris entibus ab igne, vel sole fieri docet adurendi tamen vi elapsa. Tel. in lib. de color: optimè id probat, & Plato flammulam ignis vocat. Quòd autem tenuitas sit caloris propria, supra ostensum est de mente Arist. & Auer. cui raritas sequitur calorem, tenuitas autem raritas est, nihil fortassis ab illa differens. At ipse sensus docet, quę calida benè, pureq; sunt, alba esse, & quæ calor corripit, attenuari omnia. Quapropter si in summo sit frigida aqua, iuxtà eorum sententiã summè densa sit oportet. Densitas enim frigus consequitur sensus, & Peripateticorum testimonio. Nec negauit Tel. aerem vnquam esse calidum, vt dicit, sed esse summè calidum, ꝙ sit primum elementum benè reprobat. Et tenuitas aeris est propria caloris in via nostra, non frigoris, sicut etiam Arist. sentit.

Mar. Ad aliam inquit. Dico, ꝙ Arist. non videtur aquarum vni uersi atem esse calidam, sed frigidam, benè hoc ipsi videtur, ꝙ nisi moueatur corrumpitur, vel ex calido è terra eiecto, vel ex frigido, vt quia potest congelari, vel putrefieri, vt patet in locis aquosis non mobilibus.

Th. Nos autem plura Arist. dicta, quòd mare sit calidum, & Auer. adduximus supra. Et post hæc quę dicit in problematibus; nunc autem addimus, quòd in sec. 26. quęst. 59. Calidius, inquit, est mare per hyemem, quàm per ęstatem. Et in sec. de mari, & de aquis calidis infinities dicit, illud esse pingue, calidum, siccum, & alias ei attribuit caloris conditiones. Et quòd omnis aqua sit calida etiam dictum est ante. Verùm si motu priuatam aquam putrescere dicit Marta, & Arist. omnesq; Perip. nullum dubium esse debet, quòd sit calida. Siue à calore, siue à fri-

De mare, & aquæ calore.

gore

gore id fiat. Nam si frigus indurat, & congelat, patet quòd à sui natura illam remouet, ergo à calore. Sin calor externus eam corrumpit, non minus calidam esse ipsam oportet. Nam in 4 met. tex. 6. inquit Arist. putrefactio est caloris naturalis corruptio eius, quod putrescit, ab alieno calore facta, hic autem est in ambiente. Quapropter si putrefit aqua, ideò est, quia proprio priuatur calore, ergò est naturaliter calida. Et in 8. tex. inquit. Et non habet calor extraneus in hyeme putrefacere, quia frigus tempore hyemis habet posse magnum super aquam, & aerem, quę ambiunt corpora corruptioni subdita. Quapropter externus calor non potest internum educere. Et in tex. 11. quod mouetur, ait, & fluit, minùs putrescit, quàm non fluens, seu motum; debilior enim fit motus, qui ab ea, quæ in aere, caliditate, quàm qui in repræexistit, quare nihil facit permutari. Et ideò, inquit, causa est, quare multum minùs putrescit, quia in maiori amplius est calor, & non potest ab externo educi, in minori verò imbecillis. Propter quòd mare secundùm partem diuisum citò putrescit. Vbi rectè Arist. corruptionem fieri per eductionem caloris natiui docet ab externo factam, & aquas, quęq; mouentur magis, minùs putrescere dicit, quia roboratur eorũ calor, & vim adimit externo; sicq; in hyeme quia externus est imbecillis minus putrescere insinuat; & totũ quia maiorem continet naturalem, non citò vincibilem calorem, quare partem maris putrescere dicit magis, quià citiùs calor natiuus educitur. Ecce ergò quòd calorem natiuum, non accidentalẽ attribuit mari; nam caloris natiui corruptio est putrefactio, non autem accidẽtalis; & quòd aquas fluentes minùs corrumpi dicit, & quandoque eis attribuit corruptionem, ergò & attribuit his calorem natiuum. At igitur quoniã aquæ fluentes minùs putrent, quàm stagnantes, vt Peripatetici omnes consentiunt sensu moniti, hoc est, quia calor eorum intrinsecus, & naturalis nõ oblęditur ab externo, sed fortificatur motu, prout declarat Alb. inuitus, & Aphr. Nec alij aliam causam vllam reddent vsquàm, quare videlicet fluentes putreant minùs, quàm stagnantes, quę calidam aquã non declaret. Et quando à quouis robusto calore aqua imminuitur, sed non corrumpitur, stagnantium aquarum putredo, sicut & aeris inclusi impotentis moueri, immobilitati attribuatur, & calida ponatur aqua est necesse. Nam operatio rei nunquàm rei formam relinquit, & naturam, seruatq; enim illam semper; & si aqua motu gaudeat, calida erit necessariò: motus enim caloris est opus, quin Peripateticis, & Arist. hic in aquis calorem generat. Ampliùs in 4. met. tex. 39. vult Arist. ꝙ quæ frigore congelantur, coagulentur ipso, calorem exprimente; & cum liquantur, liquentur à calore subeunte. Igitur cum aqua sit semper liquida, semper est calida, & cum congelatur calorem deperdit, & quia naturale eius est esse liquidam, naturalis erit ei calor liquefaciens, seruansque in liquore aquam.

Th.

Necessa conclusio quòd aqua sit calida.

Ratio inuicta.

Hęc adducit ex Telesio Marta, nec benè intelligit, nã transcriptio sua errores continet. At videamus, quid ad hęc dicat, & examinemus. Th.

Hoc principio innititur (inquit) quod à nobis reiectum est, facta .s. agentium sumere naturam. Nos contra probauimus etiam materiam concurrere ad factionem rerum. Mar.

At nos rectè supra illud demonstrauimus. Nec se iactet improbasse: etenim quod dixit materiam esse quiditatis partem non tamen probans, & ideo vapores esse frigidos, nil aliud adducens, ritè satè contra Arist. suum esse ostendimus, & ipsum Peripat. dictum in hoc non intelligere, & directè illis aduersari sensum hominis. At hoc nulli non persuadeat, ꝙ Arist. in de gen. an. in lib. de an. in metaph. infinities omne agẽs docet, sibi simile efficere, & ideò agere, vt sibi passum assimilet. Sed quoniam inscius quid vltra dicat, nec rationes vllas adducere valens aquam, esse elementum ex dictis Theologorum confirmare credit, videamus quantum persuadeat sermo illius. Th.

In genesi, ait, dicitur: spiritus domini ferebatur super aquas, ecce in creatione nominatur elementum aquæ, cur non aer me remitto ad Alb. Item omnes doctores in 4. sen. dicunt mare in die iuditij debere amittere salsedinem, quam accepit à terra, & purum remansurum. Et concilia docent nos elemento aquæ baptizari, & loca infinita sunt scripturæ elementum aquæ vocitantia, nec valet deserere veritatem propter delirare cum calabro. Et adducit ꝙ mare non circundat terram necessitate finis ne animalia pereant. Nam dicit in Herem. 5. me ergò non timebitis, qui posui arenam terminum mari. Mar.

Nos autem dicimus, ꝙ Telesij doctrina in nullis à Moyse discordat. Ipse siquidem Moyses duo prima corpora, & contraria principia ponit; in principio, inquiens, creauit Deus cęlum, & terram. Vbi sanè prima corpora effecta fuisse à Deo primò pronuntiat, cęlum nimirùm distinguens contra terram. Semper enim de virtute sermonis quandò contrarium alterum nominatur, nominatur & reliquum in naturalibus: dato enim vno contrario in natura, & alterum, ait Arist. dari est necesse? Cętera verò tanquàm ex his deinde secundò producta insinuat, minimè cum primis nominans distinctè, sed confusè in eis intelliguntur; ex his enim originem ducunt. Vnde dicẽs Moyses, creauit Deus cęlum, & terram. i. totum mundum intelligit; nam partes primas, & principia aliorum, quibus secunda commixta latebant, creasse sonat. Itaq; secundariò aquas plantas, homines, lucem aliaq; veluti ex his constantia effecta docet, & tanquam perfectiones, & ornamenta principiorum, in quibus informiter latebant hæc: quare inquit concludens; igitur perfecti sunt cœli & terra, & omnis ornatus eorũ, idest principia informia, & ea quæ ex his sequuntur, veluti ornamenta eorum. Et hoc quidem rursus manifestum fit, ꝙ dicit creasse cęlum, & terrã Deum, quasi ipsa nulla supposita ma- Th. Moyses cęlũ, & terram statuit prima corpora tãtũ. 2. cæl. tex. 18.

ta materia proprio opere produxisset absque iussu, sed propria quasi natura; proprium enim summi opificis est seipsum communicare in effectibus maximis, licet non absque concursu voluntatis. Cætera verò iussisse, vt fiant, dicit Moyses quasi potuissent fieri, quia præexistebat moles terræ, & cœli, vnde fiant. Fiat, inquit Deus, lux videlicet congregentur partes cœli subtilissimę, & densentur, vt calor collectus possit seipsum diffundere, & fiat lux, apparentia nimirùm eius, reflexioq; excalcatis partibus luminarium: & quia noster modus cognoscendi est prius lucem videre, postea luminare, dicit q̄ facta fuerit lux, & postea luminaria: & forsan quia lux opus erat ad procreãdum; & sic de cęteris per imperium ex præsupposita materia docet esse facta, vt insinuet esse corpora secunda, & omnem factionem Dei post creationem cęli, & terræ vocat generationes cœli, & terræ: istæ sunt, inquiens, generationes cœli, & terræ, quando creatæ sunt, in die qua fecit Dominus cœlum, & terram. Quasi dicat, q̄ Deus, hæc fecerit, ex his omnia, & indiderit his, cœlo, & terræ modum generãdi, imitantibus generationes, quas ex eis exegit Deus. Et cum dicit, spiritus domini ferebatur super aquas Marf. fic. sup. 2. Enead. Plot. lib. 3. cap. 5. per spiritum calorem, qui ad Dei modum omnia generat, & omnia viuificat; vnde inquit. Anima mundi non iungitur cęlo, sed spirat cęlum. Quod dixt quia Deus non est forma mundi coniuncta, vt dicunt sentire Varronem, sed creat, & elicit in actum sua admirabili potentia, & suo calore cunctis infuso dat animam: ideò non ex propria substantia, & vt dicunt, vniuoca, hęc gignit, sed externa substantia caloris: vndè Galenus in 17. de vs. par. inquit animam solis, & mundi cuncta creare, vsam opera lucis calidę. & ideò iungit Ficinus, sed spirat, & parit cœlum. Cum sit maximè viuens spirat vitalem flatum, ac sensualem, non qui necessariò sentiatur ab aliis, sed quo ipse viuificat, & sentiat alia. Flatus hic penetrans vniuersa, omnibus est infusus imitans animam penetrantem. Vnde Virg. spiritus intùs alit. &c. imitatur animam continentem dum, velut oleum omnibus supernatat, hic spiritus Domini ferebatur super aquas, vel incumbebat aquis fouens materias frigidas, quæ ipso vitaliter, quamuis occulto, calent, atque hinc calefaciendi vim sortiuntur occultàm. Et mirabilia subiungit Ficinus de hoc spiritu. Quapropter videtur, quòd calore nobilissima natura omnia ex principijs creauerit, & hanc naturam ponit in cœlo. Et hunc calorem cuncta generantem, & viuificantem Arist. in sole posuit, & toto cœlo, in secundo de gen. an. cap. 3. Et de hoc spiritu omnia informante forsan ait Dauid. Emitte spiritum tuum, & creabuntur, omnia enim ipso calore generantur, & renouabis faciem terræ, eo quòd animalia, & plantæ orientur; sed si auferas, inquit, spiritum eorum deficient, & turbabuntur. Aqua ergo ipsa quoque calida est Ficino per hanc spiritum, suscepitque vim producendi. Et ideò inquit postea

Quidē spūs portatus sup aquas ex Fic. & Plot.

Ex Gal.

6. Aen.

Idem sentit D. Aug. in li. imper. super gen. ad litt.

stea Moyses. Producant aquæ reptile animæ viuentis. At aquæ si natura fuissent frigidæ non possent producere animalia, nec terra germinaret herbam virentem, vt ibi dicitur, nisi calor oppugnaret, spiritusque calidus informaret semiuiuam molem. Nam quæ fiunt manifestè pisces, & plantæ calidi sunt, vt dictum est. Et addimus, quòd Theophrastus inquit in libro primo de historia plantarum, capitulo tertio: Omnes plantæ humorem, caloremque sibi insitum quendam habent, quæ cum deficere incepere, senecta, diminutioque consequitur. A calore ergò vim producendi habet aqua, & calor terram concinnat in materiam entium, ipsaque producit, quia materiam prestat, & spiritus in ea inclusus ab sole gignit. Et hinc appareat, quòd generatio non fit per commixtionem, sicut Peripatet. arbitrantur, sed per eductionem factam à calore se ipsum generante. Moyses enim inquit, producant aquæ reptilia, & terra herbam virentem, non autem commisceantur elementa, & formentur mixta ex contrarijs: & sic fiat nunc oportet generatio, nam primi Opificis causæ genitrices modo imitantur, & Dei viuifica calore hæc exordium accepisse certum est, & inde modum eundem generandi seruasse. At ad aquam redeuntes dicimus illam secundum esse corpus, cum secundis enim enumeratur ibi, manifestum esse, ipsumq; nimirùm mare. Nam dicitur Deus congregasse aquas in locum vnum, & appellasse illas maria. Signum ergò est, quòd terra omnia continebat dispersa in immensitate suæ crassæ molis, & ideò non apparebat arida; etenim commixtæ erant partes crassiores cùm tenuioribus, quæ factæ sunt aquæ; at summus opifex sequestrauit à terra subtiles partes in locum vnum, quas appellauit maria, vt ibi fiant aquatilia propter ornamentum vniuersi; & indè apparuit arida, siccaque reliqua portio; Et sic intelligitur, circundedi mare terminis meis, vt significaret ibi consultò positum fuisse propter piscium generationem, & sui conseruationem, nè terra aquas in se inuertat. Sic nec timendum est, ne aqua cooperiat nos: nam posui, ait Dominus, terminum arenam mari: non quòd mare de sui natura debeat operire terram ex hoc sequitur, sicut Peripatet. putant; nam in sacris litteris multoties dicitur potuisse terminum montibus. Terminum, ait Dauid, posuisti montibus, quem non transgredientur, nec conuertentur operire terram: & tamen montes de sui natura non debent terram circundare: & pluries dicitur, nè timeamus an cœlum ruat. Itaque sicut dicitur de aliis secundis corporibus, quòd sit positus illis terminus, sic dicitur de aquis. Ideò ex hoc non concluditur esse primum corpus. Et cum dicitur, quòd spiritus ferebatur super aquas, multorum Theologorum expositio est, super materiam primam; materia autem omnium consensu est terra, etiam aquarum, ex qua nimirum ipsa, & omnia fiunt ab agente Sole. Aqua.n. terra fusa est sensui, vt dicemus. Et aquam ergò esse corpus primum Moyse

innuis

ſpiritũm ingenerandum, opus quoque eſt diuturno calore blando, diuerſificatoque; ſi ſoli commiſiſſet, & terræ horum generationes Deus, aliorum, quæ minus, & alio calore opus habent prohibuiſſet, & tempora anni deuaſtaſſet; vteris commiſit fœminarum adhoc aptis. Aquæ verò non ſunt de horum numero, ſed à ſole oppugnata terra promptè fiũt, & Deus illas fecit poſt principia, docens illa, vt conficiant iuxtà actionis primæ modum aquas, & alia entia. Quæ licet ſol non intelligat, ſed ſui amplificationem, tamen Deus ſapiens artifex intendit, qui nec naturas principiorum violentans, ſed ſuis alterum diuerſis motibus, alterum quiete ſeruans, dum ſe oppugnant, & non in eadem parte, hæc fieri ab eis inſtituit, ipſis volentibus, ſeq; diffundere conantibus. His quidem ergò ſolis, ſe ipſa, & alia generandi terræ nimirum, & cęlo, facultates concreauit; quia ſtatuit rerum principia; aquis verò nullas, nec ſe, nec alia; niſi calor ſolis ex eis quid conficiat, ipſaſq; gignat. Idem de aquis dicendum eſt, ſi in fine ſæculi remanebunt, poteſt enim hæc Deus facere. At hoc non eſt ab Eccleſia abſolutè, ipſoq; Euangelio, vel Moyſe, prophetiſq; prolatum, ſed à Theologis in via Peripatetica eruditis: qui præſupponentes aquas eſſe primum elemẽtum, & adulteratum ſolis calore, in nouiſſimo purificandum putant. Verùm antiquæ litteræ ſacræ, & recentiores de cęlo, & terra mentionem faciunt, deq; eorum ſtabilitate, dum de principijs fit mentio, nec forſan de altero modò abſq; altero; nunquàm verò de tribus aliis, quæ putãt elementa, de quibus oportere magis videtur, ſi nobiliora ſunt terrà, veluti Peripateticis apparet. Vnde ait ſeruator noſter, cœlum, & terra tranſibunt, tantùm, hoc eſt (vt aiunt) quoad accidentia, & effectus; ideò tranſibunt animalia, plantæ, lapides, & aquæ (niſi fortaſſe remaneant, vt cæli partes) nam ſolis, & terræ effectus eſſe in 12. cap. ſubtiliter Teleſius oſtendit. Eccleſiaſtes item dicit generatio præterit, & generatio aduenit, terra autem in ęternum ſtat. Quòd ideò dicit, quòd ſol è terra ſemper generat entia ſecunda, ipſaq; immutat in diuerſis partibus poſitus propter motum ſuum. Oritur enim ſol, ait, & occidit, & ad locum ſuum reuertitur, ibiq; renaſcens gyrat per meridiem, & flectitur ad aquilonem: luſtrans vniuerſa in circuitu pergit ſpiritus, & in circulos ſuos reuertitur. Vbi ſpiritum viuificum cum ipſo ſole procedentem, & cuncta generantem fatetur. Licet autem fiant generationes continuò ſic à ſole circumlato, terra tamen, cum hæc præterierint, in æternum ſtat, in die itaq; inditij non deletur. At aquas generationis eſſe principium quis dixit vnquàm, & in æternũ remanſuras: ſed vt è terra primò ſunt factæ. Et in ſacris litteris de terra, & cœlo fit mẽtio tantùm, vbi de principiis fit ſermo: de mari nunquàm, niſi de ſecundis entibus fit ſermo; de aere, & igne nunquàm, nam cùm cęlo intelliguntur. Et ſi concilia ſacra, dum præcipiunt nos aqua baptizari, appellant ipſam elementum, ſequuntur modum famoſum loquẽdi

Ap. 21. cœlũ, & terrã innouari, ſed mare nõ futurũ habetur.

huius temporis, non autem præcipiunt credendam esse elementum, de fide Christiana. At si in baptismate fit regeneratio, cùm generatio non fiat absque calore omnium consensu, dignum est, vt aqua sit calida. Dixit enim præterea Ioannes. Ille vos baptizabit Spiritu sancto, & igni; & quia Spiritus sanctus igneus est dictus in scripturis, & vim generandi infudit aquis, dignũ est, vt sint calidæ naturaliter. Probabile sanè est, cùm Deus tam apud Philosophos, prçcipuè stoicos (de quorum numero est Cicero, qui in 2. de nat. deorum aquas natura calidas ex effusione, liquiditate, & calore, quem agitatione sumit, & tepore maris, & quia frigore corrumpuntur demonstrat abundè, & cęlum esse igneum docet Cleanthis testimonio, & visu, ac tactu, sicut Plato) q̃ apud Theologos Deus igni assimiletur consumenti, & Spiritus sanctus abluens peccata in baptismate in specie ignis nominetur, sicut & Apostolis apparuit, & oẽs operationes eius veluti igne fiant, ꝙ aqua abluens extrinsecè in signum intrinsecæ ablutionis factæ ab igne Spiritus sancti; qui & ipse cooperatur in aquis, sit calida, & viuificatiua, ac fœcunda, generatrixque, non autem frigida, & mortificatiua, sterilisque, veluti est si summè frigida ponatur. Quas ob res sacræ litteræ non sunt magis pro illis, quàm pro nobis, quin directè nobis suffragantur. Et Arist. circa diuina longè errauit, vt fatentur fide coacti, sicut magis in naturalibus, at illud effugiunt. Sed intueamur quid dicat homo ad rationes Telesij, nam forsan si continget nobis, vt spero, Theologicè examinare doctrinam Telesij ex litteris diuinis confirmabimus illum, easq; cum doctrina Platonis, & Telesij exponemus, vt eradamus fictiones Aristot. ex interpretatione sacrę scripturæ.

Cic. ponit aquas calidas.

Th. Mar. At Marta desperans tandem quid dicat aliud ad rationes Telesij adducit quod Telesius reprobauit, nempè fieri aquã maris salsam, & amaram ex commixtione exhalationis siccæ, calidæq; cum pluuijs delapsæ. Quæ exhalatio excrementum est terræ remanens ex combustione solis, velut cinis, & animalis excrementum. Et adducit illorum sentẽtiam, qui ex fundo maris attrahi dicunt exhalationes excrementitias, quæ discurrentes, per aquas salsedine illas inficiunt ascendendo, & relabendo in illis.

Th. Multis sanè homo incusandus est modis, vt iure à philosophantium consortio resecandus censeatur. Primò quidẽ responsum dat, quod Telesius reiectum prorsus ostendit, vt scripsimus, nec tamen obiectionibus eius occurrit. Secundò quidem, quoniam non ad totum rationis ambitum respondet; non siquidem causam reddit, qua crassum, siccumq; sit mare; & fortassis hanc cum data cõtineri arbitratur. Sed cur mare quod decuplo terræ molem iuxta Arist. decreta exuperare debet, longè minoris sit magnitudinis ipsa terra, causam reddit nullam, maximè quidem reddendam illis, at non possibilem, vt videtur omnibus. Arist. enim in 2.

met.

met.cap.1.de profunditate marium sermonem habens, Ego autem, inquit, Siculum, Sardonicum, & Thyrrenicum profundissima omniũ sentio nimirùm. At hęc nullam ferè habent proportionem cũ vastitate terræ. Nam vt refert Telesius diligens huius rei experimentator in libello de mari,& in primo mai.de rerum natura cap.12. maris siculi, quòd omniũ longè profundissimum apparet, vt dixit quoq; Arist.& nigerrimũ, profunditas nostris hominibus, qui plurimis eam in locis quàm diligentissimè mensi sunt, nusquàm octuaginta duos passus excedere cóperta est; at terræ semidiameter, vt Mathematicis probatur, quibus apparet breuissima, duodetriginta millia stadia, quæ tria millia sunt, & quingenta milliaria, excedit. Et nos iuxtà Petri Appiani mensuram, & aliorũ Mathematicorum supputando pro quolibet graduum trecẽtorum septuaginta, qua ponuntur in cęlo, sexaginta milliaria in terra correspondere, inuenimus, tertiam partem circuli diametrum esse supputantes, prout dicunt Mathematici, quatuor millia, & ducẽta esse milliaria è centro terræ ad superficiem: At longè plura dicemus cum Alphraganio, quem quemlibet cœli gradum octuaginta septem milliaria continere in terra, mensurasse dicunt. At, vt refert Plin.in 2.lib.cap.penultimo, hunc terræ vniuersum circuitum Eritosthenes in omnium quidem litterarum subtilitate, & in hac vtique prę ter cęteros solers, quem à cunctis probari, ait, video, cuique non credere erubescimus ob sensatam rationem, quingentorum quinquaginta duorum milliũm stadiorum prodidit. Et in capitulo vltimo Plin. refert, in sepulcro Dionysiodori Cydnij propinquos Epistolam inuenisse nomine Dionysidori ad superos scriptam; vbi scriptum erat peruenisse eum à sepulcro ad infimam terram, esseque eò vsque stadiorum quinquaginta duo millia. Quapropter penè absque comparatione terra exuperat maris molem, quæuis harum opinionum sit vera. Item ipse homo, aduersus quem primò incitatur hic sermo, circuitum terræ ducentorum quinquaginta duorum millium stadiorum esse fatetur; cuius diameter si sit tertia pars, vt ipse quoque vult, erit octuaginta quatuor millia stadiorum, & semidiameter quadraginta duorum millium erit mensura.

Mare longè minus est terra

Mensura maris ex modernis Mat.

Ex Pet. App.

Ex Alphrag.

Ex Eristoth.

Ex Dionysidoro.

Ex aduersario.

Mare autem nullius est quantitatis in eius respectu; nec enim diametrum habet completam, nec super terram eleuatur, sed paucissimis in terræ portionibus continetur nusquàm vel vnum milliare semidiametri terræ occupans.

Item cùm terra multò mari sit crassior, & quæ, si in marinam soluatur aquam, multò ampliorem expandatur in molem, vel ex ea terrę portione mare eductum videri potest, qua terræ dempta, nihil eius imminuta apparet natura.

Rationes verò quibus aqua è terra omnis fit à Telesio sunt capiendæ. Martæ igitur responsio satisfecit nihil. Item aduersus illam insistamus,

Examinātur conditiones maris, vndè p3 nō esse ele men. mus, petentes. Num salsum, amarum, siccum, calidum, crassum, mare, veluti Arist. illud ponit, & tam paruæ molis extitit semper, ipsaq; nimirùm aquæ vniuersitas, vel tale, ac tantum solis actione est factum, quod nimirùm antea fuisset dulce, humidum, summèq; frigidum, ac tenue, &
Ratio maxima, bimēbris decuplo terra grandius, cuiusmodi Aristot. elementum aquæ esse decernit. Si respondeat Arist. vt videtur velle in 2. met. Semper salsum, ca-
Primū membrum examinatur. lidum, siccumque, paruæq; molis extitisse, at elementum non debet esse tale, videtur quidem ipsam naturam corrigere, Deumq; Opt. Max. sapientissimum opificem incusare, cum corpus primum id oportere esse decernat Arist. quòd nunquàm fuit tale, quale esse debet si est corpus primum, quodq; non est factum à Deo primum elementum, nam altero modo, quàm qui elemento competit, condidit illud: quippe quod dulce, humidum, frigidum, & decuplò terra maius esse contendat, quale, quantumq; non fuit vnquàm, nec effectum à natura, ipsoque Deo. Deus itaq; corrigitur, qui nesciuerit mare efficere, sicut efficiendū erat, & sicuti esse est necesse, nè ab altero elemento perdatur. Nam fecit illud minus terra, vt dicit Esdras, & salsum, & amarum, sicut maris nomen significat positum in Genesi. Nec excusatur Deus, quòd ita fecerit, nè terram occupet, & animalia; non siquidem, si illam elementum facere voluisset, modi defuissent sapientissimo vtrunq; saluandi. Vel saltem talem vim dedisset aquis, nè semper extra naturalem sint dispositionem. Ipsa itaque etiam repræhenditur natura, quæ seruauit mare in dispositione, quæ est prę̨ter sui naturam. Et quoniā hoc est impossibile dicere de Deo, & natura; nam nunquàm agunt frustra, & temerè, præsertim in magnis
1. cæl. t. 15. effectibus teste Arist. ergò naturale est mari esse tale, ac tātum; nam di-
2. cæl. tex. 17. cit Arist. in his libris de cęlo non semel. Quod semper est tale, præter naturam non est, sed naturale; nam, quod præter naturam est, semper esse nequit; itaq; secundùm naturam huiusmodi sunt aquæ, & non ob rationes Arist. sed quia Deus sic statuit, & omnibus propriam largitus est naturam. Sin maximè frigidum fuit semper, & humidum summè, &
Examinatur secundum, terra decuplum fuisse ab initio statuat, vt competit elemento; at calidū, ac crassum, & salsum esse factum, ꝙ tenuioribus, & dulcioribus sui partibus spoliatum sit, & in terræ, decuplò minorem redactum esse in molem à sole, quia in vapores soluitur, & sicut feruens aqua, diminuitur, aliam enim diminutionis causam fingent nunquàm; sic inquiens Ari-
Arist. stoteles, & sibi, & naturæ contrarius est. Etenim 2. met. cap. 3. bis quidē, inquit, qui semel generant mare, & totaliter ipsum generant, sicut sunt qui mundum faciunt de nouo, impossibile est salsum facere, causam nimirùm salsedinis illius assignare. Si enim omnis humidi, quod circa terram erat, eleuati à sole residuum factum est mare, vel scilicet, quia residuum est eorum, qui à sole eleuantur, vaporum veluti excrementum, sicq; inexistit tantus sapor propter immixtam quandam terram, vel exha-

lationem terrenam in multa aqua dulci, quæve dulcis antè fuisset, nihilominus (ait Arist.) cum aduenerit iterùm aqua, quæ euaporauit, necesse est, cum æqualis sit multitudo, primum quoq; nihilominus salsum fuisse; & si non primum salsum fuit, non etiam post salsum fuisse factum defendi potest, postquam ea restituta, salsum est tamen. Quasobres eleganter probat Aristoteles eos, qui mare generant, non ponentes æternum, quales sumus nos Christiani, salsedinis maris, & eius paruitatis, non posse rationem reddere ex eleuatione solis, & commixtione terræ; cùm totidem descendant. Et si ipse Arist. ante fuisse magnum, ac dulce dicat, nunc autem paruum, & salsum solis actione, non potest reddere causam; hæc enim sua ratio allata conuincit ipsum, & quemlibet, nec Auer. huic rationi acquiescit. At si hoc dicere tenetur Arist. vt ratio nostra cogit, quoniam primum dicere eum non posse demonstratum est, sibi, propriæq; rationi, & naturali est contrarius. Item naturæ aduersatur hęc ratio scioli, ipsiusq; Arist. Nam aqua nulla, præsertim pura, à calore salsa, crassaq; redditur; similaris etenim est, & tenuis vniuersa, & exiguum quid à vaporum natura est diuersa, quia spissata est magis, vbi itaque plusculum quid attenuatur, quod à quouis patitur calore, in vapores soluitur vniuersa, nulla sui portione calorem, à quo salsa fiat, morata. Et id docet Arist. in 2. de gen. an. cap. 2. nullam videlicet aquam calore crassere, itaque nec salsescere, & in 4. met. nullam condensari à calore aquam voluit, nisi sit terræ admixta, & ratione quidem, vt nos probauimus. Nec exemplum de excrementis ciborum, & lignis combustis, quicquam ostendit. Nam dissimilaria, cuiusmodi ea sunt, & crassa, tantùm calore salsescunt, accrassescunt, vt etiam testis fuit Arist. namque partibus tenuioribus non resistentibus elabentibus propter calorē fortem, & diuturnum, partes remanentes, veluti combustæ, crassitudinem, & salsedinem præseferunt. At aquæ vniuersitas, quam omnium, tenuissimam, & purissimam esse oportet æquè simul, nequaquàm cum sit ęquè similaris, id pati queat est possibile: præsertim cum partes ablatæ ei restituantur per flumina, & pluuias, quin plures, vt alij sentiunt; nam terra quoque in aquas vertitur, & vapores: nec secus Arist. fatetur. Vndè potius mirari liceat, cur tot assiduè adiectis dulcibus aquis, & tenuibus nō vniuersum dulce fiat, & tenue, & maiorem augeatur in molem. Nec iterùm mixtione exhalationis siccæ, calidæq; cum pluuijs delatæ, vt Arist. ait, vel impotentis superaquas descendere, vt dicit Alb. & Mar. nam pręterquàm de magnitudine nulla redditur ratio, longè abest exhalatio quàm id facere, vt queat. Longè enim tenuiores, & longè leuiores aquis sunt exhalationes, vt illis crassescere, & salsescere nequeant aquæ: nec enim additis aquis crassescunt, ergò nec additis exhalationibus, quæ nimirùm sunt tenuiores. Præterea enim nec labitur deorsum ex se exhalatio, natura sursum tendens, sed cum pluuiis defertur, itaque pluuiæ sal-

Th.

Mare nō pōt salsum fieri priuatione dulcis aquæ. 1. Ratio.

Tex. 39.

2

3

Mare nō posse exhalationib' fieri salsum, & crassum. 1. Ratio.

2

sæ appareant est opus, præsertim quoniam in summa siccitate, & calore adhuc existentibus exhalationibus commiscentur pluuiç. At pluuiç oẽs, ipsęq; australes, & autunnales, quibus Aristoteli plurima exhalatio in meteoris, & in problematibus, & Theophrasto de plantis scribenti, dulces apparent, nec tanta donatæ, quin nec vlla salsedine, amaritudineque, quę tantam aquarum molem inficere queat. Et profectò si sic esset, ma-
3 gis infeci possent lacus, magisque, qui à pluuiis fiunt, vasti lacus deberẽt esse salsi, amariq; in principio præsertim; vel magis illi lacus, in quos, & pluuiæ descendunt, & sol assiduò agit. At Alb. cum aliis videtur dicere,
Resp. Alber. & aliorum. solem magis in maritimas agere aquas, quàm in lacus, propter immensitatem illarum, in quibus sanè radij in immensum multiplicantur. Ve-
Confutatio. Ratio 1. rùm parùm inspexisse videtur. Etenim proportionaliter idem sol agit in lacum dulcem, & in mare; nam paruitati, vel potiùs paucitati radiorum æquiualet paruitas aquæ lacunalis, & magnitudo marinę. Quinimò in perspicuo corpore paruo sol adunatur magis, magisq; intenditur lux, vel si sensum negent, non negandum quidem, non effugient ꝙ sol eodẽ modo multiplicat se in aquis, & si ad tãtam aquam tot radij sufficiunt in mari ad salsedinem inducendam, tot, inquam, quot totam aquam permeant, tot oportet sufficiant ad tantam lacunalem salsefaciendam, quot
2 ipsam permeant. Ad quòd rursus accedit quòd aquæ maris continuò mouentur, & fluunt, motus autem reddit illas tenues, & in sui naturã, vt dicit in probl. efficitque, nè easdem continuò aspiciat in eodem situ, &
3 propinquitate; Itidem nec totum mare sol aspicit, sed modò alteram, aliam modo portionem; at sunt lacus, quos semper aspicit sol per totum diem, & iuxtà zonam torridam hi repetiuntur, qui nunquàm salsescunt. Quas ob res non antea fuit alio modo mare, nec à sole denuò factum est tale, sed ab æterno fuit salsum, ac tantum, vt Arist. in allegatis dicere videbatur, naturaliter igitur salsum esse oportet, tantæq; molis.
4 Siquidem sol hoc aquæ elementum penitus immutauit in qualitatibus, & quantitate; cùm solis non sint diminutæ vires, & perpetuò agat, totum igitur ipsum perdat est opus: nam si in tanto tempore tantum de qualitate, & quantitate eius diminuit in pręterito, nulli dubium erit, quòd in futuro, cùm pręsertim mundus sit perpetuus illi, agens, ipsum paulatim diminuet, vt remaneat nihil. Ipse enim in primo physic. contrà Anax. & alios philosophos antiquos sumit, quòd quodlibet corpus, dummodò non sit infinitum, per abstractionem, & diminutionem continuam in nihilum reducitur suæ naturæ. Id igitur efficiet sol, & eò magis, quò sol magis, & fortiùs agere potest in ipsum iam immutatum, & ad corruptionem dispositum; magis enim calor agit intepidam, quàm frigidam aquam; & vno elemento corrupto corrumpitur totus mundus dicunt Peripatetici omnes. Itaque periculum imminet Aristoteli pręducanti mundi æternitatem, ne mundus ipse corruat iuxtà

ita-

traditam doctrinam in primo met. cap. 3. prætereà enim si solis calor aquę elementum, quod summè est frigidum Aristoteli immutauit, diminuitque, & quod summè humidum itidem est, resistens igneę siccitati, nec in vllo ignem compatiens, multò fortasse magis, & promptiùs immutetur oportet terra, quæ non est summè frigida Aristoteli, vt aqua, vt eorum dicunt quidam, quęq; sicca est, siccitas autem stat cum calore in igne, & cum ignis siccitate. Item enim in habentibus symbolum facilis est transitus, itaq; facilius omnibus viis sol in ignem conuertet terrã. Quod ne eueniat Aristoteli, calidum mare, salsumq; naturaliter, & terra minùs in quantitate, & actione, fit est opus, igitur, & secundum corpus à sole continuò effectum. Et hoc nulli non persuadeat quod elementum seipsum generat, & multiplicat, ignis videlicet ignem in specie sua, at aquam aquam generasse vidit nemo. Et hic sileant, cùm deprehendant, quodcunque pro Arist. sumatur, diuinę sapientię, naturę, & sibi ipsis contrarium.

5

6

Propria snia de mari.

Nostra igitur sententia sit vera, qua mare secundum ponimus corpus secundis qualitatibus donatum, salsedine nimiùm, remisso calore, & media quantitate; nec sui generatiuum, sed à sole, sicut de cęteris aquis dicendum omnes asserunt. Itaq; salsedinis causam propriam natiuitatem afferamus. Sicut enim varij sunt homines ex natiuitate, & varij liquores, sic aquę varię diuersęq. Igitur alię grossę, & in lapides concrescẽtes; alię sulfureę; alię ergò salsę. Nam & flumina salsa sunt multa. Salsedinis autẽ causa est origo eius. Quippe quod oritur in imis terrę partibus à retento calore è terra combusta, liquefactaq;. Vnde sanè partes subtiles non eleuantur, quę fiunt aqua dulcis, sed aliis grossis cõmiscentur, & amaris ex combustione, itaq; & grossa aqua fit, salsusq; liquor. Sal quidem, sicut lapides fit è terra fusa, sic aqua maris materia salis est, seipsam cõtinens calore suo, sicut de flumine lapefaciente supra dicebamus. Quòd terra alterum sit elementorũ summè cęlo oppositum in 1. disput. declarauimus; quòdq; eius forma sit frigus, indè sese effundens, quomodoq; ad generationem concurrat extrinsecè, si à materia propria deturbatur, exq; ea conficiuntur entia secunda. Nunc quid Arist. pro se dicat, videamus. Et quid calunniator afferat ex dictis Telesij aduersus Aristo. & quo respondeat pacto.

De Terra.

Marta itaq;, multis de terra dictis, quę non sunt ad nos, adducit tandẽ nonnullas Telesij rationes, quibus terrã cęlo, ipsi nimirùm igni summè contrariam esse ostenditur. At Telesius, igitur, in eo cap. 43. quod citat Marta, haudquaquam intendebat probare cœlo, ipsique igni terram summè contrariam esse, sicut putat homo incapax sermonis, sed respondebat ad id, quòd Aristot. dicebat primo cœli, Terram scilicet moueri deorsum, & vnumquodq; elementum motu ferri recto modò; at cœlum circulari, quò videatur diuersam esse natura ab inferioribus, quintumq;

Resp. Tel. ad Arist.

tunque corpus. Etenim (inquit Telesius) ignis motus, sicut cęli, circularis est, non igitur quintum est corpus cęlum, sed igneum. At ignis motum circularem esse satis, superque, & optimè in disp. 3. ratiocinati sumus. At inquit Tel. reprobans illud, quòd simplex omne moueatur, etenim terra immobilis est nobis, & ideò igni penitùs contraria; summopere Aristotelem incusare licet, qui penitùs immobilem intuitus terrā, multisq; rationibus declarans, visa semper immobili, quieteq; gaudere, motuq; corrumpi, & naturam ponens in 2. phys. & motus principium in mobilibus, quietisq; in immobilibus, & terram immotam naturaliter alibi demonstrans, & frigori quietem esse propriam prædicans, quo nimirùm principio ipsa terra est constituta, veluti posthabito sensu, terram moueri, ac singulis corporibus motum tribuit primo cęli tex. 5. friuola vsus ratione, sibique contraria; Quòd nimirum Natura, assumens, in omnibus principium modò sit motus. Hæc, & alia multa dicit Telesius, quæ in disp. de cęlo exposuimus. Nec conteramus tempus in his, quæ Marta dicit, sunt enim ibi, & in disp. vltima benè impugnata. Sed ꝙ terra cęlo sit summè contraria, vide, quæ vbi dicuntur, & in 2. mai. de terrę quiete cap. 8. & in 3. cap. 16. & 37. & 2. min. cap. 17. Telesius insuper in 2. min. cap. 44. respondens ad id, quod peripatetici dicunt moueri terram, quia partes mouentur deorsum, & ad idem fertur totum, & pars, dicit Aris. inquit post multa declarata in cap. 44. & seq. Propterea fortè partes terrę deorsum mouentur, quòd summè immobiles cùm sint natura, & nulli firmo, solidoq; substinere sequeant, nè moueantur, aliò, vbi id reperiant immobile, decidunt. Nam veluti facultas se substinendi sursum mobilitatis est inditium, & principium; vt in vaporibus eleuatis; & se in sublime commorari potentibus experimur; sic impotentia se se substinendi in sublime, immobilitatis inditiū, principiumq; est. Quare si mobile videtur, quod substinere, mouereq; sequeat, nequaq̃. quod non se substinere valet, nec in aere moueri, sed decidit, sit mobile, sed immobile: quod quidem enim immobile est, nec se mouere, nec se substinere etiam queat. Huiusmodi siquidem substentatio motus quidam est, motusve principium. Igitur terræ partes non spontè sua delabuntur deorsum, si vi sursum attollātur, nec operari, cuiusmodi est motus, sed decidere omninò, patiq; quodammodo dicuntur: idq; à crassitie materiæ habere videantur, vt alibi narrauimus: & si quando propter frigus cadunt, non inquantùm huiusmodi delapsus ab eo efficitur; nam quantumuis sæuiat frigus in aere, nunquàm aer delabitur; sed inquantum constringente frigore crassescit materia, sicut in aquis delabentibus patet; quæ, dum fuerunt expansæ in vapores, non cecidere, sed postq̃ densatæ sunt in aquas. Et profectò si frigus esset robustissimum, quoniā proprium eius est in sublime substinere, dum in centrum cogit omnes partes, prout in 3. disp. diximus, sicut totam sistit terram, sisteret & terrę partes

Ratio Tel. ad id, quo ꝓbāt terrā moueri

Motus deorsum est casus terræ, nō operatio ei' formę, sed materiæ passio si mal.

partes in aere. At quoniam hæ à calore sunt adulteratæ superficiales ter ræ portiones, nec terra sunt pura, carent enim maximo frigore; itaq; in sublime eas non substinet frigus, nec calor insidens eas commouit veluti vapores, quoniam impares sunt propriæ vires crassitudini ipsius materiæ; consequens est, vt decidant contrà ingenium formæ suæ, contraq; frigus, si ibi adsit, & calorem sit adsit ipse. Attribuitur, enim hic delapsus materiæ. Ipsa enim eam habet naturam, ingeniumque, quo suscipiat formas, & iuxtà modum earum permaneat, & quoniam formarum nulla ipsam bene exuperauit, & ipsam vim se substinendi non habet, omnis enim virtus eius est à naturis agentibus; consequens est, vt decidat eò, vbi fulcimentum extraneum reperiat, non autem quia cognatus sit ille locus simpliciter; siquidem cognatus aquæ locus mare, vel ipsa terræ superficies esse deberet, at si deorsum moueatur, & in superficie terre, vel iuxtà aquas non reperiat substinens extraneum, sed foramen, quod terminetur in centro terræ, vtique per illud ad centrum tenderet; quod tamen non est aquæ locus his, qui loca elementorum statuunt; itaque & talis motus non assignabitur naturæ aquæ tendenti ad suum locum; consequens est, vt semper assignetur crassitiei materiali non exuperatæ, nec de se potenti se substinere, nec ab agentibus, quæ sunt ibi diminuta, & impotentia. & flammæ in crassis accensæ materiebus, in quibus nullum potest esse frigus, cognatioque cum terra, non minus cadunt, quàm aqua, & terra; quia materia non dùm attenuata euehi non sinit à calore. Et sicut motus deorsum ipsarum flammarum non est operatio earum, nec actus, motusque, sed passio, delapsusque, & impotentia ad motum; sic de partibus terræ, lapidibus, & alijs dicendum est, si ferãtur deorsum, pati, labi, ac impotentia esse ad opus. Terra itaque (vt vndè digressi sumus redeamus) non mouetur natura deorsum, sed immobilis est natura, nec quia partes moueri videntur, dicat quis moueri, nã cadunt, sicut cæteræ res calidæ, quæ non sunt nec aqua, nec terra, sed potius igneæ. Nec dicantur ferri deorsum hæc, quia licet non sint terra, habent tamen materiam, quæ fuit terræ, sicut quidam contẽporanei proterui loquuntur; Etenim similitudo, & cognatio non est respectu materiæ, siquidem item ignis pars sursum elapsa, quæ ex materia, quæ fuit terræ, constituta apud nos est, habet etiã materiã terræ, & tamẽ nõ defert deorsum, & profectò si Arist. singula elemẽta in vna cõmunicant materia, sequeret, ꝙ quodlibet elementum ad vnum feratur vbi, vel deorsum scilicet vel sursum. At quidam homo dicebat in accensis flammis, & carbonibus, quamuis exilibus inesse de natura terræ, ipsiusque frigoris: Quod referre pudet. Nam calor, quod superat, in eo non relinquit contrarij vestigium, dum regnat, nec motum contrarij. Motus enim à propria rei dependet natura, & forma, vt dicitur primo cæl. peripateticorum omnium consensu, & operationes, aiunt in Metaphysicis, sunt formarum. Forma igitur iam extin-

Resp. Contemporaneorum.
Confutatur.
Resp. cuiusdã
Confutatio.

cta, corruptaque motum edere non potest, nec enim ipsa remissa, non dum extincta potest in intensam agere, & propriam edere operationem contra regnantis ingenium, hæc & alia diximus in disp. 3. & Tel. abundè addit in maiori commentario: quorum nūc complementum fecimus; nec alia eius opus est, vt adducantur.

Mar. Th. Marta autem vix horum quippiam percipiens rationes Thycunensis dicit esse verba Telesij. Sed nos, qui legimus vtriusque dicta, rite inspeximus non communicare inter se, benè autem, quæ deducit Marta, sunt verba ex eo rescripta, vt vides, sed ad Telesium faciūt nihil. Verùm quòd dicunt de potentia essentiali, & accidentali, non est concedendum; nam sermo hic est de potentia ad motum, potentia ad motum essentialis fundatur in essentia formæ completæ in actu: & ideo ponuntur operationes in diffinitionibus loco formarum, sicut dicunt Perip. & Auer. in 8. Phy. com. 32. & 4. cæl. com. 6. & 26 ipsæ enim consequuntur immediatè differentias, quæ sunt formæ, vt dicitur in 3. cæl. com. vltimo. Quapropter potentia ad motum in actu, est in forma primò, si sit essentialis, & non in generante: ibi enim est remotissima ad motum, nec in materia, quæ primo respicit formam. Et bene id fatetur, agnouitque Io. Gram. quem alij falsò reprehendunt: At Peripatetici hoc fingunt vt omnia ab alio moueri dicant cum Arist. quem non substinere sacrilegium immane est illis, ideò citius naturæ contradicunt, sed id satis reprobandum erit in disp. vlt. nec dicant potentiam ad formam hanc, puta ignis, & consequenter ad motum esse essentialem verè materiæ: nam accidit materiæ eorum consensu, hanc vel illam recipere formam, nanque esse materiæ communiter ad quamlibet formam tendit, & à quauis informari possibilis est. At nos loquentes de potentia ad motum, quis finget, quo pacto de his inuadat sermo? Item fallax nimis est, quòd proprie moueri dicunt id modo, quod in partem mouentem, & motam, itaque duas secatur: nullum enim inconueniens est, vt dicemus loquentes, quod motus non est passio in vltimo sermone, si idem sit mouens, & motum in vere naturaliterque motis. Motus enim operatio est quædam à forma procedens rei communicata materiæ, & quia operatio non requirit distinctum id, à quo editur. (nisi dicant compositum distingui in formam, & materiam, & respectu horum assignari mouens, & motum, quod nos cōcedimus, tamen vna res est) itaque nec motus; quare moueri propric dicamus, quod à sui mouetur natura intrinseca, non quod à distincto mouente; & quod natura est mobile, semper moueri statuamus, cuiusmodi quia est ignis, aer, & cælum, quæ vna sunt res, mouentur semper, & non ab alio: Naturaliter autem immobilis terra non potest natura moueri: nam vni contrariæ operationes non competunt, contrarijque motus, multo minus ergo motus, & quies, distantes magis Et hæc maiorem ponunt contrarietatem, & differentiam, quàm duo motus contrarij, quod & pro-

Quod natura mouetur non secatur in partem motam & mouētem, sed in formā materiamq; : secùs autem se habent mota, propter alias causas.

Terra non potest natura moueri.

Ꝛ probauimus in sermone superiori; idcirco fallitur valde Marta, qui dicit ex hoc, quod terra est immobilis, non haberi quòd sit contraria cælo mobili. Si enim Arist. contraria putat ignem, & terram, quia contrarij eis competunt motus, huic sursum, huic verò deorsum, indeque nanciscitur elementorum diuersitatem, & numerum; quin aquam, & terram, quòd ad contraria feruntur vbi, si ambo deorsum, contraria putat; quãto magis, contraria erunt cælum, & terra, quæ distingũtur motu & quiete, in nullis conueniuntur, duo enim motus conueniunt magis, eorum testimonio, quàm quies, motusque.

At Marta probat, quòd non sit decidere motus terræ deorsum, illud enim, ait, est decidere, quod est contra naturalem vsum, sed terra, quando deorsum mouetur, naturaliter mouetur, ergo non decidit, sed ignis si huc caderet, & terra quando sursum impellitur decidit, quando deorsum fertur, naturaliter mouetur, & si non est decidere motus ignis sursum, nec erit motus terræ deorsum. Mar.

Nos autem dicimus vanum esse hominis dubium; si enim non spontè labantur, contrà naturam sui deorsum ferri quis dubitet? etenim non est de natura frigoris talis motus, eius enim est immobilitas propria; nec de natura caloris, eius enim nobis proprietas est motus, qualis non est delapsus, & Peripateticis est motus sursum, qualis non est, qui ad terrã tendit; alia verò agens natura ab his non reperitur, Aristotelis quoque testimonio, cui præsertim iuxtà dicta Martæ, nõ est positum aliud principium actiuum in elementis, & secundis corporibus: leuitas autem consequitur calorem; vndè Arist. inquit, aqua calefacta fit leuior in Probl. sec. de aquis calidis; grauitas verò consequitur frigus Aristoteli, ideò non est principale agens in elementis, ipsa enim vt dicit in 2. de gen. t. 8. nec actiua est, nec passiua, & in alijs abundè diximus de hoc. Quapropter motus non hæc consequantur, graue scilicet & leue, sed formas, & has non esse graue, & leue probauimus non semel aduersum hominem hunc. Natura igitur terrę principalis, principium, speciesque, ac forma appellata ab Arist. est frigiditas, quam huiusmodi nominibus donat; lapsus igitur deorsum, si sit verè motus, frigidis competere debet ad modum terrę, ipsique terrę primò; cui tamen non competit, nisi secundùm partes à propria natura abstractas, & vniuersitate. Nam totalitas terrę frigidissima immobilitatem sibi propriam statuit; frigoris erit ergò propria immobilitas. Itaque si frigida sit portio terrę deorsum cadentis, ipsique lapides, siue calidi sint, contra naturam agentem moueantur oportet ad medium; frigori enim, si propria est immobilitas, non & proprius sit motus deorsum; sed vbi ponitur sistere motum deberet. Igitur casum materię in sequitur terrę pars adulterata, & lapis, adhuc nõ penitus exuperatę à calore, qui ipsam moueat, nec à frigore, quod ipsam sistat. Nec quia vadit ad locum cognati magis, dicatur moueri; nã ignis in parum Th.

corpulentiā, quàs vnde quaque permeauit calor, accensus rebus, etiam vadit ad medium, & tamen cognationem nullam habet cum aqua, & terra, meritò cuius debeat deorsum ferri natura; & motus eius, non dicetur hic, sed casus; & hoc conuincit valde. Nec eadem ratio videatur de igne sursum se se attolente: prętetquàm enim reditus in naturam, fugaque à contrario fit eiusmodi sursum iter; ignis tamē etiam & caloris proprius est motus; vniuersitas nanque eius naturaliter mouetur; at terrę propria est immobilitas, frigorisque, vt nullus ei conueniat motus; itaque nec motus deorsum, si enim natura ipsi competeret, locus tributus fuisset, quò feratur: sed eius vniuersitas quiescit semper, motuque corrumpitur. Quare nihil est, quod dicitur; sed motus deorsum omnibqs de causis materię erit delapsus. A qua quidem calida, & succi, omniaque calida corpulenta feruntur deorsum, vbi potius sui destructionem acquirunt, quàm cognationem: Et nemini id non persuadeat, quòd etiam, si non reperirent fulcimentum, ad medium calida crassa tenderent: quò ob cōnaturalitatem ire est impossibile omnino. Nec est verum, quòd, si sursum ab alio propellatur pars terrę, dicatur decidere: decidit enim omne propter impotentiam, & debilitatem naturę intrinsecę, sicut animalia ob debilitatem caloris natiui, at illo fertur per impulsum ab extra terręna portio, vel lapis, nec eò vadit, vbi fulcimentum reperiat materia non regnata prorsus à forma, sed contrario, quod non est de ratione cadentis. Et motus talis nobis appellatur impulsus, vt dicemus in disp. vlt. vbi singulis motionibus propria assignabimus nomina. Et si fiat talis impulsus è superis deorsum ab extraneo, & maiori vi, quàm si ex se sola, cadat materia, etiam dicetur impulsus, & non delapsus, & casus. Et mirum quidem de homine, qui non intellexerit, quid vox decidere importet, qui se grammaticum fingit in disp. de calore, & nescit, quòd decidere est de superis deorsum cadere, & de his alibi subtiliter locuti sumus, & Telesius docet vberrime.

Quæ sursum impelluntur, nō decidunt.

Arist. rationes

Quoniam quidem Arist. 1. cęl. t. 88. naturalem esse motum terrę deorsum ea persuadet ratione, qua quo magis appropinquant vniuersi tati partes cadentes, eo magis, citiusque mouentur: & 3. cęli t. 51. idem ex eo, quòd maior portio velocius fertur confirmauit; Ideo Telesius resoluens inquit, quòd acceleratio appetitu fit materię molestam operationem subeuntis: ipsa enim creata ad tale opus est, vt agentes naturas suscipiat, & nullum habeat à se ipsa opus, sed ab illis; & si est contra naturas agentes illa operatio, est etiam contra ipsam, nam aliud habet nihil ipsa, nisi vt ab his regnetur. Est autem lapsus contra naturam caloris; nam ab illo agitari nequit, eius quidem enim naturale est agitare; contra naturam frigoris, quod substinere in sublime, ibique immobilem reddere non valet, eius enim immobilitas est conditiò; iccirco cadens materia exosa talem motum, eo quòd sit contra naturas agentes, à quibus sortitur esse, & ope-

Tel. Respōsio. cur mota deorsū, motum accelerent.

operari, & citiùs complere appetens concitat illum meritò: sicut anima-lia quid declinantia, fugientiaque. Ex hoc ergo talis non videtur motus, sed delapsus, & impotentia ad motum: qui nec naturę materiæ congruit; suum enim est formas suscipere, & operationibus formarum operari; nec de natura formarum, frigoris enim, caloris que est inimica operatio ille casus; ideò itaque & citò declinanda. Et hoc inde pateat, quòd non modo aqua, & terra concitant illum, sed entia Aristoteli benè calida, veluti crassa materia ignita, vinum, lapides, ligna, cæteraq; entia quapiam obruta crassedine, & maiora corpora, si compactiori constant mole; nè aer ipsa subeat, sicut dicit Aphrodiseus in Probl. citius feruntur, quia vis concitandi major in maiori adeste mole, & non possibili, vt à medio aere retardetur, dum subintret illam, & ferrum item ignitũ, aliaque ignea corpulentiora citius delabuntur. Munus enim Deus ei imposuit, quo naturas agentes, quæ in ea regnent, suscipiat, talemque perfectionem ei largitus est. Quòd si nequeant protsus regnare, ipsa odit imperfectionem suam, quam habet ex eo, quòd non proprio gaudet bono, ac munere, ad quod fuit creata, instituta que naturaliter. Et naturalis quidam instinctus est ei inditus, sicut animatis rebus, naturis que agentibus ausugiendi, quòd minus naturaliter ipsi agendum est.

Quomodo materia sentiat appetat, & odiat, dictum est à nobis in 2. lib. de sensu rerũ.

Mar. At aduersarius ignorans ad quid id induxerit Telesius, inquit, quòd volebat soluere problema ex fundamento falso, quod scilicet motus talis sit delapsus; cur grauia deorsum tendentia, concitant motum.

Th. Sed merito videtur in cusandus nam Tel. non temere, obiter rationem hanc inducit, sed dissoluit Aristotelis argumenta, vt diximus; Item ratio, quam adduximus nos ex Telesio ad soluendum Arist. argumentum, dependet ex illo fundamento, quòd motus talis sit casus, hęc autem quam adducit Marta aliundè dependet. Et illud fundamentum non est falsum, sicut loquitur temerè homuncio, nec falsitatem eius ostendit, quod oportebat: inquit enim Plato in Theetero qui positioni non credit debet instantias afferre ad versus eam, quod si non affert, voce, & nõ corde negat. At hæc ratio, quam adducit Marta ex Telesio: (quòd videlicet ideo concitant motum grauia, quòd lapis abstractus à proprio loco, propriaque vniuersitate, & propria natura immobilis exosus contactum alienorum & locum alienum, suę naturę vim infert, & ad proprium locum, atque cognata delabitur corpora, assidueque velocius, quod & aliena illa, & ipsum itidem exosa, pertelaque motum, assidue illum concitat magis, vt quàm celerrime inter cognata propria gaudeat immobilitate:) quoniã inquam hæc ratio videtur esse Telesij in cap. 45. defensabimus, & illam, quamuis in quibusdam verbis communicet cum Arist. sed intelligatur ad modum nobis prænarratum. at videamus calumnias scioli.

Respõsio alia Telesij.

Mar. Is quidem inquit. Imperfectum optat perfici, ig tur & contactum perfectiuum; lapis ergo abstractus à terræ vniuersitate non oderit tactũ

aeris, & ignis, quæ sunt perfectiora entia, vtpote circumferentię viciniora, igitur non fugiet ad terram ens imperfectius, centro nimirum propinquius.

At, isthoc dictum si esset verum, vtique & Aristotelis positionem, destrueret; non enim alia de causa illi lapis deorsum fertur, nisi quia ad cōseruatiuum cognatum vadit; contra quem inquirerem ex huiusmodi ratione Martæ, lapis vel terrę portio sursum lata cur deorsum fertur, & cōtactum perfectionis derelinquit, porrò etiam, cur quę deorsum tendunt non vadunt sursum ad perfecta corpora. Huic dicent boni Peripatetici, id ideò euenire, quòd naturaliter petunt cognatum corpus, & fugiunt ignem contrariū. Et sic si dicamus nos, profectò potior erit nobis quàm illis hęc ratio. Nobis enim omnino ignis est terrę contrarius, quem meritò fugiant partes terræ; non sic Aristotelicis, quibus nimirum in vno conueniunt principio. At Marta non considerat, innatum esse appetitum singulis entibus se se conseruandi, itaque & contrarium fugiendi, quamuis nobilius, à quo suum dependet exitium. Nullam siquidem contrarium nobile suo contrario largitur perfectionem illi cognatam, vt sic, vllam nec nobilitatem; sed destruit illud, & formam eius deturbat, suamque indit materię, in qua contraria regnabat, & perfectionem, sum me tamen obnoxiam contrario. Rectè igitur dicitur nobis portio terrę declinare locum ignis, vt potè destructiuum terræ fugiens calidi contactum. Nec videatur ignis dare terrę perfectionem, id enim faceret, si illā magis terram efficeret, non si in ignem conuertat. Verùm hic attendendū est, quòd, quia non modo terrena entia, sed calida quoque feruntur deorsum, & non possunt dici ideò ferri, quòd ad cognatum tendūt, nec ideò motum concitant, notanter Telesius addidit, quòd lapis, terreaque portio non exosi modò contactum ignis, & motum talem accelerare illam. Nam non amore terræ deorsum vadunt, licet bene nonnulla cognatiora sint illi, eorum, quę eò feruntur; sed propter impotentiam formæ intraneę, caloris videlicet, vel frigoris; quarum neutra, quod proprium est, valenter indere potest materię, scilicet nec motum verè, nec immobilitatem. Itidem & materia talem odit lationem, vt dicebamus. Quare completa ratio est, quam paulo ante adduximus.

Mar. Præterea, ait Marta; cum dicis deferri vi, sicut ferrum ad magnetem, ipsum lapidem ad terram, est opinio Platonis; & Auer. quam improbat Thyennensis, ad quem me remitto.

Th. Sed longe abberrat homo; ego enim Platonis verba perlegi in Timęo vbi de hoc loquitur, quem ipse vidit nunquam. At Plato ait sic. Vnum tamen de his est cogitandum, quòd via, gressioque ad simile, & ad cognatum ferens, graue facit id, quod fertur. Et hęc eadem opinio est Aphrodisæi, vt recitat Simplicius in 1. cęli, & quamuis reprobet illam Simp. nō tamen ipse longè abest; qui nimirum ponit maiorem grauitatem etiam

Plat. opinio de motus cōcitatione. Aphr. Simpl. & Pla. differentia.

acquiri

acquiri in via, licet insensibilem. At Plato in hoc differt, quòd nihil graue, ac leue ponit simpliciter, vt in eisdem verbis fatetur, & nos adduximus disputantes de cęlo; at hæc grauia fieri, quatenus gradiuntur ad cognata; quod videtur Platoni acquiri ex gaudio, exque paratis, intensisq; viribus ad cognatum tendentis; non quòd acquirat maiorem, quam habebat grauitatem à sua vniuersitate, (sicut fingit Marta, & alij Peripatetici, & dicunt de ferro tracto à magnete, non enim trahitur, sed sponte vadit ferrum, vt alibi narrauimus,) sed quod grauat se, idest intendit vires, vt materiam citius ferat secum ad cognatum tendens, versusque illud intendens accelerat. Ast Niphus reprehendit sententiam Alexandri, & addit præter vicinitatem, duas causas, scilicet motum naturalem, & potentiam naturalem. Sed hæc dicit, vt addere ex se ipse quoque videatur: vicinitas enim præsupponit naturalem esse motum, si ipsa refertur ad cognatum vicinum, nam graue mouetur ad terram, de quo erat inter eos sermo, & ideò quoque naturalem aptitudinem præsupponit, quam ex grauitate sortiuntur hęc apud Arist. Quod enim non potest fieri, nè præintelligatur in sermone, frustra videtur addi cum reprehensione tacentis. Nec hanc sententiam reprobat Thiennensis, vt in dubio penultimo 8. Phy. vbi de hoc est sermo, est videndum. Et si opinio Platonis intelligatur, Iamblicus eam bene habuisse præsumitur, attribuens nimirum maiori, minorique medio. At Simpl. & Niphus refellunt eam Iamblici, & cum eis Aphrodisæus, refellunt quoque opinionem Hypparci, & Liparij; quas subtiliter Telesius reiecit tacitis authoribus; quamuis moderni modernis has ascribant sententias, quæ tamen antiquæ sunt valdè. Et nos dicimus, quòd ipsa vniuersitas terræ nihil grauitatis imprimit portioni suæ decedenti, sed ipsa met contrarium exosa locum, contactumq; accelerat, vt cognati tactu citius perfruatur. Sed nec magnes attrahit ferrum, vt putant illi, sed forma ferri vires intendit, & crassitiem deuincit, vt ad superpositum tendat magnetem, cuius contactum sui conseruatiuum esse persensit. Et ad rationem aliam Martę cum dicit non posse nos reddere rationem, quid sit concitans lapidem, & terrę partes deorsum; Reddimus, dicentes, non esse grauitatem, nam non maior acquiritur, sed appetitum fruendi cognato, qui omnibus insitus est entibus. Et animalia cum sunt prope desideratum, fugientia præsertim molestum, ocius mouentur ad illud; vnumquodque siquidem vim sibi commouet propriæque infert naturæ; & quo magis patitur à contrario, & diutius, eo magis intendit vires, quod e sublimioribus cadentia declarant. Quoniam vero & calida id faciunt exosa terram, & tamen ad ipsam lata ob crassedinem accelerant motum, referenda est celeritas, concitatioque ad materię corpulentiam non prorsùs superatam, itaque citiùs contrarium sibi, suæque formę motum declinantis, delapsumque finiri suum cupientis: vel substentaculum auide affectantis: sicut superius diximus. Et hæc est

Margin notes: Niphi opinio. — Confutatio. — Iamb. opinio — Auth. sent. — Not. circà opiniones Th. varias.

est ultima Telesij sententia, quam in maiori scripsit commemoratio; hancque substinendam decerno, & antiquam non sic sensatam, vel melius deserendam.

Opinio peri p. Marta autem ad quæsitum & ipse respondens cum Thiennense responsione Parisiensium, quam Niphus, & alij adducunt, ait, quòd proiecta ab impressa vi mouentur proijcientes, vnde grauitas & leuitas acquiritur accidentalis, & sic inquit grauia citius deorsum feruntur, quòd grauitas accidit illis in continuatione motus reddens illum velociorem.

Th. Confutatio. Verum hoc nõ potest fingere sciolus cum illis. Etenim si detur, quòd proiectis accidat grauitas, non dandum quidem (nam sola virtus mouẽtis est in eis, id agens, nec grauitas vlla fit, quoniam cessante motu remaneret; & contingit à non graui impelli, & à graui sursum tradi) non tamen fingent vnquam, vnde accidat partibus terrę, & lapidi non iactis, sed sponte delabentibus, & aquæ quoque, cũ generatur in aere, quę absque impulsu proijcientis deorsum fertur, motumque non minus concitat iuxta proportionem suam. Nec enim à terræ attrahente vniuersitate grauedinem suscipiunt; eorum enim optimi id reprobant, & cum eis est aduersarius in 2. argumentò qui in fine concludit: Nec potest esse quòd moueantur vt attracta deorsum à consimili, quia longinqua, & vicina ęque traherentur, & æque cito proportionaliter mouerentur. Hęc ille: Quę tamen non concludunt interitum, vt eorum alij substinent. Quapropter hinc non potest accidere grauitas; nec ab impulsu proijcientis; quia nullum existit in his, quę sponte feruntur, proijciens, & bene reijcitur hoc etiam à Telesio; quod quoniam fatentur falsum esse, nõ expedit rationes Telesij adducere. At & Marta adhuc ignarus vnde causam redderet, aut quia, inquit, versus finem plus de medio insequitur corpus motum, quàm in principio, quod ipsum pellit, & adiuuat ad motum. Sed id Martæ dicere non licet: qui in 3. arg. improbauit illud, & à Telesio narrat improbatum fuisse. Et inscius homo rescribit hic verba Thiennensis in 9. dub. de graui, & leui. 8. ph. & non nouit, quòd contradicat sibi: & Thien. sibi quoque. Is enim deinde in fine 8. reprobat dictũ Egidij, quod videlicet per antiparistasim, & insequentem aerem moueãtur proiecta. Et si non valet pro Egidio, nec ergo pro Thien. per secundam rationem factam ibi aduersus Egidium ab ipso, At minus pro Marta: qui etiam negauit insequentem aerem posse id efficere, & aliam assignauit causam, videlicet impetum proijcientis; qui nec est in sponte lapsis. Præterea superior aer id faciet nunquam; nam quanto maior sit suprapositus impellens, tantò densior fit suppositus resistens ab aduenięte, grauanteque mole. Sed lapides, etiam satis planos, concitare motum videmus. Falsum præterea est Aristotelis fundamentum, quòd proiecta moueantur ab insequente aere, sicut dicit in 8. Phy. t. 82. & in 4. Phy. t. 68. estque à multis Peripateticorum repulsum, præcipuè à Thiennensi qui

Mar. Opinio.

Th. Confutatio. Ratio 1. Thien. sibi est ipse quoq; cõtrarius.

2

3

qui in his dux est Martę, & ab ipso non receptum: Sed tantùm modò recipitur Parisiensium sententia, quę de impressa vi ratiocinatur, vt nos. Satis etiam reijcitur à Telesio in 3. mai. cap. 10. tum quià non redditur 4
per eam ratio de regressu pilę à pariete, cùm indè aer nō pellat; tùm quià etiam nec de motus cessatione, quo fiat, modus aperitur; nec dari potest cùm semper aer insequatur, & cesset nunquàm prohibere vacuum. Et responsio Martæ prima; quam reijcimus, de insequente aerem innititur fundamento Aristotelis falso. Falsum igitur sit oportet, quòd ab aere propellatur deorsum graue, & ab eo concitetur motus, grauitatem præbente. Prętereà enim à tenuissimo ente grauissimum grauitatem, & con- 5
citationem sumet nunquàm, nisi proijciatur virtute alterius; quod tamen in his, quę ex se labuntur, non supergrauatur, sed comitatur modò nè vacuum fiat; & à superiori inferior non pellitur, vt concitet: quin in se manet portiones omnes, tanquamque fugientes motum deorsum, pelli non sinunt, potius superiùs accedunt, & nihil deprimentes vacuum tantum prohibentes, & à latere claudenses apparent. Quin etiàm infe- 6
rior aer fugiens condensationem, potius ascendit, qui finditur, prohibēs supernè vacuum; simulque collateralis portio, quàm superior grauet. Item enim eodem modo proiecta concitarent motum, quià maior aeris 7
porti o insequitur, quod non faciunt, sed retardant paulatim; nam secus, sisterent nunquàm. Nec reddent vnquàm causam sic loquentes, cur de- 8
orsum lata resiliunt ab oppositâ terræ duritie, vt ferreà clauis, & pila, cuius sphęriticas non vastatur, si sit ferrea, (quod suppono nè dicant fieri resilitiones propter regressum ad sphęricitatem, sicut Thien. & alij fingunt.) aer enim superpositus, qui concitabat motum deorsum perip. non potest retropellere, sed cum in puncto reflexionis sit multus actus, & adunatus potiùs prohibere deberet saltum. Aliundè igitur accepit robur pila, dùm deorsùm petebat, sicut nos diximus à pertesa mole; nàm tùnc redire faciens nullus est aer impellens, retrudensque, quem priùs imaginabantur, prætereà nec in deorsùm latis, vel alijs; omnis commotus aer adunatur super mobile, Arist. enim in 8. phy. vt Auer. innuit, vult quòd sicut quiescit mouens manus, sic aer primus post quàm mo- 9
uit secundum aerem, & sic de singulis partibus aeris succedentibus. Quare idem erit graui, si ei superstet magna aeris moles, ac si parua. Terra ergò sit immobilis, & cælo summè contraria, cunque non sit alibi prima contrarietas, scilicet cęlum, e terra.

De qualitatibus constitutionis elem.

QVatuor elementa statuentem Arist. condemnauimus, eiusque ratiocinationes. Nunc autem magis incusandus videtur, quòd duo principia in corporibus primis singulis ponat, & quæ minimè coire possunt, vt dicemus de calore, & siccitate ignis; & humore, & frigore aquæ, licet satis dictum sit. Illud verò absurdū valdè est, quod duo actiua prin-

cipia sint in vno corpore, vt putà in terra frigus, & siccitas æquè, & benè & in contrario scilicet igne eadem sit siccitas principium agens æquè, & absquè ratione, quomodo enim in terra sint disparata principia, & quorum alterum pugnet vno modo aduersus ignem, & alterum alio modo (nam hoc destruit ignem, illud verò non, quia siccitas terrę eadem est cũ ignea, quià ablato calore ignis, siccitate remanente, fit terra, ait Arist.) iterum diuerso modo materiam propriam concinnant, & tamen commaneant, nemo fingens finget vnquam. Et minus quidem dabit modũ, quo siccitas calori ignis coeat, qui humiditatem modò generat de se semper; estque ex hoc ipsi contraria; tùm quià cum frigore terreno habitat, & nunquid eadem natura contrarijs prorsus commanet? & quæ contrario agunt modo, & diuersa disponi passione volunt subiectum, simul stabunt? Dannandus quoque est Arist. qui ponens quatuor actiua priuatiua elemẽtorum aufert actionem ab humido, & sicco, & fieri ab alijs docet, & inconstanter interdùm dat. Et si non habent, vt volumus, ergò duo tantum actiua, frigus & calor ergò duo elementa prima: Sed quoniam aduersarius longum sermonem habens, de qualitatibus, falsum in doctrina Arist. qui nil ad nos, dicit semper passiua Arist. esse humidum, est siccum, id examinemus. Velle, quòd sint Aristotelem actiua omnia, inde pateat, quòd in 2. de gen. t. 8 graue, & leue, inquit, non sunt principia, quià non sunt actiua, passiuaque: oportet autem actiua inuicem, & passiua esse elementa; miscentur enim, & transmutantur ad inuicem; licet statim oblitus sui Arist, calidum dicat, & frigidum actiua, humidum & siccum passiua. Terra enim, quę quibusdam non habet frigus in summo, agit in aquam per siccitatem, & aer, per humiditatem in ignem, & hoc concessit Marta. Actiua ergò Aristoteli sunt omnia; non enim possit probare Aristoteles, vt facit in illo libro, quòd omnia inuertantur in omnia, si principia omnia nõ sint actiua illi posita; nam quomodo aer ignẽ in se, inuerteret, & terra in se aquam, nisi huius ageret humiditas, huius verò siccitas, fingeret nunquàm. Tùm eorum constitutionem absoluens Arist. in t. 16. ignis, inquit, calidus est, & siccus, aer autèm calidus, & humidus, aqua frigida, & humida, terra frigida & sicca, vt rationaliter distribuantur differentiæ. Et concludens capitulum tertium, licet, inquit, singula duobus detineantur principijs elementa, tàmen simpliciter quatuor entia, vnius vnumquodq; est magis: terra quidem enim sicci magis quàm frigidi, aqua frigidi magis quàm humidi, aer humidi magis, quàm calidi, ignis autèm calidi magis quàm sicci. Vbi sanè innuit, quòd licet duo vnum constituant principia, non tamen ex æquo: nàm alterum principem tenet locum in singulorum actione, & constitutione, & veluti formæ obtinet vicem. Quas ob res nõ magis calor ignis actiuum principiũ est Aristoteli, quàm humidum aeris; nec minus siccitas terrę, quàm frigus aquæ. Amplius id elucescit quòd in t. 34. oportere esse quatuor prima

Ar. ponit hum. & sic. quoq; actiua licet contradicat sibi.

ma contraria transmutantia ostendit eò, quòd quatuor sint prima corpora. In te ra ergò agens erit siccitas. Et in t. 26. singula in singula inuerti ostendit, vt siccitas ex igne deturbetur ab aeris humiditate, fiat ignis aer, siquidem nequit deturbari ab aeris calore, quippè qui siccitati libenter coit Aristoteli, ergò ab humiditate: contrarium namque à contrario tantùm corrumpitur, vt in 1. de gen. docet, & de morte, & vita. Et in t. 27. transferri in ignem docet, si ex aere humor deturbetur, & ex aqua frigus: si hęc mutuò sese oppugnent, & in singulorum congressu, si ex aere, & terra generatur ignis & aqua. Vbi sanè omnia principia actiua ponit, quę Martæ vocantur qualitates, secus enim illę transmutationes non possent exerceri. Et quoniam contradicat sibi Aristt. iuxtà ritum suum, est nihil: Nam peripatetici optimi hęc omnia actiua ponunt, vt videatur Marta nihil inferre. Et itèm si non sint actiua, non constituent elementa: nam passiones non sunt formarum solæ, sed pręcipuæ sunt actiones. Et si Arist. consideret elementa, quatenus sunt actiua ibi, & passiua, & vt sic quatuor qualitates sint formæ, nā formas & principia appellat Arist. illas, quòd in quantum actiua sunt, passiuaque tale sortiuntur formas, vt dicebat Marta cùm alijs; clarum est, quòd agant Aristoteli humidum, & siccum, nam non minus nomine principij, & speciei hæc donat Arist. quàm calidum, & frigidum, & non minus elementorum differentias vocat: Et elementa non essent plura duobus, vt dixit Arist. & nec singula agerent in singula. Et hæc opinio posteà ab alijs peripateticis est reprobata fingentibus, quòd non sit Aristotelica sciolis pro Arist. si contrariū est apud Arist. S. Zimara.

Sed subdit ille: quòd duplices sunt operationes primæ videlicet, vt calefacere, frigefacere, humectare, exiccare; & has edunt humiditas, & siccitas; alię sunt secundæ operationes, veluti congelare, mollire, terminare, & has hę non faciunt, & ideò sunt pure passiuę dictę: nam actio, & passio est à secundis sumenda operibus. Mar. Respon.

Sed falsitatem huius quis non videat? operationes quidem primę sunt quę manifestant esse formę, & ab his sumitur actio vel omnium consensu, & quandoque diffinitio teste Auerroe; si igitur primas edunt, igitur sunt actiua humidum, & siccum. Itèm, si primas edunt, ergò & secundas nam hę procedūt à primis: & quod potest agere maius, potest & minus. Si quidem siccum potest exiccare, ergò terminare, coagulare, densare, quæ sunt species, immò dispositiones exiccationis, ipsaque exiccatio; & si humidum potest humectare, potest quoque mollire, & liquefacere, hæ enim sunt species humectationis teste Aristotele. Nec quidquam humectari potest, humidumque effici, nisi mollificetur, & disgregetur. Potiùs nullas edunt, sicut nobis videtur, & ipse Marta confessus est paulò superius: etenim scribit, quòd humidum agere humiditatem est idem, quod pati, sicut materia agit priuationem, hoc est patitur, hoc dictum Th. Confutatio arg. 1. 3 Cæl. 2 3 4

Humor & ſiccitas ſunt pr[illegible] ſus paſſiones materiæ, iuxta noſtrá ſententiam.

Martę quamuis ſit pexime dictum eſt tamen contrà id, quod modo dicit, & Tel. in 3. min. cap. 9. & 3. mai. cap. 13. nullatenus actiua eſſe, ſed paſſiua prórſus demonſtrat, quorum nempè alterum ſequatur frigiditatẽ denſantem, exiccantemq́; alterum calorem mollificantem, itaque & humectantem, & huius probationes non reprimit Marta, & fortaſsè ab his impulſus concedit, quod álij nunquàm affirmauere. Ideò nec nos illas adducimus, quiá defenſione non opus habent ex hoc, ſed explicatione, quam loco proprio reſeruamus. At adducit diſcutiendas Teleſij rationes probantes, quòd calor vnius humiditatis eſt cauſa, & ei ſiccitas coire nequeat, nec frigori humor, quòdque ad ipſum ſola conſequatur ſiccitas, has igitur explicemus, & defendamus.

Nequaquam caloris ſiccitas coire pôt in ſubiecto proprio exiſtenti, nec frigori humiditas eodem modo. [illegible] Th. arg. 1.

Teleſius ergò in 2. min. cap. 10. & 3. mai. cap. 14. Naturę, inquit, Ariſtoteles, ſenſui, & ſibi ipſi diſcors eſt, quòd calori ſiccitatem copulat, ponens nimirùm ignem calidum, & ſiccum, & frigori humorem, hęc aquæ tribuens. Quæcunque enim ſummus occupat calor, tenuia fiunt omnia & in vaporem, fumumq́ue aguntur, liquefiunt ſaltèm, & emolliuntur, quę humoris ſunt própria, prout ſenſus monet, & Ariſt. in 2. de gen. t. 10. fatetur. Tenuitas (inquit Ariſt.) mollities, & viſcoſitas principia nõ ſunt, ſed reducuntur ad humiditatem: Quę verò à frigore corripiuntur, in duritiem, glaciemq́ue aguntur, denſumq́ue in ens; at durum teſte Ariſt. ibi in t. 13. ſicci eſt; durum enim eſt, quod cagulatum eſt, coagulatum autẽ ſiccum. Propria ergò caloris humiditas eſt, propriusq́ue effectus, quæ, vbicunquè calor adeſt agens ſummus, vel integra ipſa adeſt, vt in igne, & aere puro, vel impura, vt in aqua liquida, vel in his, quæ calor occupare cępit. At humidiſſima aqua, & maximè defluens, interminabiliſq́ue, & vapores aqua humidiores, quàm ipſe aer teſtimonio Ariſt. denſatur, ſpiſſaturq́ue, & tandem compingitur, induraturq́ue à frigore: quod non faceret, ſi compoſſibile eſſet frigus cùm humiditate; nec aquam ſiccam, coagulatamq́ue redderet; & hoc maximum eſt argumentum. Ferrum verò, & ſolidiſſima entia liquefiunt, & in tenuiſſimos, humidiſſimos itaque vapores à calore vincente aguntur, & à moderato molliuntur, & liqueſcũt modò, vt manifeſtè pateat caloris vim inſequi humorem, & frigoris ſiccitatem. Et Ariſtotelis authoritate confirmatur, nuſquàm calorem eſſe
3 abſque humore, nec humorem abſque calore, & eius abſentia fieri ſiccitatem. Etenim, inquit, in 4. met. t. 33. & 34. Quę exiccantur omnia, aut calefacta exiccantur, aut frigefacta, ambo autèm à calido, vel externo, humiditatem euaporare faciente, vel interno, videlicet calore, à frigore eiecto, extruſoque. Vbi ſanè proptereà à calore Ariſtoteli exiccari videntur omnia, quòd egrediens calor, ſiuè à ſimili externo eductus, ſiue à frigore extruſus, ſecum attrâhat humorem, ſuum proprium nimirùm ſubiectũ, quod in lib. de long. & breu. vitę manifeſtauit ſtagirita, & Arabs Ariſto-
4 teles. Humor ergò non alia dabitur ratione Ariſtoteli hîc, & in Probl.

niſi

nisi insidente calore elabente, vndè sequitur siccitas, & frigiditas. Quare Not.
quibus humiditas multa, calor inest exiguus, cuiusmodi aqua est. & quę
aqua sunt non penitus Aristoteli exiccantur, sed concrescunt tantùm,
quod non absolutum, sed exiccari quoddam est, quià non omnem hu-
miditatem potest educere labens calor. Vndè elicitur, quòd propria ca-
loris sit humiditas, nam eo labente, non remanet, & ingrediente, incipit 5
esse, vt dicit quoque in Probl. sec. 21. q. 25. & post allata verba in met. se-
quens manifestat Arist. Quæ aqua, inquiens, sunt, vnius caloris exitu cō
crescunt, & coagulantur, soluuntur ergò vnius caloris ingressu. Et idem
dixit in citato loco Probl. & in sec. 23. q. 23. & non aquea tantùm, sed
quę ex aqua, & terra itidem fiunt. Vndè subdit in t. 38. quæ ad terram, 6
& ad aquam, sed plus ad terram spectant, si in calidum egrediendo con-
crescunt, & coagulantur, liquefiunt iterùm calore ingrediente, sicut lu-
tum gelu astrictum, & alibi exemplificat de pane. Quapropter non est
humiditas Aristoteli, vbi non est calor; nullus, inquit, humor est sine ca-
lore, in 3. de gener. an. quo adueniente igitur humiditas est, & à maiori Cap. 5.
maior generatur. Et subiungit Arist. in t. 39. quæcunque proptèr in fri- 7
gidationem, & calido simul educto omni, congelata fuere, hęc insolubi-
lia sunt, nisi superabundanti caliditate; sed mollificantur, vt ferrum, &
cornu. hoc est. Vbi adest agens calor, vertensque, humiditas ibi fit, & ibi
egriùs fit humiditas, vbi calore penitus educto extinctoque nulla peni-
tùs remansit humiditas, & eò copiosa fit magis, vbi quò magis vincit ca-
lor: quare ferrum fit molle, quià humiditas à calore ei inducitur, molli-
ties videlicet; quæ species est humiditatis. Quod & pluribus ibi innuit
Aristo. quasobres semper Aristo. caloris propria visa est humiditas, & ab
eo constituta, & cùm eo egrediens, & cum eo ingrediente facta: frigoris
autem siccitas, quę humidissimis etiam rebus, quibus non potest à calo-
re indi testimonio Aristotelis, à robusto inditur frigore, vt aquis, & va- Non potest
poribus: quę à solo frigore Aristoteli concrescunt, & exiccantur; & vbi siccitas aquæ
summa est frigiditas ibi summa siccitas, nec humiditas stat cum summo indi a calore,
frigore; si enim tale inuadat aquas, repentè, congelat, & indurat, vt dici- sed benè a fri gore.
tur in met. & de part. an. Nec siccitas ergò stat cum summo calore; con- 8
trariorū enim contraria est causa. Quare visa caloris humiditas, non erit Per acciděs,
frigoris, sicut nec caloris siccitas. Et benè Arist. agnouit quòd idem non calor indurat
operatur contraria in eodem lib. t. 36. & 31. & in Probl. sec. 8. q. 7. res, in- etiam Arist.
quit, contrarias inter se idem efficere posse absurdum est, & respondet 9
per accidens fieri posse, vt nos dicimus de calore exiccante. Idem Aphro- Ex Aphy.
diseus in 1 prob. q. 127. igitur si exiccat frigus, non humectat, & calor non
si humectat, exiccat, nisi per accidens spolians siccas tenuibus, sicut Te-
lesius docuit, & Aphrod. calor, inquit ibi, quià nimium absumit humo- Mar.
rem, indurat. Hæc respōsio
Marta inquit, rationibus his conuinci, calida humida dari, frigidaque ex dictis diluitur.
sicca;

ficca; sed minimè conuincitur, quòd non dentur calida ficca, & frigida humida, & quod probare debebat.

Th. At si rationes perpendisset, rei fortassis veritas hominem non latuisset. Siquidem enim rectè probatum videtur, caloris opus esse humiditatem modò, quippè quæ vnius caloris abscessu interimatur, & cum eo elabatur, eiusque iterùm aduentu regeneretur; & frigoris aduentu destruatur, quià calor destruitur. Quare rectè opus caloris solius erit, ipsam per se agentis, nec frigoris vnquàm, cùm cum illo coire corrumpente nunquàm possit, si sensus, & Arist. testimonium valeat. Et non solùm id in calidis rebus, quamuis omnia humida sint nobis calida, & naturę; ast etiam in frigidis iuxtà Aristot. placita, qualis est aqua, idem nobis fauet. Adueniente enim frigore congelatur, & induratur, igitur exiccatur, (cōgelatio enim, & induratio exiccatio est Aristoteli in 4. met. & 2. de gen.) & calore adueniente liquefit, & humida redditur, ac mollis: Vt signum euidentissimum sit, caloris proprietatem consecutiuam, effectumque esse humorem. Proprium quidem caloris est emollire, liquefacere, soluere attenuare, inque fumum agere, & tenuitatem; quę omnes sunt humiditatis gradus, ipsęque humiditates Aristotelis, omniumque consensu. Et quoniam idem effectus per se non dependet à duabus contrarijs causis, præsertim altera contrarium effectum agere comperta, ideò caloris humiditas sit propria oportet; quam destruit frigus, & frigoris siccitas, densitasque, quam vastat calor; nec coeant vnquàm humor, & frigus, nec calor, & siccitas, vt cognatione commaneant. Et iàm ostensum est in sermone de aquis, humiditatem materię explicationem esse, & tenuitatem testimonio quoque Arist, quę explicatio, tenuitasque, omnium consensu, caloris est propria, & sensus vnius caloris congressu fieri decernit; siccitatem verò eiusdem esse compressionem, & densitatem; quam à frigore

Mar. induci quis nesciat? Sed probat intentum Marta: quòd illa, quæ nō sunt contraria possunt vniri, sed calidum, & siccum, frigidum, & humidum non sunt contraria, ergò vniuntur minor probatur de igne, & aqua, impossibile est enim esse aliter. Et non solum in his', sed in mixtis hæc combinationes claræ sunt. Aula enim est frigida, & humida, & cinis calidus;

Th. Respondetur ad min. propter rationes præhabitas. & siccus, & multa sunt medicamenta calida, & sicca, & frigida, & humida, & miscentur interdùm habito respectu ad morbum. Rectè sanè, contraria quæ minimè sunt, vniri posse diiudicat, ac summè contraria calorem, & siccitatem esse ex nunc dictis apparuit. Item enim siccitatem esse caloris destructionem planè ex lib. de long. & breu. vitæ liquidò patet; vbi siccitate adueniente corrumpi, & destrui calorem omnem demonstratur: caloris enim nutrimentum humor est, tenuitasque, siccitas autē inimica, vt per illam deperdatur calor. Et in secr. inquit ad Alex. Arist. loquēs de custodia caloris nociui; quandiù humiditas naturalis, & eius caliditas est temperata in homine calor naturalis roboratur, & conualescit;

scit; destructio autem caloris, vel est naturalis, quandò siccitas dominatur in corpore, vel accidentalis propter bellum, & casus fortuitos. Et in meteoris meliùs exponit, quòd calore elabente, qui ab externo allicitur calore, educitur humiditas eius propria, & eodē in frigoris extracto humiditas itèm extrahitur; nec si adueniat iterùm calor stabit cùm illa siccitate, sed liquantur, inquit, illa, molliuntur, itaque & humectantur caliditate inducta. Nec à calore ex his desiccari quid apparet, nisi per accidens quatenus spoliantur partes grossę tenuioribus, & humidioribus, proprijs nimirūm caloris, cùm eis elabentis; quod confessus est Arist. & Alex. Aphrod. Quapropter longè contraria sunt calor, & siccitas, quandò cum ea remanere non vlt, & quandò contrà caloris proprietatem ipsa cooperatur, vel suo principio; Et si frigoris apparuit effectus, non poterit esse quoque caloris. Combinationes quoque, quas posuit in igne, & aqua, quibus perpetitionem principij minorem firmat, contrarias esse optimè in superioribus demonstrauimus: Et ipsum ignem esse humidissimum ostensum est, quippè qui sit tenuissimus, mollissimus, tangenti cedens maximè, maximeque fluens, seque ipso interminabilis, alienisque figuris promptissimè figurabilis. Aquam itidem esse benè calidam ex productione, passione, actione, specie, alijsque modis ostendimus. Ex quibus sanè sufficiens erat videre calori siccitatem non coire, nec frigori humorem, sed propter incapacitatem insciorum hæc scribimus, docti enim facilè id agnoscent, & subtiles animo ex illis lectis. Aula verò dicitur frigida, & humida, non quòd frigus, & humor connaturaliter coeāt; recipitur enim sæpè frigus extraneum in re humida, sicut in humidissimo aere, calidoque frigus terreum; sed non conciliata, at in pugna continua, & quorum alterum est extraneum, alterum natiuum: at ambo connatiua esse, conciliata ue, est impossibile. Et hoc modo est frigus in aqua, extraneum videlicet, pugnans aquam in se inuertere, igitur & condensare. At ergò in aula id esse potest, vel quia aer inclusus crassiusculus est ob frigus densans, quippè quod magis ibi dominari queat propter soli non retundere radios vim illius, quare ad sensum nostrum frigidus est talis aer, vel frigore terreo. Nec enim talis natura est Aristoteli; & quià grossior aer ad aqueam declinat naturam, & vulgus, ipsique interdùm medici, quod aqueum est, & crassiusculum aerem, qui iuxta lacus, aquasvé est, humidum potius appellere consueuerunt, quàm tenuiorem, qui magis est talis, ideò propter talem commorari aerem in aula, ipsam humidam, frigidamque vocant. Sed aer, summè calidus, est humidior, nam tenuior, & labilior, quàm qui à frigore velut stupidus, crassiusculusque est factus. Vel autèm in frigida dicitur aula ob aquam intus scaturientem, vel quià recentes parietes sunt, & frigidi appellentur ob calcis mixtionem cum aqua. Quæ omnia ad nostrum sensum comparata frigida sunt, videnturque potius: At calidam esse calcem, & aerem quis neget, ipsumque

Lib. 4. cap. 2.

Cōnexiones principiorum destructæ sūt in singulis 4. elemētorum tractatibus.

Quod de aula dicitur, de omnibus dicēdum est.

ipsumque aqueum humorem? Et sanequando elabitur parietum hu- mor, & exiccari videntur ipsi, ac veritalis communicatur, calefacit illum licet ob multam grossitiem non sentiatur. Dixit enim Arist. quòd quæ attinent ad aquam, & terram, coagulantur, densanturque humore ex- tracto cùm calore intraneo ab extrinseco calore, igitur cum humiditate communicatur aeri calor illi associatus ex parietibus elabens; & eodem calore humectantur, inquit Arist. Verùm quoniam vehemens calor sem per parietes oppugnat, & tenuitates educit, concitantur magis, & frigo- re præsertim adueniente exprimitur calor internus, vel comprimitur, du rissimique fiunt. Vidimus tamen quandoque à calore moderato non e- ducente tenuitates, adaperiri, mollirique muros, qui oleo conspersi, in- fusique funere, cuius calor blandus attenuat, liquefacitque paulatim.

Not.

Decinere.

Cinis autem siccus dicitur, quià remansit in eo adustionis proprietas ex vehementi calore ipsum vndequaque permeante, ad aperienteque; qua desiccare apparet; Vndè veluti erodit, & abstergit res benè humidas, sed magis pinguia, & maculas olei, quas colliquat, & expellit: & id per pene- trationem, quam facit meliùs admixtus aqua. Ipse autèm benè exilis est à prorsus vincente calore in puluerem actus, ac ab elabente spiritu ada- pertus, itaque & poros subintrans, & caliditate sua adurens: Nam subti- litates quasdam eleuat, itaqué & constipans. At non ex hoc calori sicci- tas inesse probatur, cùm hæc non viuant simul: siquidem calor omnia attenuat, & educit tenuitates, vndè remanent partes siccæ, & duræ. Et quandò robustus adeò est, quòd totam vincat materiam, & partes sic- cas dissoluit in puluerem ob ingenitas tenuitates rumpentes crassas, vt exitum reperiant, ipsasque ampliùs educunt, & subtiliant; reliquitur tūc solus cinis. Et quærentibus quibusdam à nobis curcinerem non etiam in vapores agit calor, sed remanet semper, vndè eis videbatur frigidus, quià calor in ipsum nequít, diximus omnem portionem eius exuperabi- lem victam esse, & in vapores flammasque actum; attamen opertere ex eis relliquias manere: Prouisum enim est Deo Opt. Max. quòd nequa- quàm contrarium totum corrumpat contrarium omninò, & ad se tra- hat totum, sed remaneant reliquiæ; & in hoc summa prouidentia natu- ræ videtur elucescere, & significationes actionis vincentis principij. At hæc adulteratæ sunt, nam ex eò quòd partes tenuiores elapsæ sunt remā- serunt licciores, & ex adustione sui vim adurendi imperfectam, vel po- tius erosiuam retinuerunt. Et contraria est illi, quæ est in blando calore datis, vnctuosis nempè rebus. Sicut videmus res paululùm vnctuosas à cinere dilui. Et quoniam caloris vis multa fuit, & in cinere quippiā eius remansit, & quaq; rupit, quòd comburebatur. Nec tenuitatis portio- nem vllam reliquit, cinis disgregatus remansit, labilis, & pulueruléntus, nullo potens constare modo; cui nullus humor restitit, qui cùm siccis pulueribus collam conficiat. Pura verò entia, & quæ non sunt extremæ

Cur cinis nō agitur in va- pores a calo- re.

reli

reliquiæ aliter se habent. Medicamenta verò multa sunt calida, & sicca in respectu ad corpus humanum, quatenus effectus hos faciunt, quæ diuersimodè agunt, & diuersos effectus ob dispositionem diuersam efficiunt, & materias, per se quoque & per accidens, sicut dicebamus in 3. disp. ad quam lector accedat, nam nolo in morari denuò, & iam sufficere debet dictum Arist. & Aphrod. verùm in siccis rebus multis potest esse calor, quià partes tenuioribus crassioribus admixtæ sunt compresse, vt in pipere, & alijs, quibus tamen continuò elabentibus humidis siccitas manifestatur Et in fructibus id experimur, vbi partes tenuiores ipsa nimirùm humiditas vel Arist. consensu, à calor solis extrahitur, calorq; natiuus multus simul, cuius partes etiam remanent preesse magis. Non enim quæ cõstituit entia calor, & si ab illis tenuitates cum calore educit derelinquit, sed illis insidens perpetuò agit, vt proprium faciat subiectũ, hinc crassitie occupatus, obrutusque expergesieri nequit, vt valẽter agat, nisi natura exteriori cognata iuuetur, vel motu, aut contusione, & in his rebus stat calor languidus, impotensque seipsum adiuuare, non autem summus, integerque. At in homogeneis non compositis ex crassis, & tenuibus, quales sunt aqua, aer, & ignis, nunquàm calor cùm siccitate reperitur, & eò minùs si robustus, integerque sit. Et in his spectatur quidem quòd, si ea à summo occupentur calore, statim subtiliantur, itaq; e humida redduntur, & eleuantur partes minùs resistentes ab ipso calore: Vt signum sufficiens sit, naturam eius esse, vt insideat tenuibus, humidisque libenter rebus; nam vbi cognatum obrutum offendit, & impotens vt talem reddat molem, cui insidet, adiuuat illum ad subtiliandum, non sic cum eo esse volens, & materiam propriam concinnans ad humiditatem, aliud ad nihil, trahit. Quapropter, si vehemens calor humidam facit molem, quòd explicat, quam non poterat remissus, itaque vehementissimus, qualis est in igneo puro elemẽto humidissimam fecit, quià tenuissimam, vbi dominatur.

Medicamentorũ rationes sumantur ex effectibus, quos corpori nostro indũt.

In secundis rebus potest esse calor cũ siccitate.

Non autem in primis.

Ad primam sermonis nostri partem ait Marta: Ratio sumit vnum falsum, & à sensu alienum, quòd scilicet calor humectet. Et reliqua, quę mox dicemus; quis enim patiatur ampliùs hæc inepta hominis verba?

Respon. Mar.

Quoniam quidem cõttaria sensui ipsi sæpè ponunt, & id nos demonstramus in sensu, & nos sensui aduersari dicit sciolus. At quis non sentiat calorem liquefacere, mollificare, quamuis durissima, attenuare, fluida, quę corripit, facere, tangenti cedentia, & alieno termino figurabilia: quę omnia vel testimonio Arist. vt in superioribus ostentatum est, humiditates sunt, & harum conditiones, & gradus. Et si calor non humectet, nulla profectò vnquàm fiet humectatio. Nam humiditas merè passiua qualitas posita est à Marta superiùs, insuper inquit, siccum non humectatur ab humido, nam passiua tantùm est qualitas, sed à calore, & frigore. Et si, vt dixit Arist. desiccantur entia expresso humore cum ca-

Th.

lore,& humectantur ingrediente rursùs calore manifestum est, quòd calor humectet;& testimonia Auer. Arist. & Martę quoque sunt infinita, quòd calor humectet. Quare superfluum esset Telesij rationes adducere,quibus humorem non humectare probatur,sed vnum modò calorē, quandò aduersarius confitetur illud.Sciendum est tamen,quòd si quando humectet aqua,ideò est,quòd ipsa commiscetur, & sua penetrat humiditas humectabilia,quibus fit vna:at nouam nullam generat humiditatem,quin obmistionem propriam deperdit;|sed à calore generatur humor multus ad sensum,omnisque:quare Arist.dixit:quæ sunt commixta ex terra,& aqua,si congelentur.non humectantur,nec liquantur, nisi calore.Et in probl. sec. 24. q. 4. nec aqua feruens liquefacere potest,inquit,& multò minus ergò frigida,at ventriculus potest: liquefacere autèm humectare est,vt dicitur 4.met. & aqua non potest id facere, & calor ventriculi potest,igitur ipse humectat; & si aqua liquefaciat interdùm magis,& veriùs id facit calida,vt caloris ratio humectandi videatur, rationę cuius dicitur, quòd sal eliquari ociùs potest aqua salsa quàm dulci,ab Arist.ibi in sec. 23. q. 22. & in alijs sensus manifestat. Ipsaque etiam aqua teste Arist.à frigore fit dura,& sicca,cum congelatur,& à calore mollis,& humida dùm liquefit: quid ergò videat homuncio ad sensum,quòd calor non humectet:quodquoque ipse est confessus? Verùm quià visum est ex Arist.& sensu maledictum esse,quòd ab utrisque actiuis fiat humor,non enim fit à frigore, consequens est, vt calor ipsum generet modò humorem.

Aqua non generat humiditatem.

Mar. Sed ait Marta,postquam dixit esse contrà sensum,quòd calor id facit, idest colliquat,& humectat,vt ad pristinam ducat suā naturam; & cùm operatio denominetur à fine,à siccitate caloris denominabitur: si enim vrit exiccat,& si humectat ligna,hoc est ratione materię;actio enim omnis præsupponit materiam disponi: & quià calor vult introducere siccitatem in ligno,oportet, vt ipsum disponat exiccādo;idem est enim agēs disponens, & inducens formam,sed &c.

Th. Porrò directè hominis verba concertant inter se:nam si humectat calor, vt ad suam ducat naturam disponendo materiam, non exiccat, non enim humectare,& exiccare sunt ijdem actus,sed penitus contrarij;quare falsissimum est,quòd humectet,& exiccet.omnè quidem agens assimilare passum sibi in agendo intendit,vel omnium consensu; quod autèm sibi quippiam assimilat,exuit illud conditionibus contrarij,& indit proprias,vt videtur; & Auer.innuit 1.cæl. com. 20. quare,si ignis ea,quæ in se vertit,colliquat passim,humectat,attenuatq; signum est,quòd ipse sit humidissimus,liquidissimus,& tenuissimus,& semper humiditates generans si hæc generat. Et si,vt dicit ibi Auer. & res testatur,contrarium nō agit nisi in contrarium,& illud sibi assimilat;& ignis agit in sicca entia,& colliquat,& humectat ipsa;necessè est summè,quòd ipse sit humidus, & hume-

Idem Arist. 1. Phy. t. 43.

humectet ratione sui; si enim esset siccus, non ageret in rem siccam, & duram, & si deturbaret frigus à rebus siccis, non deturbaret duritiem, & siccitatem; at vtrunque deturbare sensus ostendit; igitur iuxtà sensum, & Perip. authoritates, est humidus; & humiditas sequitur ad destructionem frigoris, & introductionem caloris. Pręterea quandò quippiam transmutatur, è contrario termino, in contrarium, transfertur, non ad idem. Et si ex termino ad terminum mutatur, alterum contrariorum nō erit dispositio in materia suscepta ad suscipiendum suum penitus contrarium. Non enim, & si calidum & humidum sit aliquid, & calidum fieri debet, & siccum, spoliatur calore, & corripitur à frigore, quod sit dispositio ad calorem, hoc enim est impossibile; & Arist. ipse inquit, quòd si ex aere, debeat fieri ignis, non oportet destrui calorem aeris, sed humiditatem modò; Et si, vt ponunt multi nihil detur commune idem numero, genito, & corrupto, tunc minus valebit opinio scioli non enim frigescit aer, vt fiat ignis secundum eos, sed in instanti inductionis formę ignis, simùl corrumpitur calor aeris, & inducitur igneus, vt dicunt sibi Perip. licet non satis ad mentem Arist. & veritatis. At, quoniam siccitas, & humiditas sunt summè contraria, si quippiam ex sicco, & frigido debet fieri siccum, & calidum; non fit igitur prius humidum, & posteà siccum, ita quòd humiditas sit dispositio ad siccitatem; sed vel remanet siccitas prima, vel, vt alij, simul in Instanti imperceptibili vna siccitas corrumpitur, & altera inducitur. Itèm quià fluiditas, & mollities sunt species humiditatis, quin humiditates imperfectæ, sicut tepor est imperfectus calor Arist. quoque testimonio, igitur erunt dispositiones ad perfectam humiditatem, ergò, ad igneam, sicut ad sumum calorem tepor. Nā pręterea, quandò frigidum debet fieri calidum, prius inducitur tepor, & posteà perfectus calor: imperfectiora enim via generationis sunt priora ipsi quoque Aristoteli. Et quoniam omne, quod corrumpitur, in suum corrumpitur contrarium; & à suo contrario teste Arist. in lib. de long. & breu. vitę, 1. de gen. & 1. phy. & Auerroe in pluribus; igitur, si siccitas terrę corrumpitur, & non ab humiditate, quod fieri deberet, sed est purè passiua, & à calore, inducitur planè in ea humiditas: & quoniam dicitur quoque in 1. Phy. quòd ab extremis contrarijs, & à medijs incipit generatio, itaque, si humor aquę destruitur à calore, inducitur perfectus humor, & aereus videlicet, & igneus: pręcipuè si aqua, teste Aristotele, non est summa humida, qualis aer, vt alij dicunt, & nos probauimus summā ignis humiditatem ex eo. 2. De gen.

Iterum Marta dubitans in his, vt putat, nobiscùm, respondens dicit, calorem summum, & proportionatum semper exiccare; & ideò non omnem, quià non omnis & robustior passo. Mar.

Sed fallitur multipliciter: si enim calor languidus humectat, qui fortior est humectabit magis; non enim differunt in actionibus, nisi penès Th.

Si ignis imperfectus est humidus, ergò perfectus est humidior.

magis,& minùs valentes idem efficere. At vel ignis exiccat huic homini, quòd reducit materiam in ignem, qui est ficcus illi, vel quòd quod remanet ex eius adustione, actionesque in ficcum, ei apparet. Non ob primum quidem; etenim ignis impurus, veluti fumus, & flamma, & qui est non integer, ipse videlicet aer, & vapor, est humidus, & facti sunt ex ficca materia ab igne humidi, tenuesque; ergò humidissimus & ignis erit purus, nam semper ignis suas indit conditiones, & quæ insunt igni imperfecto imperfectæ, insint oportet perfectas in perfecto. Medium quidem extremorum sapit, vt aiunt, naturam, vel vnius extremi non integram; igitur preterea, si emollit ignis;& liquat ficca ent a,& terram in vapores molles, liquidosque agit:& mollities, & liquor sunt imperfectæ humiditates Aristoteli, cùm non sint de termino, quem vocant, à quo, erunt ad quem; semper quidem, ait Arist. in Metaphisicis. de imperfecto ad perfectum tendit generatio; veluti si quippiam tepefiat tantillùm in calefactionibus, vltimò summè calefit stante eodem calefaciente; & idē in frigefactionibus; igitur si mollescit quippiam stāte eodem agente mollificante, postremò summè humefiet. Quasobres si à paruo calore tepe fiunt,& mollescunt entia, deindè attenuantur, summè itaque in fine humescent; non quidem sunt nisi caloris, & termini ad quem huiusmodi humiditates; quas ergò oportet summas esse in summo igne. Nec videatur exiccare ignis, quòd quæ remanent, ficca appareat, vt lateres decocti ab igne, & alia multa, non enim idem agens perse contraria facit, ait Arist. sed veluti per accidens contrarium ad actionem proprij effectus quandoque insequitur. Quasobres dicendum est cùm Telesio, sicut aliàs ostensum est, quòd quæ siccescunt calore entia, è dissimilaribus composita sunt partibus, & calor antequàm alias emolliat, emollitas, subtiliatasque euellat, his resistentibus crassioribus, itaque quę remanent humidioribus spoliatæ, durum concrescunt in ens. Ex lateribus siquidem partes educit aquas ignis, ipseque calor, quæ minùs resistunt, vt admodum caloris concinnentur; itaque quæ remanent densantur magis, apparentque earum ficcitates. Et ideò Arist. aquam puram crassescere nullo calore docet, quià similaris est tota, non videlicet è crassis, tenuibusq; igitur & diuersis, dissimilibusque constituta. Hinc aurum, quià similare est, totum simul liquatur, & nihil vel insensibile modicum exalat ex eo, Et quę vrit ignis, priusquàm permeans calor paulatim ritu suo in lentorem, mollitiem, viscositatem, fluorem, & vaporem, quæ sunt tenuitatis, summæque humiditatis gradus, & species, agat simul tota, sua vehementia exteriores partes repentè, contrario agens modo à tenuitate incipiens, tenuefacit ;&labitur cum illis sursum inditus calor, & quę resistunt extremæ, in crustam aguntur, priusquàm in eos gradus confluāt omnes, quos inducere solitus est calor moderatè agens, & omnes permeans, æqueque immutans omnes. At non in his spectanda est caloris natura,

Quo pacto ignis exiccet, qui per se humectat.

2.de Gen.an. cap.2.

Cur liquatū aurum nō minuitur idem Tel. 1. mai. cap. 21.

natura, sed in ijs, quę vicit, & sursùm eleuauit, suoque concinnauit modo, & ad regnandum apta reddidit; quę valdè humida, tenuiaque effecta testantur caloris opus tenuitatem, humoremque esse vnius votum. Et quidem in doctrina Arist. ea, quæ ad naturam ignis accedunt, debent esse sicciora, taliaque essent dicenda vapor, fumus, & tenuitas, & quæ remanent non immutata ab igne debēt uideri humidiora Peripateticis; quod sensus falsum esse depræhendit; ut falsa uideatur Arist. opinio, sed de his à Telesio, & nobis dictum est amplissimè.

Vbi actionum suarū conoscēda est caloris natura.

Ad aliam (ait) dictum est suprà quomodo frigus indurat, & quomodo aqua densatur, non solùm frigore, sed etiam calore. Præterea illa, quæ sunt humidissima, & maximè fluentia, non tantùm frigore crassescunt, sed etiàm calore; sensu enim uidemus calore tabescente oleum crassescere, quod neque à frigido gelatur, neque à calido coagulatur; nàm quæ gelantur humidum aqueum debent habere, non pingue, neque uiscosū, oleum autem non habet aqueum, sed aereum, quod pingue est, & uiscosum. Et multę item sunt res, quæ calido crassescunt.

Mar.

Nos autem ostendimus, per se frigus solum densare, & ipsum modò densitatem, crassitiem, duritiemque intendere; calorem uerò per accidēs quatenus partes crassas tenuibus spoliat (neque enim idem repetere, ut ueritas elucescat, his, qui semper eandem adducunt rationem, nostri pertesi laboris, grauabimur) ut si ex aqua, & terra quippiam fit mixtum, si corripiatur à calore, exhalant partes aquæ, quæ non resistunt ut fiant caloris cognatiora subiecta, & siccitas terræ in remanentibus manifestatur. Nec uerum est quòd aqua crassescat calore, nisi sit impura, & partibus crassiusculis terrestribusque admixta (liceat terrestres partes denominare eas, quæ sunt crassæ licet non terra sint pura, nec frigidę, nam ex contrarijs nobis non fit mixtio, vt regnet, sicut dicemus) id itidem antè nos agnouit Arist. in 4. met. t. 21. & 37. licet ratione non vsus, sed solo sensu. Et eodem pacto est de alijs. At oleum non coagulatur eo tabescēte, sicut putat Philosophaster, sed quià exhalat calor cum partibus subtilioribus, remanentibus grossis; oleum enim non est similare prorsùs, at habet de viscositate, quę ad mixtionem aliquantulę cùm humore designat teste Aristotele, & Arist. & Auer. in 4. met. t. com. 40. distinguentes inter coagulari, & ingrossari oleum non coagulari à calido, nec frigido volunt, sed à calido ingrossari; quià calor ignis per longum tempus dissipat aereum, & in recessu aeris declinat oleum ad naturam aquæ, & inspissatur; sed meliùs dicebamus, licet non sat diuerso modo, quòd partibus tenuibus ascendentibus remanent grosse, liceat ijs ad naturam aquę tēdant. Et multum quidem tempus requiritur, quià non est satis dissimile in partibus, & difficiliùs cogitur, quod est purius, & dùm quę subsident etiam raresiunt alijs exeuntibus propter calorem. A frigore autèm non promptè coagulatur, quia habet satis de calore resistente, & partibus tenuibus,

Th.

De coagulatione & igros.

Aqua pura non crassescit calore.

Calore oleū quomodo coaguletur.

Et quia viscositas est tenax partium, quo modo a frigore.

nuibus, quas ipsi vocant aereas, at coagulatur tandem frigore vehementi, & Arist. ibidem concedit quod ingrossatur à frigore, sed non coagulatur, & profectò si ingrossatur id fit per condensationem suarum partium, & coagulatio aliud nihil est, vt videatur non satis rectè Arist. sentire: & quidem Aphrod. in 1. Probl. q. 126. oleum, & aquam coagulari fatetur promptiùs, quàm acetum, vinum, & garum: Auer. quoque in 5. col lig. cap. 26. coagulari oleum frigore ostendit, propterea quòd partes aereę conuertuntur in aqueas Nō quidem dicat vnquàm Auerroes, quòd oleum in aquas vertatur, id quidem sensus abhorret, sed quià partes magis subtiles: quæ aereæ illis appellantur, concrescunt in aqueas eis appellatas, nobis autèm in densas; ita quòd oleum frigore conglaciatur, quod nolebat Arist. & Marta cum illo, arbitrantes, quòd propter viscositatem non coagulentur, & partes aereas, olea, & vnctuosa. Et profectò nulla est causa; res quidem viscosæ multę frigore conglaciantur, & indurantur, vt materia laterum, cera, & colla, ac alia: & partes aeris itidèm Aristoteli conuentuntur in aquas; & tandem in glaciem: & in aere vapores, qui magis aerei sunt, quàm partes olei, in grandines conglaciantur, & niues ab ipso frigore Aristotelis testimonio. Vt omnibus modis falsa sentētia sit, qua oleum gelari non posse fatetur, & experientia ostendit temporibus hyemalibus in locis frigidis oleum gelari facilitèr, non tamen ut aqua; nam olei calor est resistens magis, nàm fortior, & uiscosior aqueo. Et Arist. id fatetur in prob. seç. 23. q. 7. quęrens, cur mare minùs frigescit, quā aqua bibi idonea; quod est, inquit, quià pinguius, & omne pinguius est calidus; tale autem est oleum, ut dicitur in q. 32. & ibi in met. 4. Sic itèm terrea nobis crassescunt calore, sed per eductionem internarum partium, minùs resistentium: Vndè Auer. ait in Paraphrasi 4. met. coagulatio in eò, quod coagulatio, fit in genere partium terrestrium, & exicratione elementi aquei; & ibi infundit ingrossationem cum coagulatione, nam antè hęc uerba, ait, exemplum eius, quod ingrossatur á calido propter ad mixtionem partium terrestrium cùm aqueis est, sicut lac coctum, (at per terrestres intelligi debent grossiones nobis, nam non datur terra, ut fiat mixtio in his, sed naturam alteram prorsus nacta) & ait, sed illud, quod ingrossatur propter admixtionem aquei cum terreo, manifestum est: nàm ingrossatio est aliqua congelatio seù coagulatio. Igitur Auer. coagulantur à calido entia per eductionem partium aquarum, remanentibus terreis, Et ideò etiam ait, cum suo Aristotele in libro eodem, ubi abundat aqua, non fieri coagulationem, nisi adsit terrea portio. Et ipsi loquuntur sic cogitantes de mixtione; sed re uera illa non fit. At terminatio à calore facta, quę eis sic, ingrossatio, & coagulatio dicitur. Ex his tamen dicitur, quòd coagulatio non fit à calore, nisi ubi sunt partes dissimulares, ut dicit Auer. te. rex, & aqueę uel aereæ, nos autèm, subtiles, & crassę. Idcircò ait Telesius. Calore quę

Et nos glaciatum oleum vidimus.

cra sse-

crassescunt, nequaquàm similaria ea sunt, sed longè diuersis composita partibus, & quorum aliæ multò promptiùs, ægriùs aliæ attenuantur, his itaque vix dùm fortè emollitis, lentisuè factis, in summam illę acte tenuitatem, elapsæ sunt omnes: quarè hæ, vel propria crassitie dimotæ quid, at multò ampliore, spoliatæ tenuitate, crassiores appareant necesse est. Quin nec perpetuò id tamen accidit; nàm vel eodem fortè calore, vel diuturniùs agēte in summam aguntur tenuitatem. Quarè sic intelligitur dictum Aristo. quòd alienorum sit disgregatiuus calor, quià à crassis separat tenuia, & quoniàm crassa congregat, hinc similium, ait, est congratiuus.

Ad aliam, inquit, dicimus, quòd calaber non benè Arist. allegauit. Est ergò textus 33. 4. met. sed Arist. dicta in eam sententiam sunt accipienda, vt calor exiccet per euaporationem partis humidæ aquæ factam vi solis, parique ratione humefaciat per colliquationem partis aquę coagulatæ priùs, sic frigus quoque exiccat, & humectat, non quòd humiditatem perse, aut siccitatem generet, sed quòd, vel vaporem in aquas cogit, aut calorem fugat, & exprimit, quem propria humiditas insequitur. Sic igitur calor, & frigus per accidens humefaciunt, & exiccant, vt sic autèm calidum, & frigidum non sunt primæ qualitates, sed inquantùm humidum, & siccum primæ vocantur. Mar.

Porrò hic homo nunquàm Arist. legit, nos quidem adduximus textus cùm rationes Telesij producebamus; & ipse putat, ea dici ab Arist. in t. 33. Sed hic textus est in 5. cap. & quæ sequuntur etiàm in 6. quare optimè allegat Telesius. Sed homuncio non vidit sectiones in textus & capita Auerrois, at quæ ab alijs dicuntur, accipit modò. Quæ autem dicit contradicunt, ne dùm veritati, sed Aristoteli directè. Ipse quidem in 2. de gen. an. & 5. lib. calor, inquit, & frigus per se indurant, coagulant, mollificant, rarefaciunt, & similia, & in 4. met. 1. declarans, quòd sint actiua principia calor, & frigus; fides, inquit, horum ex inductione est. Videntur enim in omnibus caliditas quidèm, & frigiditas terminare, copulare, permutare, & homogenea, & non homo genea, humectare, & exiccare, & mollificare, & has quidèm actiones per se ijs tribuit, alijs enim per se nō competunt; Et signum item est, quòd subdens ait. Sicca verò, & humida tùm ipsa per se, tùm communia corpora, quæ ex his constant, terminari, & alias dictas passiones pati, scilicet copulari, mutari, humectari, & exiccari, mollificari, & indurari. Et profectò si per se has hęc patiuntur, perse has calor, & frigus agunt passiones. Et prætereà subdit Arist. quòd in horum diffinitionibus has ponimus actiones: dicimus enim calidum esse quod congregat homogenea, & disgregat ætherogenea, & frigus quod vtraque congregat. Vndè, quoniam quæ in rationibus ponuntur perse prędicantur, vt dicitur 1. post. & in Metaphysicis, necessè est, vt tales effectus per se ab his sint causis: & hoc dixit Auer. quòd operationes ponuntur Th.

Calor, & frigus per se humectant, & exiccant ex Aristo. & humidum ac siccum fiunt ab his, & non agunt, ergò nō sunt prin.

nuntur in diffinitionibus formarum. Siquidem fatetur in 2. de gen. com. 15. quod calor, & frigus elementorum sint formæ, & differentię, & in 4. met. in summa calorem formam eorum quibus inest vocant; & agens substantiale in 3. coll. cap. 21. Et Niphus in 4 met. super t. 37. & 41. cùm Aphrodisæo contrariorum idem non esse causam docet ex textu Arist. sed si per se colliquat calor indurat per accidens, & frigus si per se coagulat, per accidens resoluit. Et Auer. ibidem in summa, & per se, & per accidens effectus caloris, ac frigoris has mutationes docet; licet non benè.

Auer. contrad. Nam inquit, loquamur primò de congelatione, & liquefactione, & quià congelatio, seu coagulatio siccitas quædam est, & liquefactio quædam humiditas, debemus priùs loqui de eis. Et apparet quod siccitas, & humiditas fiunt ab his duobus calore, & frigore: & dicamus quòd siccitas per se primò producitur à calore. Eccè quomodo Auer. nec siccum desiccare, nec humidum humectare vult, sed fieri ab actiuis ambo principijs, & quòd per se à calore fiat siccitas, quam à nullo fieri perse Marta

Cõtra Aue. iudicat. Et quidem nobis falsa est hęc sententia: nam per accideus exiccat calor: & verba eius ostendunt sequentia. Nam de consuetudine, ait, caloris est consumere humiditatem aqueam, quæ est in admixto, & accidit ei siccitas: Itaque si velit, nolit Auer. veritatem fatetur. Ast ex hoc habetur, Martam contradicere Perip. Item subdit Auer. Quòd autèm frigiditas faciat siccitatem locum habet considerationis; nàm sua operatio prima, & per se est humiditas; nam humiditas aquæ associatur cùm frigiditate, igitur cùm dominatur forma frigiditatis, sequitur, vt in re, de cuius consuetudine est assumere frigiditatem, humefiat. Vbi Auer. quoque perse causam humiditatis appellauit frigus contrà Martam. At sunt valdè erronea verba Auer. verba; etenim vapores, quos in aquas humidas frigus conuertit, humidiores sunt aquis, vt patuit per rationes horum principiorum; nam magis de se interminabiles sunt, & molliores, & tenuiores, & figurabiliores ab alijs; quæ in humidorum posuit rationibus Auer. iǹ 2. de gen. Quapropter signum est necessarium, quòd, si coagulat in aquas, & constringit, densatque vapores frigus, quòd videlicet induret, & desiccet dese, & perse, & hoc primò intendat: nàm non ad humidius trahit, sed siccius; & quantò robustius est, tantò desiccat magis, coagulatio enim in aquas desiccatio quędam est, at non vltima, dicere debebat, & summa, quià frigus non fuit validius, vt possit prorsus indurare, & siccare. Et amplius id patet, quòd intensum frigus in grandines benè siccos, durosque cogit vapores, igitur ex impotentia humorem relinquit in qua, & ipsas quoque aquas vbi vehementius fit desiccat. Et ipse Auer. perse, inquit vbi, & per accidens fit ingrossatio à frigiditate; perse autèm cùm transmutantur partes aereæ in re, quę ingrossatur, ad aquã, & fit grossum propter hanc causam. Itaque quę generatio ex aere Auerroi est ingrossatio, & coagulatio, & superius dixit, quòd ingrossatio est

2. Vapores sunt humidiores aquis.

coagu-

coagulatio,& coagulatio est siccatio quædam,& non semel ibi à frigore aquas,& niues gelari commemorat. Verùm postquàm dixit,quòd frigus per se operatur humiditatem,videns,quòd operetur siccitatem quoque inquit,veritas de hoc est , quòd non quælibet frigiditas facit humiditatem,sed frigiditas,quæ est in materia humida,& frigiditas aquea ; frigi- 4
ditas autèm , quæ est in materia sicca, sua operatio prima, & perse est siccitas. Et posteà vocat primam frigiditatem aqueam, & secundam terream. Et reuera fallitur homo, nam Arist. non distinxit inter frigiditatē
aqueam,& terream;sed si , inquit, ex aqua deturbetur humiditas rema- 5
nente frigiditate, conuertitur ipsa in terram. Et alij rationibus multis Achil.
probant eandem esse terræ,& aquæ frigiditatem. Sed, vt omittamus hęc,
maximus error est Auerrois sententia;si enim vniuocè frigus dicitur de 6
aqueo,& terreo,profectò eadem vtriusque erit operatio,& non contraria;& si in natura frigoris eiusdem sunt naturæ,& contrarij effectus per se à contrarijs naturis fiunt,neutique vtrique humiditas, & siccitas erat assignanda; ad quod accedit hominis inconstantia condemnans eum.
Præterea quidem,si quippiam fit humidum , ex sicco ; sit nam transmu- Sermo efficax
tationem à contrarijs fieri terminis , agentibus contrarijs, non semel Cōtra Aue.
Aristot. & Auer. prædicarunt ; igitur frigus , quòd in re humida est , si debeat humidum per se generare, oportet quod ex sicca re illud faciat ; at frigus non ex sicca re , nam non ex terra, vt alius manifestauit sermo, sed ex humidissima aquam humidam generat, & ex humidiore re, quàm est aqua, facit aquam, quæ est minùs humida, ex vapore, scilicet, & aere, vt in eisdem verbis fatetur Auer. nedùm in 1. met. Igitur ex eo, quòd aquam facit, congelare, & exiccare videtur res humidas , dùm minùs humidas prò posse reddit, nàm si amplius posset, clarum est, quòd induraret , & exiccaret magis ; quod demonstrat frigus prępotens in aere gelans in grandines,& niues,& in res benè duras teste Arist.& Alb. Et illud frigus potentius esse, quàm, quod aquas procreat,testis est quoque Arist. & Auer. tractantes de pluuijs. Et hinc apparet,quòd frigiditas,quę est in materia humida non differt ab ea , quę est in sicca,nisi penès magis,& minus potens. Frigiditas itèm enim,quę est in aere cogens ipsum in grandines siccos,& duros, est in materia humida;itèm etiam frigiditas , quæ est in visceribus terrę conuertens partes aereas , & vapores, ibi genitos à calore introacto, in aquas humidas, sicut Peripatetici dicunt,loquentes de fontibus,& aquis infrà terram effectis,clarum est, quòd fit in materia sicca scilicet in terra , & tamen generat humiditatem aquę eodem pacto,quo frigiditas aquea . Quas ob res dicendum, quòd vna est frigiditas terrena diuersificabilis in magis, & minus , & semper congelans, indurans, & exiccans tàm homogenea, quàm ætherogenea perse;& contrarium efficere calorem scilicet rarefacere,mollire,liquare,& humectare;nam contrariorum diuersę sunt cau-

Not. sæ. Et si quandò alteram contrarius effectus consequatur, considerandum est,& inspiciendum in ipsis rebus effectis,quomodo fiant, quaque ratione;& sic calorem videntes quòd sequatur induratio,& non de eius natura,intuendum est,quòd per segregationem id faciat,& non per constrictionem, itaque accidentaliter, præsertim cùm res segregatas humidiores efficiat. Et dicit posteà Auer.accidere frigus, & humiditatem ad actionem caloris,quatenùs dissoluit humiditatem corporis,itèm ait,dicimus quòd calor agit humefactionē per hoc,quòd habet operationem in inuentione causæ humefactionis per se:nàm de consuetudine caloris est transmutare partes siccas, & congelatas, seù ingrossatas rei ad vaporem humidum, vel omnes, vel quasdam, &c. Eccè quomodo ipse Auer. indifferenter humectare, & exiccare perse, & per accidens his causis attribuit,licet erret.Reuertamur itaque ad Martam,& dicamus,quòd ipse nihil veritatis in hac re habuit,nec de intentione Aristotelis quicquam. Hi.n.sępè perse à calore fieri has mutationes voluere.Pręterea perse operatio caloris est se ipsum generare simile in specie,& forma,& materiam alienam itaque propriam facere;ignis autèm materia est tenuissima, labilissima,& mollissima, vt demonstrauimus, igitur per se proprium est ignei caloris attenuare,emollire,liquare,igitur, & humectare. Et id ratione Auerrois quoque probatur,inquit enim in summa 4.met.frigiditas,quę est in materia sicca,sua operatio prima,& per se est siccitas,nam agens in eo quod agens,agit in passum ita,quòd faciat ipsum simile ei in specie,& forma. Quasobres nos dicamus, quòd si natura caloris est esse in subiecto humido,tenui,liquido,molli,vt & Peripatetici dixerunt, ipseque in primis Auer.quorum verba superiùs produximus, quę pabulum,& subiectum caloris humidum fatebantur,& cum eo elabi,cunque illo intro duci,& ignem de eorum dictis humidum esse ostensum est,igitur caloris operatio perse primò erit humectare, liquare, & attenuare; quippè,qui existat,existereque cupiat in tali materia;sicut frigoris stantis in materia sicca operatio perse primo est siccitas, propter rationem, quòd agens simile perse producit.Itèm igni semper competit hæc agere ergò per se,effectus enim per accidens est qui accidit effectui perse,sicut perse passiones semper adsunt causis, sic & hæc propria caloris vocata à Perip. Quoniàm autèm eleuare humiditates subtiliatas, subtiliare,& in vaporem ,ignemque vertere, quòd humidum generare est, propria est ignis conditio,& ad huiusmodi euaporationem,quàm per se facit nobis & Aristoteli in 3.de gen.an.capitulo libri 5.accidit, vt partes remanentes,quę subtiliari,& vapores fieri minùs potuere,sint duræ, talesque appareant mollioribus derelictæ,sequitur ergò, quod indurare, & exiccare sint per accidens caloris opera, nam vbi commixtio siccarum non est, non indurat calor,sicut de aqua dicebat Arist.in 2 de gen.an.cap.2 Et quià semper quæcunque summum corripit frigus densat, & indurat,

Iterum calor per se humectat.

compin-

copingitq; similaria,& dissimilaria sicut Arist. dicebat in 2. de gen.& 4. met. hæc igitur perse sunt opera eius, contrariorum enim contraria est causa, frigus quidem vapores subtiles in crassam cogit aquam, in respectu ad illos, & si amplius valet, cogit in glaciem, rem sanè duram, & in Crystallum,& terram tandem, nisi adueniat calor, illud impediens; itaq; frigoris per se hi sunt effectus: qui sunt spectandi in rebus, quas ipsa superarunt principia. Et hi effectus reducuntur ad terram, & aquam, non quod ipsę hęc facerēt, sed frigus in eis existēs, sicut nec aer cogit vapores in aquas, sed frigus extraneum. Et Arist. in 4. met. t. 36.& aqua frigida nō facit congelari mel per naturam suam humidam,& fluentem, sed per frigus suum. Nos quoque dicimus, quòd nec aqua per frigus, vt ibi dicit Arist. quod est humidum, colliquat, & humectat, quę calore concreuerunt, velut salem, & semen, vt dicit in 2. de gen. an. cap. 2. Nam ipse in probl. ipsam colliquare non posse confessus est, nec calida si sit, sed id quidem per commixtionem sui efficit, vt alibi dicebamus, sicut.n. ipsa elabente à partibus terreis dùm separatur calore ab extraneo, quę remanēt apparent durę,& crassę, sic ipsa commixta iterùm beneq; imbibita grossis illis, rursùs obtegitur crassities earum. At ipsa non se effundit, vt non tangens emolliat, sed tangere ipsam oportet, & vnum fieri cum his, quę oportet fieri humida aquea humiditate, sed quantò magis ipsa miscetur, tantò fluidiora redduntur, sicut in luto experimur benè liquido ob multam aquam ei admixtam. At calor per se,& sinè igne terram in fluores inuertit,& entia dura omnia emollit. Et profectò qui videtur sal liquescere in hyeme non ob frigus primò liquescit, sed ob vapores aqueos ei adiunctos, quorum calor moderatus sufficienter agit, & hinc est, quòd flante noto, calidum, corpulentumque paululùm vaporem afferente, talia molliri,& aqueum humorem scatere videntur. Ipsum autem frigus semper densat,& cogit, exiccatque iuxtà vires suas, At redeuntes ad Martam dicimus, quòd per se contrarium operatur calor. At ipse arbitratur, quòd partes aqueas, quas colliquauit, calor humectet per accidens. Verùm, si per se colliquat per se humectat, nā colliquare humectare quoddam est inquit Arist. & Auer. & ampliùs, si per se expellit calorem cùm humiditate sua frigus, veluti dicit Auer. cum hoc non fit, nisi comprimere,& indurare, ergò per se exiccat,& exiccationem intendit: nam sicca sunt ideò entia, quia cōpressa ad eò sunt, vt ampliùs comprimi nequeāt, ideoque resistunt tactui. Veruntamen nō potuit abnegare homo, quòd calidum,& frigidum sint causa humiditatis,& siccitatis, & non siccitas siccitatem,& humiditas humiditatem, efficiat, est confessus, quod suprà nolebat. Quoniàm dicunt, quòd per accidens est, ad per se reducitur, & humectare non reducitur ad humiditatem, vt probat Telesius, & Auer. & Arist. confessi sunt, igitur ad vnum principium actiuum, non ad duo, cùm enim ipsa contraria sint, idem non efficient, vt milliès docuit Arist.

Et ideò non colliquat ceram.

Quomodo sol aqua liquatur non agente.

4. Met. & 2. de gen.

& cùm non reducatur ad frigus, nàm ipsum videtur indurare, ergò ad calorem; alia enim non sunt actiua principia Aristoteli in 4. met. t. 1. præsertim autèm cùm calor semper humectare appareat. Et quia teste Aristotele, & Auerroe in summa dicente: de consuetudine contrarij semper est facere oppositum actioni eius cõtrarij: exiccatio reducetur ad frigus per se, nihil itaque aiebat Marta, & ridiculum est maximum quod infert vltimò, vt sic calidum, & frigidum non sunt primæ qualitates, sed in quã tùm humidum, & siccum primę vocãtur. Quod ideò dicit fortasse, quoniam, si siccum, & humidum ab his fiunt, non sunt principia, vndè potiùs fatetur non esse primas qualitates, eo quòd has, quæ primę sunt efficiunt, vt Aristoteli, & non veritati obstrictus videatur homo; quippè qui ex eo, quòd causat, causam non fatetur, quod est causa, vt Aristoteli indulgeat ponenti causam, & principium quod ab alia causa dependet, & pereat potiùs ignorantia sua, quàm fateamur humidum, & siccum esse principia, si ab alijs fiunt. Nos igitur dicamus, quòd, quià ab his fiunt, sũt effectus, nõ principia. & quià calor, & frigus etiàm, quę posuerũt peripatetici principia, nè dùm omnia alia efficiunt, maximè esse principia, & omnium prima ex hoc dici, sicut ratio hæc firmissima, & sensus ostendit; quorum vtrunque peruertit naturę calumniator, vt labantem vndique Aristotelem subleuet, itaque & præcipitem agit. At ad Aristotelem redeamus.

De inuersione elemẽtorũ Arist. op.

Aristoteles in 2. de gen. ex t. 24. vsque ad 27. inclusiuè sermonem habens de mutua elementorum inter se generatione: cùm omnia, inquit, elementa sint contraria, & quodlibet cuilibet, igitur quodlibet in quodlibet potest transmutari Et quoniam elementorum quędam in duobus opponuntur principijs, vt ignis, & aqua, terra, & aer, oportet transmutetur aquæ humiditas, & frigiditas, vt fiat ignis, & è contrà, idem de aere & terra, quapropter horum, ait, difficilis est transmutatio, nam difficiliùs est transmutare duo principia, quàm vnum. Quædam verò opponuntur in vno, vt aer, & ignis in siccitate, & humiditate, & aqua, & aer in caliditate, ignis, & terra in frigiditate, manifestum est, ait, quòd mutata, aer, humiditate, fit ignis, mutata frigiditate aquæ, & remanente humiditate fit aer, & mutata frigiditate terræ, remanenteque siccitate fit ignis: sic è conuersò de omnibus. Quare in his habentibus symbolum facilior est transitus, facilius enim est mutare vnum principium quàm duo. Ampliùs, ait, si vniuscuiusque principium alterum corrumpetur, facilis erit generatio, non ad inuicem autem transmutatio. Si enim ignis corrumpatur calor, & aquæ humor, remanẽtibus frigore aquę, & siccitate ignis, fit terra ex eis: vel aer si siccitas intereat ignis, & aquę frigus, & si aeris corrumpatur humiditas, & terrę frigus, fit ignis ex terræ siccitate, & aeris calore remanentibus, & ex frigiditate terrę, & humiditate aeris fit aqua, alijs interemptis contrarijs duobus.

Telesius

Telesius autem in 2. min. cap. 18. & 3. mai. cap. 39. à sensu edoctus ratione quoque abnegauit hæc omnia Ignem modò, & terram agendi, & se se generandi vi prædita affirmat: aerem verò, & aquam in ea, nec in inuicem agere, nec se generare, sed ab alijs fieri princip ijs non integris, vt sensus monet, & corrumpi, immutariq; e. Etenim ignis promptè aerem, & aquam in se transmutare apparet. Aristot. enim testimonio, ignis sublunaris nutritur aere, & omnium actiuissimum elemētum est; & quidem si coeat ignis & aqua, dum non superponatur aqua; vt suffocet illū, ipsam immutat in vapores, & denique in ignem, vt in his de aqua dictum est sermonibus, & addimus profectò; quod ignis non extinguatur ab aqua, vt à contrario, sed vt obstruente flammas, & iam diximus, quòd vbi pori non sunt, aqua non extinguit, & Hyeron. Cardanus docet fieri ignes artificiosos ex bituminibus, qui non extinguuntur aqua, sed accenduntur, in lib. de subt. rerum. At igneus sol nullo ferè negotio, sed promptè hęc superat, terram verò ęgriùs conuertit, nam ipsa frigores summo, & summa eius densitate obsistit valdè; sed huius contrarium esse deberet iuxtà Arist. placita nam terra, & ignis habent symbolum illi, quod non habet cum aqua. Et ea, quę sunt composita ex terra, & aqua id amplius manifestant, nam citius soluuntur in ignem, & vapores calidos, quo ad aqueas partes, & terminatę, & siccę remanent terrestres, sicut dicit Auer. in 4. met. summa. Et lutum ex terra, & aqua confectum, si adsit ignis calor, vel solis, repentè partes aqueas à calore subtiliatas, superatasque deperdit, & terreę remanent. Et infinita possunt adduci exempla aduersus Arist. dogma. Quapropter sensus docet Peripateticos, citiùs transmutari aquam, quàm terra. Terrenę etiàm partes, frigus nimirùm earum natura, absente sole, in aerem ascendunt, ipsum nimirum immittunt frigus, & cum eo tenebram, sicut sol cum calore lucem, & aerem in aquas cogunt, rem sibi cognatiorem, & in glaciem, & denique in terram, nisi calor solis reprimeret, interciperetque opus eius. Aquam, & ipsam marinam quæ calida est, vel Aristoteli congelat, (neque enim fit aqueum frigus, quod aquas gelat, & corrumpit, quippè cum naturam propriam ens nullum destruat) & in terram partes eius agit, vbique se resarcit; operà caloris in se transmutat. Et ignem ipsum extinguit terra, non suffocando modò, sed se ipsum in eam effundentem, contingendo, & debellando. Vel in ipso aere frigus summum, quale est in antris, faces accensas extinguit, & flammas benè grandes, vt experti sumus non semel: & narrauerunt alij, vbi non erat ventus, sed frigus immane. At aer nec ignem in se conuertere, quod facilius apparet Aristoteli propter symbolum, nec eius dispositionem immutare conspicitur vnquàm. Et superiùs ostensum est ignauissimum esse calorem aeris, vt agat in ignem nunquàm, & humorē non agere & Arist. testimonio patuit: Terra etiam nihil ab aere pati videtur, quod maximè eam tangens aer, & in duobus contrarius illi, ipsaque

Tel. op.

Th.

Ignis. & terra solum agunt, sed ignis est actiuior.

Impos. sunt inuersiones Arist.

Ignem solis actio probatur in omnia.

Terrę actio In quædam.

Aeris actio nulla reperitur contra Arist.

1

2

Terra non patitur ab aere, vt vult Arist.

quę diminuta est valdè à sole, & aer adiutus, nec tamen illam sensibiliter immutat, vt in superiori declaratum est sermone. Quin maior terrę portio ab aere locatur, & quęuis eius glebula in quouis aere, si aliud igneum robustius non adsit agens, seruatur, nec ab eo corrumpitur. Vndè est ergò quòd tantus aer summè calidus, & humidus summè tantillam terram non in se agit? falsa ergò est Aristo. positio. Præthereà nec aqua, nec succus quiuis ab aere in propriam naturam permutatur, sed quælibet aquæ portio in aere seruatur, nisi solis ignitus calor accedat, in aerem, & in se conuertens, vel frigus terræ, in glaciem, propriamque naturam. Vt videatur terra modo, & ignis potentes omnia transmutare vbiuis, demandantes, & fundentes quòuis naturam suam: Et itaque si aer eorum portiunculis immixtus, nil ea transmutat ex se, nisi extremorũ naturæ in eo recipiant, quæ prima verè, nullis negata, cōponũt corpora, consequens est, vt nō sit elementũ aer, nec summis prędictus viribus, summoq; calore, quales ad prima corpora requirunt; Etenim quouis calore adueniente superioris corporis hæc immutat; & aer, Perip. testimonio, summo donatus est calore, si debeat esse elementũ; cuius cōtrariũ in hac disputatione superiùs demonstrauimus, & sermo hic declarat. Nō itaq; vbi coierint elemēta hæc, eas faciũt trāsmutationes, quas posuit Arist. vt meritò sint ab elementorũ consortio hęc separanda, aer scilicet & aqua.

Nec aqua ab aere patitur mutationem.

Aquæ actio vera non reperitur. Cōtra Arist.

Aqua insuper, licet extinguat ignem, non tamen propriæ naturæ robore, actiuitateq; sua, sed, quod vel calidissimi faciunt succi, mole eũ opprimens, suffocansque, ad quod accedit frigus alienum: quo coagulat interdùm Aristoteli, sed non propria natura fluente. At in aquã ipsum non conuertit, quod maximè facere deberet, si superat, & obtinet victoriam extinguit, vt aiunt, & est maximè illi contraria. Omne quidem agens simile generat in specie, id probans dicebat Auer. At nunquàm visa est id facere aqua, quod semel in ætate hominis vna facere deberet, saltèm, & tunc saltèm cùm maximè est frigefacta, vel congelata; vt nullo sensu ergò positio videatur Aristoteli confirmata.

Ab aqua ignis non mutatur.

1

Præthereà augetur impossibilitas hæc, quod aqua terram, quam subit, non puram, sed solè emollitam in minutissima quidem dissoluit frustula, quæ adunantur tandem; at nunquàm in aquam aqua vertit, quod facillimè Aristoteli agit, tùm propter symbolum, tùm quia in liquidum est dissoluta lutum, emollitaq;. Itaq; aqua in quauis quantitate, & quantouis agens tempore, admixta terræ, ne dùm separata, in vapores educta actione solis, subsidere apparet terra, & crassescere, nihil tamen ab aqua imminuta, inq; eam acta, cui tanto tempore admixta erat. Vt nil videatur agere aqua, sed per cōmixtionem tui crassitiem alienã interdum obtuat. At ab igne, & sole in aquam terram solui apparet. Nec aliud prorsùs agens Arist. assignauit, nec Alb. quin aquas in medijs terris à calore ibi incluso eleuante vapores fieri statuunt, ab eoq; educi in fontis orificium. Præthereà nec aqua aerē transmutare

2 Nec terra.

3

4

mutare vnquàm poteſt, quantuluſuis enim aer in medijs aquis in aquã agi non videtur, ſed ſeruatur, niſi terræ frigus immutarit ipſum, aut cœli calor. At oportebat iuxtà Ariſtotelis placita, ſtatim immutari propter ſymbolum, in medijs aquis iniectum. Quantauis enim aqua igni grandi iniecta, fit repentè ignis, & aer igni appoſitus maximo, non modò intropoſitus, ſicut in medijs eſt aquis, qui contactus vndequaq; recedit illæſus, veluti experimur. Quapropter ſola terra, & ignis tranſmutandi vim habent, & ſe generandi, & alia: ipſa igitur ſola ſint prima corpora oportet, & Ariſt. dicta pereant.

Nec aer patitur ab aqua.

Marta multa pro horum ſolutione iacit fundamenta, quæ quoniam non deſeruiunt ſolutionibus, vel ipſius teſtimonio, qui his reſoluendo non vtitur, nec aduerſùm nos ſunt, ſed confirmant, quæ procedunt ex horum limitatione iuridicè magis, ideò ad examen ſolutionum tranſeamus. Inquit ergò ad rationem, qua ab aere ignem tranſmutari poſſe negamus, (neq; enim ſuperiora reijcit, nam falſitas nulla eis fingi poteſt.) Aer agit in ignẽ humiditate, & ſic caliditas ignis remittitur per modum ſequelę ad remiſſionem ſuę ſiccitatis, ignis autèm conuertitur in aerem, ſub polis continuò conuertitur ad ipſum, tamen hoc eſt ſecundùm partem, & quià parua eſt, non capitur denominatio totius, ſicq; conuertitur hoc elementum in aerem, & è contrà.

Th.

Mar.

At multipliciter incuſandus eſt homo. Primò enim nullibi humiditatem, & ſiccitatem agere quis vidit, quin ipſe Marta de qualitatibus pertractans vbiq; paſſiuas ipſas poſuit, nec videlicet in elementis agere, nec in elementatis: & Ariſt. elementa componens paſſiua principia ſtatuit humiditatem, & ſiccitatem, licet parùm propria decreta inſpiciens. Et in 4. met. cap. 1. tam ſecundùm ſe, ſupple, in elementis, quam in actis ex eis, paſſiuas ponit. Sicca, enim inquit, & humida terminari, & alias dictas paſſiones pati ipſa ſecundùm ſe, & quæcunque communia corpora ex eis conſtant. Ecce quomodo in ambobus, & vbilibet, paſſiua hæc ponit. Dictas autem paſſiones intelligit, quas calor, & frigus in eiſdem verbis agere dixit, vt terminare, copulare, exiccare, humectare, indurare, & mollificare. Itaq; aeris humiditas nõ humectat Ariſtoteli, nec ſcilicet humiditatem facit, ſed humectatur, & fit ab ipſo calore in primis, & ſecundis corporibus. Item Auer. in ſumma nõ fieri à ſe humida, & ſicca, ſed à calore, & frigore per ſe, vt paulò antè narrauimus. Prætereà aer ſua humiditate non poteſt ſecundorum corporum duritiem, ſiccitatemq; emollire, & humectare, ſicut videmus; non ſiquidem lignum ſiccum, pennas, & entia imbecilliora aer emollit, nec in ſe conuertit; nec ergò valebit ignem humidum reddere, vt aer fiat, qui in ſummo eſt ſiccus, vt Marta in ſuperioribus poſuit; entia verò cõpoſita nõ gaudent principijs elementorum in ſummo. Prętereà humiditas eſt opus caloris, vt dixit Ariſt. & Auer. & ipſe confeſſus eſt, ſuperiùs quoque dixit, ideò humectare

Th.

2. de gen. t. 8. Aer non humectat ex Ariſt.

1

Ex Auerr.

Aer non põt agere in ignẽ

3

mectare ignem, vt disponat ad siccitatem, quæ est vltimus actus eius, à quo actio debet denominari: at id quod est effectus non ag t in causam vniuocam, & effectus, qui est dispositio, & non agens, non potest agere in effectum postremum; non enim tepor agit in calorem, ergò nec humiditas in siccitatem, & contrà Martam valet hoc. Præterea actiuior est calor ignis, quàm humiditas aeris, ergò non finit ipsam agere in siccitatem suam vndè sibi est destructio, exitiumque igneæ naturæ, & Auer. dixit, quòd frigus existens in materia sicca per se primò agit siccitatem, nam agens agit in passum, vt simile sibi illud faciat in forma, & specie; hac ergò eadem ratione calor ignis, si est in materia sicca, agit siccitatem, & nō sinit introduci humiditatem aeris. Præterea quantulusuis ignis in quantouis aere seruatur, nec in aerem ab aere inuertitur vnquàm, quòd nisi ad proprium locum pergat, pabulo quoque, nutrimentoque dempto, haud extinguatur tamen. Tùm in superioribus probatum est de Arist. intento humiditatem esse effectum ignis, non ergò agat in ignem. At, ipsum ignem humidiore aere esse, demonstratum est efficaciter; non ergò aer ex hoc agat in ignem vnquàm, Itèm sibi, & Aristoteli contrarius est, remitti dùm dicit ignis calorem ad remissionem siccitatis, & indè fieri ignem; etenim Marta in primis dictis huius disceptationis in summo posuit calorem in igne, & aere, nec maiorem in vno, quàm in altero: & Arist. nō oportere, ignis calorem destrui, remittique, si fiat aer, decreuit, & id ampliùs probauit Achillinus ex Arist. mente. Nec sub polis conuerti in aerem dicat ignem homo, vt fallat ex non visis: Etenim ibi è terra robustum emanat frigus, omnium philosophorum, & mathematicorū testimonio; quapropter aer infrigidatur, & adulteratur magis, viresque eius refranguntur, vt nequeat ignem sublunarem in se conuertere, quin potiùs conuertatur ab illo: ad quem vsque non tendit frigus terræ, quiq; adunatur magis ex contrarij frigoris eleuatione, itaq; & muniatur oportet. Et mirùm quidem, si aer, qui apud nos est, & in æquinoctiali plaga continuò adiutus à sole, & subtiliatus, itaque humidior continuò actus & à corrumpente frigore defensus, non potest sublunarem ignem in se inuertere, quin nec nostrum in medio aeris accensum, sed seruat magis, & aer sub polis obliqua luce adiutus, & continuò adulteratus possit, valeatque sublunarem ignem aerem facere? Sed clarū est, quòd hæc fictio est fuga veritatis sensatæ: quæ ad polos nos deducit, vt fugiat sensum, & veritatem iniustissimè, impieque obtegat, obscuretque, & id non est prætereundum quòd ad rationem non est hęc responsio, nam experientias, quas adduximus saluat nullas.

4 · 5 · 6 · 7

Nec sub polis aer agit ī ignem, vt fingunt.

1. Arg. · 2 · 3

Th. Respondet ad secundam rationem homo hic, in cuius recitatione ipse locutus est, quòd terra seruatur in aere, quamuis pauca, ergò aer non corrumpit terram: & nunc respondens loquitur quomodo ignis seruatur in aere, vt videatur habes, stupidusq; e factus, nesciens, quò caput

Mar.

vertat:

vertat: sed examinetur, quid ab hoc ait; etenim inquit, nota, quòd ignis potest generari extrà locum proprium, quià si aer, & terra agerent ex se inuicem, & caliditas aeris vinceret frigus terræ, & siccitas terræ è contrà, fiet ignis, & sic aer agit in terram.

Porrò autem nos ipsum declarare conspicimus: quid.n. dicit ad hoc, quòd ignis, & terra seruat in aere, & ab eo nō corrumpitur, nec terra? Et quidē si aeris calor visus est nunq̄ in terrā agere, eāq; nec immutare, nisi solaris, qūo ergò dixit ex his fieri ignē? Itē remissus est calor aeris, vt modo dicebat, & nos ꝓbauimus optimè in hoc sermone, & frigus terræ est maximū, qūo illud ab aeris calore vincetꝰ? at nūquā sensus id vidit, nunq̄ ergò fit. Et soluat rationes, quibus aer nō potest in terrā, in superioribus positas, ꝙ nec in vnā glebā agat sensus demonstrauit: quomodo ergò faciat ignem aer? Esto autèm ꝙ aeris calor terræ frigus vincat, (licet nullo sensu probetur, sed contrarium; semper frigus terrę occupatū obtegit aeris calorē, vt aer sēper frigidus appareat, nisi in sūmo, directoq; sole.) non tacta siccitate tamē, sed siccitas terræ vincat humiditatē aeris, vt fingit contrà sensum, & seipsum, & Arist. ideoq; siccissima remaneat terra, cuius crassities, duritiesq; vicerit aeris tenuitatem, quę est eius humiditas, & mollitem, & liquiditatem in deturbauerit, & in terræ duritiem, & asperitatem redegerit, fingent nunquā quomodo ex his fiat ignis: Quem oportet esse tenuissimū, mollissimū, & liquidissimū, vt flammæ declarant nondum ad extremam ignis naturam actæ, & tamen tenuissimę sunt agili, attenuataq; gaudentes mole, siquidē quantulauis crassities, duritiesq; ignis motum impedit: & quomodo terrena siccitas densissima, & crassissima cùm igne stet, quis fingat? Nam prętereà ignis calor debet esse summus, at in aere non est summè intensus, ex quo constitui possit ignis, & profectò in congressu, pugnaq; mutua cum frigore inuersione ampliùs est debilitatus, nam fortitèr repressus est, & penè destructus, cùm videamus naturam frigoris quemuis aeris calorem oppugnare, & obruere, & hoc maximè vult Marta in argumentis primis, quæ aduersùs positionē nostram in 1. disp. formauit. quasobres ex debilissimo calore, & crassissima re nunquam fiet ignis. Nàm prætereà terræ siccitas destruxit aeris humiditatem, ergò destruxit calorem consecutiuè, nam si, vt paulo antè dixit Marta, aeris humiditas, destruat ignis siccitatē, remittit eius quoque calorem consecutiuè, cui nec calor suus est contrarius, vndè actionem humiditati tribuebat sciolus noster; igitur siccitas terrę vincens aeris humiditatem, vincet & calorem consecutiuē, & augetur error Peripateticus. Quòd si, vt Auer. dixit, frigus, qđ est in materia sicca, ꝑ se agit siccitatē, quià producit simile in forma, ergò eodē pacto siccitas in materia frigida agens in aerē aget frigiditatem quoque, quià simile intendit, cognatūque. Et principaliter, hel cre, terrā agit in calorem & ipsum frigus terreum, igitur ex huiusmodi cōgressu, & actione fit potiùs terra quàm

Th. Ratio 1. Non etiam fieri ignis ex aere, & terra in inuicem à gentibus.

2 3 4 5 6 7 8

9 ignis,vel aer;& fieri oportet,si maneant eorum placita.Ignis autem semper ab altero igne visus est apud nos fieri, & ab ignea solis luce collectus, vel eductus,excitiusq; est calor lapidū,& manifestatus sub crassitie delitescens;nō autem actione aeris,& terræ,est visus vnquam, & modus est
10 impossibilis.Et si ex portione terræ,& aeris apud nos generetur, nunquā dandū quidē,oporteret profectò statim fieri aerē,vel terrā, cui propinquior est magis: à tota.n.aeris vniuersitate in aerē statim inuertatur est opus,si in summa cōtinet vires,& est primū corpus;& non modò qui fit actione,congressuq; terræ,& aeris, sed hic ignis noster in aerē verti summè oportet,si aer agit in ignem,estq; corpus elementare, sed clarum est quòd chimeras fingunt homines huiusmodi.

Mar. Ad tertiā ait, falluntur: nam loquimur de elementis simplicibus, & trāseunt ad vapores,qui sunt cōpositi,ad quorū eleuationē cōcurrit sol.

Th. Sed temerè prorsùs loquitur homo:tertia quidā ratio,quā ipse adduxit,& respōdet modo,aquā nō pati ab aere demonstrauit, quod maximè oporteret,si Arist.valeret decretū,ꝙ singula,videlicet,in singula inuertātur propter contrarietatē, & facilius symbolica. Et quià nuq̄ vidimus aerē in se aquā,vel aliū succū,vel terrā,ignemvè in se inuertere, iure elementū ipsum esse abnegauimus.Et quasi occurens Telesius eis,qui vidēt in aere aquā mutari in vaporē,dicit id fieri à calore externo, solis nimirùm,& ignis,vel frigore terræ concrescere in gelu; vt re vera sola nostra principia immutare,& vbiq; appareāt.Nūc aūt homo ex hoc dicit trāsire nos ad cōmposita.s.ad vapores: videte, quæso, q̄ sobrius,& doctus sit,& q̄ rectè dicta nostra,& Philosophorū asciscat.Sed rursùs dicamùs,ꝙ,si in vapores aer agere nequit,sed ipsi vel à frigore in aquas cogūt,vel ab igne subtiliantur in aerē,& ignem; multò minùs ipse nimirùm aer in aquam agere possit.Siquidem vapor faciliùs est,vt cōuertatur ab aere: ipse enim parùm ab eius natura differt,& est aer imperfectus,vt vidētur, Arist. quoq; testimonio,& qui,si modicùm attenuetur,fit aer,& si ampliùs,ignis.

Intellectus rationis nostræ.

Si aer nō agit in vapores,ergo in ens nullū quià quod lib. habet minus symbolū cum eo.

Mar. Ad aliud inquit,accipiamus filū accensum,& quantumuis minimam partem aquæ,semper ignem extinguet,& crassiusculum faciet,quomodo autē ignis fiat ex aqua patet,dùm calor,& siccitas ignis in eā potest, &c.

Th. At diximus in rōne,ꝙ aqua per suffocationē extinguat ignē, quatenùs poros obruit,vndè elabit flamma,vel suffocat materiàm,qua nutritur,& sic de filo accēso. Nec propter actiuitatē suā id facit aqua;sic.n.filum, & ignē in se cōuerteret multa aqua,sicut ignis filū,& aquā in se cōuertit, vt ipse declarat;quod nō pōt facere aqua:vt ritè nō sit agēs,primumq; corpus,sed opprimens,quod succi faciūt calidi. Et diximus quādo nō pōt id efficere aqua,& Cardanus demonstrat,& Plin.quod nō semper,nisi quādo suffocat,aqua extinguit ignē. Vel si elemētū esset aqua,vel paululùm distās ageret per mediū,& se ipsam diffunderet,sicut ignis,& terra faciūt qui ad distātia calorē,& frigus mittūt,aguntque. At quod dicit ignē ex

aqua fieri nos minimè dubitamus, nam ignem, & terram prima corpora ponimus, ea donata natura, qua se ipsa possint effundere, & generare. Modus autèm, quē adducit, est falsus: non.n. siccitatem in materia aquę oportet generari, sicut ponit: aqua enim exiccatur, quandò coagulatur, induratur, densatur, & renitens fit tangenti at cùm in ignem vertitur, rarefit, liquatur, fit mollis, & cedens. Et ipsa in ignem iniecta aqua non exiccatur, sed in flammam agitur, & fumum, entia humida, tenuia, cedentia, fluentia, mollia q; e, sed de his satis in antedictis locuti sumus. Igitur fit humidior.

Deindè dicēs, quō ex igne aqua fit, modū nō aperit, nec sensui vllo demōstrat; nā falsum quis demonstret? tamē ū ait. Elementū nobile est ignis & nō potest manere in materia, nisi sit calor vltrà mediū latitudinis, & in introductione caloris, humiditas, & frigiditas satis citò corrumpantur.

In his verbis generatio ignis explicatur, & non aquę, quam cupimus, ad corruptionem enim frigoris, & humoris generatur ignis Aristot. & non aqua.

Sed dicit. Consequenter conceditur, quòd aqua non potest generari in materia humida, non actualiter frigida; nec hoc est inconueniēs; vapor enim, qui est substantialiter aqua, est multùm calidus, prout experimur, vt dicimus tamen quod illa materia deberet esse humida, & nūquàm generaretur in materia sicca aquæ, & sic materia illa habet plus de qualitate conuenienti aquę, quàm disconuenienti, hæc ille formaliter. Sciolus sibi cōtradicit: nā dicit vaporē esse valdè calidum, quem contendebat superius esse frigidum. Confu. Th.

In quibus sanè verbis nec quid dicat ipsemet potest fingere, intelligereq; sibiq; cōtrarius est. Etenim si aqua nō pōt generari in materia humida, nō actu frigida, ig t fiet nū q̄ ex aere, nec ex igne, hęc.n. sunt humida notis, & ipsi calida actualiter; & minus ex igne, qui est siccus ei, nec ex vapore per consequens. Et dicit illū esse valdè calidū, & superius de aquis loquens, ad primā rōnē Telesij rñdens, frigidū esse cōtendebat rōnibus, licet falsis, vt nos ostendimus. Et quō mirùm si qi āprimùm sui obliuiscitur, sed quid mirùm imitat̄ præceptorē, vater q; suū Arist. Et profectò si nū q̄, vt ait, aqua generat̄ in materia sicca, nō fit ergò ex igne aqua. Sed ad quid hominis huius verba? quę nec ignis generationē, nec aquæ, quā intendūt, explicā, nec rationem nostram soluunt. Solus deluditur, &c.

Ad aliam, ait æquiuocat; sumit enim partes elementatas terrę, & agitatas, quæ si ponantur in aqua nunquàm hæc fiet, sed sumatur pars veri elementi terræ, si in aqua ponatur, & eius siccitas ab humiditate aquæ patiatur, eiusque frigiditas à caliditate ignis, certè fiet aer, Dixit conditionaliter, si patiatur, &c. Sed cathegorice non patitur sic, ergo non fit aer ex eis Quandò res tulit cum humunculo cōcertare; cui, quę dicit, quamuis absurda, sunt magna, suos errores aperiamus, est opus. Mar. Th.

Rectè sanè videtur homini terra hæc alterata, & impura, sed nihil sibi prodest, quin summè aduersatur. Si enim aqua summè frigida, ipsa, summeque humida non potest in terram, quæ non est summè

 frigida,

frigida, nec summè sicca, sed adulterata; multò certè minùs, poterit in puram, & ideò robustiorem; quod enim non potest tepidum frigefacere, nec potest calidum, præcipuè summum. Et si nō potest in glebas, nec ergò in totam; & si omnes partes, quas contingit aqua, ipsius terræ alteratæ sunt, omnesq; superficiales, peripateticorum testimonio, & nos diximus super hoc, ergò nullam vnquàm terram aqua aquam faciet. Nam centralem, & puram nunquàm aggreditur. Vbi ergò expertus est Arist. philosophiā suā? quare in caput scioli hæc cudatur faba. Clarū est enim, ꝙ summa siccitas est in terra, & in aqua nō summa humiditas, hæc.n. est in aere, vt eorū pleriq; cōtendunt, & nos ex humiditatis rōne, cōditionibus illud ꝓbauimus; itemq; frigus terrę pōt in aquā, nā congelat ipsam, vt Arist. & Auer. in 4. met. tradunt; igitur pura terra vbiq; vincet aquā, & nō oportet vt sit pura, quò ab ipsa in se transmutetur. Vide ergò ꝙ properè fugit sēsum sciolus, quē Arist. absurdū putat relinquere, etiàm propter rationem, & ipse modò in polos, modò verò in centrum ad terram puram nos deducit, vbi fictiones locatas, nunquàm apparituras, cōfidit.

Mar. Ad aliam dico, inquit, quòd aqua potest inuertere aerem, quià, si humiditas aquę aget in siccitatem terrę, & caliditas ignis in eiusdem frigiditatem, ipse fiet, & sic quia inuertet aerem, sed non sola, ideò ex duobus oportet, vt duę mutentur qualitates.

Th. Rectè quidèm inquit, se patiatur siccitas terrę ab humiditate aquæ, & frigus eiusdē ab ignis calore, fit aer: sed nunquàm id facere aqua est visa, & hoc erat demonstrandū: & nos nō modò quærimus demonstrationē modi, quo fiat tertius aer ex duobus agētibus igne, & aqua, quod nec ritè demonstrat; sed modū, quo ipsa aqua agat in terrā, & experientiā, ꝙ in se ipsam inuertat. At quoniàm nec argumentū hic intelligit, nec ad illud respondet, nec verba sua apparentiā veri saltèm habāt, ruant oportet. Ratio quidèm nostra, qua ad possibilē obiectionē respondebamus in dictis Telesij, quē & ipse adducit, quæq; cū interposita rōne aduersus Arist. intellectū habet, erat in hūc modū. ꝙ aqua nō pōt agere in terrā, & quàuis, & quandiuuis misceanē, si eleuetur in vapores à sole aqua, remanet eadē terra; igitur nō immutat terrā in se aqua, nec pōt agere, si nequit in parua frustrula eius, multaq; pro hac rōne diximus, & nunc qūo sunt ad rem verba hæc Martæ? Fallitur etiàm homo, nàm loquentibus rōne, sensuq; ꝙ aqua nō pōt immutare terrā, respondet de terrę mutatione in aerē per aquæ humiditatē, & ignis caliditatē. Quod prǽterea est falsum; nā si nequit aqua terræ siccitatē destruere, vt in se vertat, nec quidē agens prò aere: exilibus quippè donata viribus aqua in summè crassam, qualis est pura terra, aget nunꝙ, vt in ratione diximus. Sciendū est tamen, ꝙ sexta ratio Telesij à Marta recitata, ad quam modò respondet, probabat, ꝙ aqua nō potest in se inuertere aerem; quippè cum ipse in medijs aquis seruasi appareat, igitur non singula in se immutant, nec sunt elementa prima.

Et ipse sciolus intellexit, q aqua non est potens inuertere, hoc est, generare aerem, in ratione; & ideò respondet, q possit in adductis verbis suis. Et hinc pateat ignorantia eius, qui nescit, quid prò se, vel contra faciat. At rñsio sua est contrà Arist. qui quidem nunquam aquam aerem generare dixit, quod nos oppugnemus, & ipse defendat oporteat. Ignis autẽ, (ad rem vt redeamus) solus benè potest transmutare terram in aerẽ, sicut in quæuis entia, etiam si cõmista sit aqua: at aquę natura faciet nihil, sufficiens. n. est calor humectare, quod ipsi oẽs dixerãt, attenuare aeremque constituere. Prætereà hęc transmutatio est improbabilis in via eorum: nam aqua, & ignis simul in terrã non agunt, nam si coeant, vt agãt, inuicem se destruent, nec in diuersis locis, portionibusq;, situari quis dicat; illud. n. idem, quod calidum facit ignis, aqua humectare debet; igit̃ coeant oportet; nam distans aqua nõ agit, vt videmus, igitur in congressu in inuicem agent, seq; destruent; maximè autèm cùm in vtrisq; principijs sint contraria, non se cõpatientur pacto vllo, nec conciliabunt̃ cõtrà tertium, quod eis vtrisq;, est symbolũ. Et data lincentia fingendi, nõ inuento modo, adhuc quidem nec esse poterit talis mutatio. Aqua enim frigida non agit in frigidam terrã, & humiditas aquæ est passiuũ Matię, & Aristoteli in elementis ac elementatis, vt supra ostensum est; & si agat, quod nunquàm est dandũ, semel negatum ab eis, tũc ipsa obediet frigori principali agenti, vndè nec agat. Itaq; augetur vis terræ, & densat̃ magis; frigoris. n. est densare, igitur nõ poterit aer summè tenuis fieri, nisi solus ignis agere dicatur, & aqua non posse; etenim non integris fit data viribus. Nã si summis, tunc quantũ ignis inderet terræ caliditatis, tantũ aqua afferret frigiditatis; nã ambo gaudent his in summo; frigus quoq; erit duplicatum, nã aqueum, & terreũ, itidem: & quãtum tenuitatis dat calor, tantundem, & plus densitatis dant frigora. Quas obres nunquàm actio fiet. Prętereà Arist. in 2. de gen. tres modos modò transmutãdi elementa dedit. Primus, qui in duos secatur, quo ex vno fit vnũ transmutato vno, vel duobus alterius principijs. Tertius est, quo ex duobus alterius altero mutato fit tertiũ elementũ, vt ex aqua, & igne, inquit, fiat terra, & aer, & ex aere, & terra fit ignis, & aqua. At nullo alio modo fieri põt transmutatio, concludit in tex. 29. Itaq; ex terra nõ fit aer Aristoteli, in eã agentibus igne, & aqua, sed ex aere, & aqua inter se mutatis vnis eorũ alterius principijs. Et prętereà nos ostendimus, q aqua non potest in se inuertere aerem, contrà, quod dicebat Arist. quodlibet à quolibet in se elementũ mutari; & ipse adducit aquã, & ignem ad generandum aerem: sed demonstrandum erat, quomodo aqua possit in se aerem conuertere. Quod nõ posse diximus, ni frigus terrę vehementissimè ipsum corripiat, & denset. Igitur aqua ab alio genita, non à se, & alia transmutare impotens, nec integris donata viribus, nõ est primum corpus, sed solus ignis, ipsum nimirùm cœlum, & terra.

Non potest aqua coire igni, vt simul agant in terram.

1 2 3 4 5 6

Conclusio.

Th. Nō potest fieri generatio tertij ex duobus vt ponit. Arist. in elementis. Mirabile profectò est, si Aristot. generationem elementi tertij ex duobus imaginatus est, quæ nullorum oculis adhuc apparuit, & longè impossibilis iudicatur à sensu, quare si positiones suas relinquent Peripatetici, & ipsi naturas rerum inquirant, fieri non posse manifestum fiet.

Mar. Th. 1.Perh. Marta autèm ad hoc dicit demonstratam esse huiusmodi transmutationem, nec amplius dubitare licet. Scio quidem quod locutus est homo, & potest fingere multa verbis, quæ non sunt in rebus: non enim quidquid dicitur est, nec fit, vt ipse Aristot. Dixit quidem, sed modùm non explicauit qui sensui non repugnet. Alb. At Albertus in lib. 2. de gen. tract. 2. cap. 4. Hæc generatio, inquit, ad oculum videtur in euaporationibus, quæ fiunt igne agente in aquam. Resp. Th. Verùm nulla demonstratio est hæc: Confu. Tunc enim, vt diximus, aquam adeò in se conuertit, 1 & prius in vapores, & vltimo in tenuitatem igneam; & hanc euaporationem perse tribuit Aristoteles igni, & calori in lib. 5. de gen. an. cap. 3 & in 4. met. per accidens autèm frigori interdùm. At non aqua agit in ignem corrumpendo eius siccitatem, & ignis corrumpat frigus illius, 2 vt ex vtrisq; corruptis in altero principiorū fiat aer. Et profectò quem educit vaporem ex alijs entibus, eundem educit ex aqua, vt non possit fingi, quòd aqua det humiditatem vapori. Nam & subtiliores, & crassiores ex alijs educuntur, & liquoribus agere impotentibus, sed pati tantum; velut aqua. Sed modum percipiant nunquàm, quo corrupto ignis calore, & aquæ humore, fiat terra ex illis summè crassa, & dura; quin sensus nunquàm id vidit, & satis ei repugnat. 3 Item ignis est summè calidus, & tenuis summè, aliud nihil habet, quomodo ergò non agendo per calorem, agat per tenuitatem in aerem, vel terram aut in aquam imagine capi potest nunquàm. Nec terra aliud à frigore habet, nisi crassitiem; quomodo ergò agit in tenuitatem aeris per suam crassitiem, siccitatemque, vt ex vtrisque fiat ignis, nec videre, nec imaginari possumus: & ipsi à frigore talem siccitatem habere terram dixere, & impotentem, vt agat.

Mar. Th. Et Marta dicit ad hoc, ꝙ ex qualitatum actione generatur forma substantialis. Sed non respondet, quomodo tenuitas eius agat, præsertim vbi aerem in se vertit: in quem, vt aiunt, ignis non agit calore, & in aquam, si debeat ex eis fieri terra. Et alibi ostendimus non esse formas substantiales præter frigus, & calorem.

Aer non potest dare calorem igni: cum non habeat æqualem, nec ignis siccitatem terræ. Item aer non est calidus in summo, vt ignis, sicut ex sensu superius demonstratum est, ita qòd ex eo, & terra non fiet ignis vnquam Et aqua est minùs frigida, quàm terra, nam congelatur à frigore terræ: non igitur terram constituet eius frigus cùm ignis siccitate: qui prætereà est tenuissimus, & vndè fiet terra crassissima? Mar. Th. sed ait Marta, qualitates in summo esse in his: Huius falsitatem nos suprà omninò reiecimus; & sensu percipimus. Quis enim tam fatuus, qui æquo calore

det ignem, & aerem, æqualique frigore terram, & aquam, cùm ab horum calore, & frigore continuò immutentur, sed non è conuerso? Insuper Aristot. in 2. de gen. t. 48. de mistione loquens mistionem vult fieri, cùm elementa se debilitauerint, & reduxerint ad medium neutro penitùs corrupto; nam secùs alterùm fieret, non mixtum; at mixtum illud est de natura vtriusque, & commune ambobus, & non vult fieri tertium elementum, quod vtrique sit dissimile, & in summo extremorum naturas adæquet; secùs enim esset non effectus eorum, & actio non debilitasset mutuò agentia, contrà experientiam. Quapropter ex aere, & terra non fiet vnquàm ignis. Non modò enim adæquat ignis has causas, sed superat, vt multò minus possibilis sit trāslatio. Ignis quidem tenuior est aere, & calidior, non ergò aeris caliditate fit, non enim dat aer plus quam habet, præsertim actione terræ debilitatus, & reactione. Nec siccitas terræ potest esse ignis, & cum aeris calore ignem constituere, nàm tenuissimus est ignis, nec potest suam siccitatem summè crassam, duram, densamque impartiri ipsa terra. Nunquàm enim terræ siccitas, duritiesque cum summa ignis tenuitate commanere quis vidit. Nec quoquè ex ignis, & aquæ actione terra fiet, si alterum alteriùs principium vicerit, sed fiet commune, simileque vtrique, vt dicebat interdùm Aristot. quippè terra in omnibus sit eis dissimiles, & vndè frigus terræ, quod robustius est aqueo, & siccitatem crassam, duramque, quæ in nullo est igne, præsertim puro, elementari, ab eis sortiri terram quis finget? Nec insanus quidem homo. Contradictio Arist. Ex igne & aqua agentib. non fit terra.

Et Marta non intellexit hanc verissimam, sensatamque rationem, icircò vagatur demonstrans, quomodo fit mixtum ex extremis, sed non dixit quomodo fiat tertium elementum, sicut hæc ratio nostra demonstrauit. Sed de mistionis destructione in sequenti discussione fiet sermo.

Et Telesius deindè dicebat, quòd ex igne, & aqua non fit terra, & aer. Nam, si detur, quòd siccitas ignis vincat aquæ humiditatem, non faciet terram, quæ sibi est dissimilis, sed potiùs ignem. Et hoc Auerrois confirmatur ratione, quam antè addnximus, & ad hoc ait Marta, quòd ignis exiccat aquam, & facit ignem: Sed non dicit de terra si ex igne fiat; & fugit quod demonstrādum oportet maximè. Itèm dato, quòd frigus aquæ corrumpat ignis calorem, nec faciet terram, nam frigus eius est debilius terreno; & si (vt Auer. dixit) frigus ens in materia humida per se primò producit humiditatem, multò minùs terrā siccam constituet, & quantū dat ignis coagens de siccitate, tantùm aquæ frigus largietur humiditatis. Nam vtrumque est summum Martæ; ita quod fiat nunquàm terra, & simul ex actione ignis non fit terra, sed potiùs ens tenuius aqua & frigidius igne, scilicet, vapor, vel aer non enim fingi potest quomodo siccitas rarissima ignis fiat siccitas dentissima terræ, & aqua ab igne tenuior facta ignimista, & frigore spoliata fiat terra summe frigida. Nec & aer. Tel. Th.

Et

Et nos diximus ad Albertum modum, quo id fiat. At illud valdè est impossibile, quòd in huiusmodi actionibus sequestrant actionem caloris ignis, & humiditatis aquę. Et hęc semper fiunt coniuncta; & quidem nō possunt ex hoc suspendi, igitur & horum transmutationes semper impedient, & fictionus quàm locum habebit. Mar. Marta dicit quod aqua si superponatur igni facit aquam, si vincit, & sumit robur. Th. Sed valdè errat, primò quidem, quoniam loquimur nos, quòd aqua non facit terrā cùm igne, & ipse respondet de factione aquæ. Itèm falsum esse, quòd aqua generet aquam superiùs ostendimus, pręcipuè ex igne. Ipsa quidem suffocat interdum ignem, sed non agit permutando, & superatum ignem nō conuertit in aquas, quin quando ipsum extinguit, sui maior pars ascendit cum tenuitatę ignis in fumum acta: quod sensu videmus. Th. Et in suffocatis ignibus ab aqua aquas consumi, non autem generari intuemur, fumumque in tenuem agi. Tel. Et sic (inquit amplius Telesius) si detur per impossibile quòd aeris calor frigus terræ deturbet, & terrę siccitas aeris humiditatē, nec quidē fiet ignis res sanè calidior aere, præsertim debilitato propter actionē, & tenuior vtroq; potiùs ergò constituetur ens crassius & frigidus aere, & terra calidius, simlius aquę, quàm igni.

Ex aere & terra in inuicem agentibus nō fit ignis, nisi ignis ea transmutet.

Mar. Et Marta nesciens ad quid sunt inducta hæc verba, nec recta afferens, sed contrario modo, Resp. respondet tandèm, quòd si inæquales sint qualitates in potentijs nōn fiet mixtum; hoc enim generatur ex ruptura elementorum.

Th. Quod nihil ad rem nostram, & si verum hoc est sequitur, vt ex aere, & terra corruptis in vno, & æqualibus in altero, fiat mixtum, non autèm ignis, sicut dicebat. Confu. At in sequentibus de mixtis consideremus num fiant, ex contrarijs, & ea, quæ Aristoteli placet, ratione.

DISPV-

DISPVTATIO QVINTA.

ADVERSVS FICTAM MISTIONEM Peripateticorum.

EDITA A FRATRE THOMA CAMPANELLA Stylense Ordinis Prædicatorum, pro defensione Bernardini Telesij.

SPARSIM dè mistione plurima dicit Aristoteles: Op. Arist.
at in 1. de gen. t. 90. quid sit mistum, ex quibus fiat, & quid mistio videtur concludere. Miscibilia, inquit, benè terminabilia; & diuisibilia sunt: hæc autèm neque corrupta esse necessarium est, quandò mixta sūt, simùl, nequè adhuc simpliciter eadem esse, quę priùs, neque composionem esse mistionem eorum, neque ad sensum: mixtio ergò est miscibilium alteratorum scilicet elementorum vnio. Vbi sanè, & inhabitis antè immutari, alterarique decernit, quę Th.
miscentur ad inuicem: nam si immutata, passaque nondùm sunt, quamuis imminutissimas sint distincta portiones, & quę sensum lateant; at nō passa, sed in sui seruata natura, illa non verè mixta dicentur, sed ad sensum mixta, & sibi ipsis apposita, vel coaceruata, sicut explicat in t. 86. eiusdem libri; nec etiam mixta abolita, corruptaque sint omninò decet; tunc Arist.
enim fieret generatio, quæ fit ex corruptis; nec ipsa miscibilia essent mixta, sed corrupta: nam quæ non sunt, nòn sunt mixta; itaque oportet ea seruari, sed passa, imminutaque, & in medium redacta. Et, sicut dicit in t. 83. taliter sint vnita oportet, vt separentur, ideò non fiunt vnum, sicut ex subiecto, & passione, quæ est inseparabilis; nam non separarentur, nec ad suam redirent integram, intensanq; naturam, qualem habebant. Itaque seruata sint est opus, sed imminuta, & in medium redacta. Quasobres dubitabat in t. 82. num sit possibilis mixtio, dicens. Impossibile est alterum alteri commisceri, quemadmodum dicūt quidam: siquidem entibus adhuc mixtis, sed non alteratis, non magis nùnc, quàm priùs mixta esse inquiunt, sed consimilia se habere, altero autem corrupto mixta non esse, sed hoc quidem esse, hoc autèm non esse scilicet quià corruptum est; mixtionem autem similiter se habentium esse scilicet non corruptorum; eodem modo, & si ambobus conuenientibus, eorum, quæ miscentur,

corruptum est vtrunque, non enim mixta sunt, quæ nullatenus sunt ea, tia, supple, quæ corrupta fuere.

Tel. Et Th. 1. Ratio. Mixtib huius idest impos. Optimè quidèm Arist. dubitat, & non corruptorum, (inquit Telesius) sed similiter se habentinm mistionem fieri oportere decernit. Nim, quæ periere, & aliam sumpsere naturam, ex ijs sibi mixtis nil fieri potest, ex omnibus constans, & quę possint separari assumpta mole, quam singula attulere mistioni, proprijsque conditionibus acceptis. At & non remaneant, (dicebat Aristo.) oportet, vt videtur, & falsitas mistionis appareat; Etenim quod fit ex entibus in propria seruatis natura, quamuis imminuta sint illa, retrusaque nequaquàm id vnum re vniuersum sit vnquàm, sed eo tantummodò, eaque vnum appareat ratione, qua quæ è multis sibi ipsis appositis, colligatisque constant: quod Aristo. quoque non vult in t. 86. nam mistum omiomerum, similareque fieri dicit. Itaque mixtio ex his nullo pacto fie

2 ri posse videtur. Non quidèm declarabit vnquàm homo, quopacto remaneant, & simul non remaneant in misto, quæ miscentur, & quo separari possint modo, & vnum ex eis constans sit, & similare vnam sortitum formam, vnamque materiam, & tamen ibi miscibilium naturæ non deperditæ, licet diminutæ, seruentur. Idcircò videamus, nùm soluat Aristoteles; sua quidem fortissima, & insolubilis est dubitatio, quæ maxima eget consideratione.

Resp. Arist. 1. de gen. Quoniàm (ait ad hæc Arist. in t. 84.) entium hæc sunt quidèm potentia, hęc autem actu, contingit quę sunt mixta in vnum esse aliqualiter & non esse: Quod ex eis constitutum est actu, potētia autèm omnia, quæ erant, antèquàm misceantur, sunt, & non deperdita. Hoc autèm sermo dubitauit priùs, videntur enim, quę miscentur, ex priùs separatis conuenisse in vnum, & posse rursùs separari; nequè manent igitur actu, vt corpus, & album, neque corrumpuntur, nequè alterum, neq; ambo; saluatur enim virtus eorum.

Th. Tel. Confu. At distinctio hæc manifestabit nunquàm, quo in vnam, eandemque rem modò, quatuor prima corpora omnibus contraria modis à seipsis diuersam penitus àgantur, singulaq; tamen seruentur in corrupta, & in sui natura, licet non integra; ac à se ipsis fiāt separabilia, itaq; seruentur, & non seruentur, sint vnum, & diuersa, cōtraria, & pacificata quod quidem sensui exponendum erat Aristoteli; res enim sensatę tractantur, & exponuntur, quæ repugnant sensui; & huic non repugnantia demonstrā

Arg. 1. da erat, & non vtendum logicalibus, inanibusq; verbis. Si quidem in potentia, vt dicit, sint elementa in mixtis, vèl pænitus corrupta sint est opus vel immutata tantillum. Non penitùs corrupta quidem: longè enim absunt, vt quæ non sunt misceri queant, & in potentia virtuteq; forma eorum penitus corrupta, mistum non faciunt, quod Arist. in dubitando

2 affirmauit. Et hoc itèm modo potest secundum corpus in prima resolui

elemen-

elementa, non secùs ac prima in secunda. Cùm enim quoduis in quoduis agi, & quoduis ex quouis fieri possit ipsius Arist. testimonio, quodlibet enim est in quolibet in potentia, non autèm in actu, sicut dicebat Anaxagoras, non magis secundis prima inesse, & è primis secunda in esse, & ex his prima esse, declaratum sit. Itèm id ampliùs Aristoteli declarandum, quod nõ fecit, sed dubitauit, secundorũ nimirùm entium, partes singulas in prima corpora inuerti, citiùs. & faciliùs, è quibus constitutæ sunt ipsæ res secundæ, partes secundorum, & singulas à reliquis separari posse, & diuersas omninò inter se esse. Quod cùm nec factum sit Aristoteli, nec fieri possit, nequaquàm illis prima corpora inesse nec abolita, corrupta nimirùm, in quę aliam acta rem, apertum sit vnquàm. 3

Nec secundum assignari potest figmentum. Minimè enim sic è primis sibi vnitis, in vnam, eandemque rem redactis secunda effecta esse entia ponat, sed ex appositis illis, & in debilitata quidem, refractaque natura, sed propria seruata singulis constent, non verè scilicet similaria, & vnũ, idemq; sunt secunda omnia, sed multa sunt, ipsa nimirùm sunt prima sibi ipsis apposita. Quod negat ipse quoque Aristoteles in t. 85. & seq: Quoniam autem, inquiens, mistio non est in minima diuisio, neque cõpositio est mistio, sed aliud, manifestum est, quòd neque vbi secundùm parua saluata fiunt, quæ miscentur, mista dici possunt, sed composita: compositio enim erit, non autèm mistio, & temperamentum factum est neque habebit, eandem rationem cùm toto pars. Dicimus autèm, si mistum est, oportet aliquid mistum omiomerum esse, idest similare, & sicut pars aquæ est aqua, sic temperati, mistique. Si autèm secundùm parua, compositio esset, non mistio, & nihil continget horum scilicet quę diximus requiri, sed solùm quidem mista esse ad sensum, & idem huic mistũ, si non videt quis acutè, Lynceo autèm non mistum videbitur. Quasobres, si neutro modo fieri potest, manifestissimè patet mistionem esse impossibilem ex rationibus Aristotelis, nec vnquàm, ipse eam explicasse verè videtur, sed veluti præstigijs captus Hyppocratis, Platonis, Empedoclis, Lucanique Ocelli Pythagorici, à quo verba mutuatus est, eam esse dicit. Cui tamen omnis sensus, ratioque contradicit; & quas adducunt sententias propter se Peripatetici, singulæ Aristoteli aduersantur. 4

Arist. consentiẽs antiquis àcquiescit mixtioni, quam benè reprobat, nesciens soluere.

Ast quod Græcorum, Arabum, & Latinorum caput obtundit, & in varias sententias longè diuersas edit, tùm propter rei difficultatem, tùm propter Aristotelis nullo sensui innixam sententiam, ipse ad sensum videre imaginatur Marta (pròh hominum imperitiam) nam ad sensum, inquit, vinum misceri videmus, & alia multa, prætereà cùm pluuijs, ait, ranę cadunt, quas factas esse ex mistione in ventre nubis oportet. Itèm possunt combinari elementa, vt quęlibet tria possint corrumpere quodlibet quartum, ergò possibilis est mistio, nam tunc fiet, quià ex quo elementa corrumpuntur, non generatur aliud, sed medium, & possibile est

Th. Mar.

1 2 3

duo combinari,& quodlibet corrumpat suum contrarium,sic fit mixtũ.

Th. Ad 1.

At huiuscemodi dicta declarant nihil: nàm si vino aqua misceatur,vel aqua aquæ, nequaquàm ex hoc elementorum mistionem declaret vnquàm. Aqua enim vino facilè infunditur, & apponitur, quòd ambo sint fluida,& partes partibus cedentes,seseq; imbibentes, & in inuicem subintrantes;amboq; sunt similaris,eiusdemq; naturæ,modicum quid differentes. Nec tamen mixtum componunt,vt eorum pluribus probatur; nàm formam particularem ex se ipsis non faciunt, nullo quidem enim tempore,vt educant formam,agunt,nec generans in eis est illam in actũ eliciens Peripateticis;nàm absq; sole,alioq; generante miscentur, vel apponuntur,quarè alterùm alterùm occupare videtur,vndè mixtio nõ est, sed appositio,& occupatio;& non secùs est ex aqua, & vino,quàm ex aqua,& aqua,& si hęc non est mistio,nec illa. Pręterea dicimus quòd aqua,& vinum eiusdem sunt caloris opera,differentis penès magis,& minus,& non nullas sortiti diuersas conditiones. Et si detur hoc,non dandum quidèm,nequaquàm huius exemplo mistio declarata sit vnquàm. Elementa enim quatuor contrarijs sita in locis, contrarijsque gaudentia montibus, & naturis non se compatientibus, sed semper altera alterius destructionem appetentibus,non est possibile,vt fingatur,quomodo in locum confluant vnum tribus saltem contrarium, vt in medium aquæ,vel terrę viscera,vbi sanè sit impossibile à contrarij vniuersitate nõ destrui omnia;sicut videmus in medio ignis non fieri mistum:nam dato quòd ad ipsum congregentur miscibiles portiones elementorum, antequàm misceantur,in ignem vertuntur omninò,& sic in alijs est dicendũ si summis elementa gaudeant viribus; quomodoque in vnam confluant naturam eis communem ibiq; concordentur,sponteq; deponant, ex se ipsis mutua odia post pugnam diutinam,& quomodo pugnent si ad cõtrarium vadunt locum (non enim nobis ignis subtiliatus, sincerusque pugnat in terra aduersùs frigus, sed calor modò effusus, qui nactus tenuitatem,proprium subiectum,& exitum repentè ascendit, peripateticis verò elementa cum proprijs materijs congrediuntur,exque illis mistum faciunt,seque contrarijs)& si penitùs dissimilaria sint, quo pacto misceãtur,summè nimirùm tenue,quod mistionem,locumq; mistionis effugit & elabitur. Et profectò si oleum non patitur mistionem aquæ,sed ascendit,vt dicit in 4. met. propter partes aereas, multò minus patietur ignis, & aer. Valet enim hic,propter quod vnumquodque,& illud magis, & ipse Arist. in prob. sec. 25. sec. 3. & 10. aerem commistionem effugere ex sensu declarat. Et quod dicimus de hoc,de grauibus in aere misceri impotẽtibus est fatendum. Quasobres demonstranda erat ad sensum homini mistio ignis,& aquæ,aeris,terręque, & modus, quo aer à terra sinat inuerti,& non elabatur,ipseq;ignis;& terra in medijs maneant,& odia deponant, ex quo apparet quàm longè absit exemplum vini cùm de aqua misti.

Non possunt cõcordari cõtraria vt faciant mistum nec locum cõmunẽ habeut sed aqua & vinum nõ sunt summè cõtraria & eodem loco, & motu sunt donata.

Occurritur obiectioni,nè in nos torqueatur ratio

Si oleũ fugit mistionẽ propter aerem, ergò magis aer.

misti. Quod dicit de ranis nullam mistionem demonstrat, ipsæ enim si fiunt in aere, alueoq; nubis, necessè est, nè fiant ex elementis quatuor cõtrarijs. Siquidèm ibi nulla potest esse terra, nec aqua, iuxtà Arist. sententiam, nam statim deorsum labitur, ex si medium non esset, absque tempore, Fiunt autèm ex nube, & vapore, vtrisque benè calidis Aristoteli, & Peripateticis, & viscosis factis, densatisque: terra autèm, & aqua summè sunt frigida eis, & in secunda, vt aiunt, aeris regione non est ignis, sed aeris calor solus, & à frigore, quod apposuit Marta, vt aquas generet, imminutus; Non quidem ignis, qui calidus fit, & siccus: ibi enim nulla est siccitas, sed sola humiditas, & calor, quæ sunt principia vitę. Et ingeneratur infrà vapores viscosos, consistentesque redditos ex eductione partium subtiliorum, & frigore, si est, ambiente, calidus spiritus, ibiq; retentus, sit generatio; nullo quidem quatuor contrariorum facto cõgressu. Et aqua quidem, humorque aquosus ranarum benè est calidus, omniaq; ibi constitutiuè concurrentia. Et licet Alb. dicat ibi esse subtile terreum; non tamen de natura est terrę, quod benè est calidum, mobile subtile, humidum; hæc enim repugnant terræ. Sed si terreum dicat, quia ex terra eductum est à sole, eleuatumq; verum est quidem: at aer, & aqua, ignisq; portiones hoc pacto, quæ ex terra sunt eductæ, sunt terreę, non tamen de terræ natura, si contraria gaudent natura, formaq;, & conditionibus. Sin, quia crassum, sit terreum; aqua igitur quæ crassa est magis, quàm vapor ille, & accensus ignis in corpulenta materia dicentur terra, vel terrei. Igitur nullum est horũ dictum. Non quidem ibi quatuor elementa aggregantur, vt ex eis alteratis mixta fiant animalia, at solis calor deuictã eleuauit terram, & in naturã sibi cognatam magis trãsmutauit, contrariaq; natura donauit. Et sic vapores, qui eo cõcinnati modo fuere, quo ex eis, & ingenito spiritu calido fiant animalia; & ex eis similariter concretis fiant aquę, vt ex hoc vtraq; corpora secunda appareãt, at ignis, & terra sola prima. Et qđ constituitur ex calore interno ad id concurrat frigus nullũ. Illę quidẽ ranę calidissimæ sint est opus, calido, donatę spiritu, & nullo, quamuis refracto, frigore, nisi externo; & si aqua cõueniat, vt calidum ens, veniat, dicatur. Et Alb. ipse aquas illas calidas fatetur vbi, fiũt ranę in aere, in 2. met. trac. 1. c. 21. Tertia Martæ probatio veritati, & Arist. est contraria. Primò quidem nusquàm quatuor elementa cõuenire sunt visa, itaq; ex hoc mixtio nõ est possibilis, & supponit contrariũ sensui homo, ꝙ concurrant. Et si concurrãt, sunt rationes allatę pauloantè, quas soluat est impossibile. Nec quia tria quartũ sufficiant corrũpere erit mixtio, nam præter hoc ꝙ non possunt pacificari, vt agant in illud, nõ in inuicẽ, Arist. ipse in 1. de gen. t. 82. mixtionem fieri non posse decernit, si miscibilium alterũ corrumpatur quouis modo, vel oia; igitur si tria corrumpant quartũ, non fiat mistio; oportet. n. ibi, ait, vt oĩa similiter se habeãt. Quare nec, si quodlibet, inq̃t, corrumpat contrariũ, erit mixtio. Et nul-

Ad 2.

Nam fieri ranas ex guttis pulueri commistis quibusdam probatũ est.

Alb. Sententia nil probat.

Ad 3.

nullũ corrumpi vult Ar.ibi,& rõne quidẽ,nã ex corruptio non entibus, nõ fit mixtũ ex eis.Et in t.90.miscibilia.n.inqt,neq; corrupta esse necessariũ est,quãdò sunt mixta,neq; eadẽ esse,quę priùs,sed alterata,sed ideò mistio est elementorũ alteratorum vnio;si enim corrumpantur generatio est.Et qui corrumpi putant eorum optimi,ab Aristotele alterant,putantes non actu esse in mixto;nam Arist.ponit in actu refracto vniri,licet hoc non saluet mistionem,& contrarius sibi sit hic,& in prædicamentis,vt eorum optimi accusant. Nihil ergò ostendit Marta: & ipse posteà adducens Aristotelis placita bis, & ter fatetur,nec si vnum, nec si omnia corrumpantur elementa,posse fieri mistionem,& in potentia dicunt esse elementa in mistis,& ipse Marta in seq.potentiam, inquir,esse actum imperfectum,quià ipsa elementa sint refracta in medijs,licet non corrupta, si enim corrupta, non minus minus mixta sunt in simplicibus, quàm simplicia in mistis,vt omnibus sibi contradicat.

Op. Auic. Repr. At vel quidem isthæc remissio, refractioque est in qualitatibus tan-
1 tum,& non in formis, sicut dicit Auic. & hoc minimè, nam, vt inquit, Auer.3.cæl.com. 67. tùnc mistum habebit quatuor formas substantia-
2 les,& tunc esset vnum per accidens,& per contactum;& esset quæstio,vt
3 ait Tel.num in eadem parte materiæ, vel in pluribus sint tales formæ, & quodlibet demonstratur ab eo,nedùm à Perip. esse impossibile: & Arist.
4 ait Auer.dixit,quòd sunt in potentia,& nunc essent in actu,si formę dãtes actum remanerent in elementis. Et ignis,quandò est in actu, habet caliditatem,& siccitatem in summo, & sic vult Arist. itaque non essent refractæ qualitates,ait Auer.& si refractæ, tunc ignis posset esse sine ca-
5 lore,& quodlibet sine sua qualitate,nam si potest esse sine parte,potest & sine toto,vtriusque enim idem est iudicium. Et addunt alij, quod idem

Op. Alex. Aphr. aduersus quam valent dictæ rationes.

esset terminus à quo,& ad quem,quod non placet Aristoteli in 1.Phy.t. 59. Et hę rationes magis probant contrà Alexandrum Aphrod. qui formaliter,& integrè in mistis posuit elementa,vt sibi imponunt. Dicimus quoque, quòd mistionem contingit fieri in cauernis terrę, & in medijs
6 aquis, vbi ignis, & aer esse acta non possunt, nec agere aduersus aquam,
7 vel terram,vt in fine pugnæ fiat mistum,sicut posuit Aristoteles. Item mistum nõ esset vnum,& Arist.dixit quod oportet non esse eadem, quæ

Op. Auer. & Alb.

priùs,sed alterata,& in potentia. Vel remissio est in vtrisque, in formis, scilicet & qualitatibus, sicut dicit Auer. & Alb. eo quòd imperfecta sit forma elementaris,itaque suscipiens magis,& minùs: Hęc opinio non

Repr. 1. arg.

placuit Amonio,nam,vt dicit in prædicamento sub.tunc daretur me-
2 dium inter substantiam,& accidens, & fieret vndecimum prædicamentum,& D.Th.in p p.q.76.ar.8 & Gai. eandem refellunt sententiam, addentes adhuc rationes,quòd mistum non esset simplex.Et quod substantia non remittitur per Arist.& alia multa. Dicunt alij, non penitùs corrumpi simplicia,sed è contrario in inuicem agentibus qualitatibus mediam

Quia Arist. non concedit suscipere magis, & minus vsque.

diam constitui posse qualitatem, quæ extremarum sapiat naturam, hæcque sit dispositio ad formam mixti, veluti qualitas simplex est ad formã Op. aliorum. elementi, itaque qualitates simplicium sint in mixtis, sicut extrema in Repr. 1. arg. med ijs. At hoc non omnibus placet, nec sic dicentibus placere potest. Si enim elementorum formæ sint qualitates, vtique mistis hac ratione elementa inesse dicere licebit, (si tamen detur, quod nunquàm dandum cẽsemus, quòd formæ contrariæ pacificari possint, & odia deponere, ac vniri) at quoniàm hi ponunt accidentia primas modò qualitates, non autẽ 2
formas plerunque, neutiquè id affirmare eis libeat. Nanque vel formæ elementorum corruptę fuere, remanentibus in esse refractò qualitatibus medium facientibus; & hoc haud verum erit; cùm enim forma interijt, 3
nihil eorum, quæ formas sequuntur remanere poterit; qualitates autẽm formas sequuntur. Confir. Arist. Et itẽm elementa tunc in mixto esse pacto dici poterit nullo. Quę enim periere peremptis formis, nequaquam eã sunt. Arist. quoque in 2. de gen. t. 48. si corrumpantur, ait, formę elementorũ in mistis tunc materia eorum remanebit, & sic mistum non erit ex elemẽtis, quamuis remaneant qualitates; ea autẽm quæ miscentur corrumpũt excellentias tantùm, & remanent itaque inesse remisso formæ, ac in potentia in medio: Confir. Auer. Vbi, non impotentia (ait Auer.) vt materia tantùm remaneat, & id dixit quoque Arist. in 1. lib. nec in potentia, secundùm quã partes sunt in continuo infinitę, sed quià ęquata, remissaque neutro penitùs dominante. Quomodo elementa sunt in. in mixto apud Arist. Idem adducti in principio sermones Arist. manifestarunt. Quoniàm verò viri sic dicentes, alias ponunt substantias in elementis, nequaquàm congruit eis hęc opinio, si autẽm formæ substantiales non sunt abolitæ, redeunt ad opinionem superius reiectam. Aureoli op. p easdem rationes reprobatur, & per cõtrad. Iisdem rationibus fallitur Aureolus, qui remanere realitates simplicium, at ipsa non esse in mixtis, nec in gradu intenso, nec remisso, sibiq; contradicit, sicut probat Bacchonitanus in 3. sen. dist. 16. q. 1. Op. Bac. Impr. Sed magis ficta est sententia sua, qui huc, ac illuc fugiens, tandem, vt alimentum remanet in specie carnis, remanere dicit elementa in mixtis. Ratio 1. Igitur corrupta fuisse elementa sic oportet, & in aliam redacta speciem, & naturam; sicut panis naturam carnis in nobis assumit, penitùsq; corrumpitur substantia illius: Confir. ex Arist. & suo Auer. at Arist. id noluit, fieret enim alia transmutatio, quæ generatio dicitur, & verba Arist. in hoc adduximus, & Auerrois, cuius imitator est Bacchonitanus. opinio Scotistarum, per easdẽ est falsa. At peiùs Scotistæ elementorum virtutes remanere decernunt, si elementa ipsis non manent, quod est contrà Arist. & alij falsam esse sententiam subtiliter probant. Item ar. Non siquidem, sicut priùs in posteriori (quod ipsi decernunt) sint elementa in mixtis, si corrumpantur, nisi 1
temporis prioritate, corrupta autẽm non dant operationem, quam ipsi volent. Et Scotus ait, quod virtus non potest esse nisi in forma substan- 2
tiali, cuius est virtus volens ab ea sola ratione differre, & id sensus monet; 3
quare ex corruptis formis non poterit virtus resultare, nec manere eis 4

abo-

abolitis. Et nequaquàm prætereà ens ignobilius constituet ens nobilius
3 vt dicunt ipsi Scotistæ in 7. metaph. & alij probant id fieri non posse, eo
quòd à formis elementorum perfectius fiunt actiones elementorum,
quàm à mixtis, vt comburere, frigefacere, & aliæ, non itaque, sicut imper-
4 fectũ, & prius, in imperfecto, & posteriori, sunt elementa in misto. Cai. ad
dit, quòd elementa non prædicantur de mixtis, vt vegetatiua de animali,
quod euadere minimè vidētur in eorum doctrinis perplexi, vndè sumũt
2 robur hę rationes eorum. Hi quidem homines, quorum sententias ad-
duximus Aristotelis verba non perpendunt, nullam harum admittentia,
sed, vt subtiles appareant, fingunt plura, & denique apparent crassiuscu-
Nulla remanet vera de mistione op. li. Quasobres nulla relinquitur fictio Martæ, abhorret enim, vt loquatur
de formis corruptis, nec de remissis dicat, nam pręterquàm est sibi con-
trarius, non soluit rationes aliorum, & quas modo adduximus. Et nec
mistum fiet, etenim quatuor formæ essent ibi, licet refractæ, vndè non
Alia op. reprobata a Plotino & Arist. admittitur quinta, & mistio potiùs erit ad sensum. Et in minutissima nec
dicat rumpi frustula, nec diuisibilia, nec indiuisibilia, id quidem non pla
cuit Aristoteli, & Plotinus in 2. Enead. lib. 7. cap. 1. id sufficiēter reprobat
ad eorum sensum. Hinc Galenus, vt sibi imponit Auer. complexionem ex
Op. Galeni reprobata ab Auer. omnibus vocat, quam improbat satis Auer. Et quoniam quoque Gal. in
1. de Elem. cap. 6. in summo dat qualitates elementis singulis ambas, & in
Th. fine concludit, quòd mista ex eis nutriantur, eisq́ue sibi appositis indi-
Item Ar. geant; sequitur, vt quolibet tempore temperatura, quam ponit cap. 9. cor
1 rumpatur, vel ex potu, vel respiratione, & quauis occasione alteri elemē-
to addente suam qualitatem, tunc enim fortior vna qualitatum reddi-
tur à simili, & temperamentum corruit, & sic nullo tempore maneret,
2 quod sensus negat. Nec vnquàm benè declarat Gal. quo pacto summæ
contrariæ qualitates faciant armoniam, ac temperamentum, quod non
fit ex semper decertātibus. At Galeni, & Hyppocratis opiniones de qua-
tuor elementis, & rationes satis repulsæ sunt à Telesio.

Th. Quoniam quidem hic homo, quæ aduersus mistionem à Telesio di-
cuntur, minimè perspexit, responsum dat nullũ; sed adductis tùm Arist.
textibus, tùm aliorum dictis, quę nihil ad nostram faciunt rem, quapro-
pter non immoramur, dicit ex his satisfactum fuisse rationibus Telesij.
Quod quantam contineat veritatem, & rationalitatem, ex dictis à nobis
allatis innotescit. Nec Telesius ad ignominias currit, vt ipse illi imponit,
namq́ue neque ipse Telesij scriptum tantillum, quid significet, percepit;
& mirum quidem quomodo tam confidens est hic homo, vt putet ex
1 quibusuis verbis alienis à se recitatis, velut in toto libello suo facit, satis-
fieri à se dictis Telesij. Qui quidem omnium sententias rimatus est, vi-
2 dit responsa, & falsitatem cum alijs euertit. quæ poterant apparentię lo-
cum sortiri, modestissimis semper vsus verbis. At putat laudem esse Ari-
stoteli pungi à Telesio, quem vocat nō laudatum uirum. Et uerum qui-
dem,

dem, namque indocti homines, sicut hic, habetesq; ingenio, vel potiùs insensati non considerant doctrinas eius, & quę ex eis prodeunt, ideò non laudatur illis, sed subtiliores benè agnoscunt, & ostendunt eius sapientiam, & Socrates apud Plat. à paucis potius q̃ multis quibusq; probari volebat. Sed de his in procemio. Philosophaster autem, facile, quià non inspexit dicta illius, putat se respondere ad rationem eius, qua quęsiuisset Telesius quomodo separantur elementa. Vbi præter paruam intelligentiam in errores trahitur non paruos, inquiens, ꝙ quandò mista resoluantur elementa, quę ibi sunt refracta, sumunt vires à sua vniuersitate, & redeunt ad actus perfectos. Sicut si luti resoluatur à sole eius humiditas, remanet terra in actu perfecto, quæ erat in imperfecto. Mar. Resp.

At quidèm huius rationis falsitas indè deprehenditur, quòd si dissolutio misti fiat in medijs aquis, nunquàm fingi dicat modus, quo ignis sublunaris vniuersitas illuc vires dirigat, augeat vt cognatum. Nec dicatur ibi potentialiter, vel, vt dicunt virtualiter esse ignis; namque contrarium non admittit contrarium pacto quopiàm præsertim, quod contrà se acturum, si augeat, sentit. Si dicatur esse in potentia materiæ, erit ridiculum; nam in igne quoque hoc pacto est aqua Aristoteli, & actus refractus, imminutusque, cùm debet intendi, perfecto opus habet actu co- Th. Confu. Arg. 1. Resp. Confu. 2. Resp. Confu. 3.
gnato, vt ab eo perfectus fiat; & ignis perfectus, calorque summus, te- 4
porem, & exiliorem ignem adauget modò, perfectumque facit calorem, & ignem, non autèm potentia, quæ est in contrario, quam nec admittit contrarium, vt alibi est probatum, Sic & de cæteris, quę dissoluũtur alijs Disp. 1.
in locis, ad quos elementorum saltèm duorum, sed trium non proten- 5
duntur vires, & vbi retunduntur, & abolentur antequàm adiuuent, & quę separantur portiones elementorum, quam primùm à contrario ma
gno corpore pereunt. Et exemplum Martæ ipsi aduersatur; Terra ete- 6
nim non remanet pura, vt dicit, quià terræ vniuersitas eam purificet, sed quià sol deducit aqueas partes ad se; namque agens in lutum dissimilaribus compositum partibus, terra scilicet & aqua, tenuiores eleuat, quæ sunt aqueę, & resistentes verò, quæ sunt terreæ, spoliatæ remanẽt aqueis à calore attractis tanq̃ cognatioribus, & ideò minus resistẽtibus, & sinceræ, puræq; absq; mistione illarum. Vndè ex hoc exẽplo non concludat quòd ab vniuersitate terræ sumat vires terrea portio, licet id possit fieri
à terra, cùm sit corpus primum, agensque & ipsa, aqua nõ sumpsit vires 7
à sui vniuersitate, nam aqua effecta fuisset magis, sed à sole acta est in vaporem; non itaque vniuersitas aquæ separat aquam, quià ergò primum corpus non est. Et si vniuersitas terrę, suumque agat frigus, non reducet
ad se terram modò, sed & aquam simul, sicut in hyeme compingi lutũ, & 8
aquam cum ipso mistam conspicimus, & fieri terram, vel ens terræ vicinius; sol quoque terram, & aquam in sui naturam inuertit, sed terrenę resistentes partes, aquosis spoliatæ, perfici apparent. At aqua aquam gene

rat nunquàm, nec aer aerem. Nec mixtum videri debeat lutum; mixtum enim est omiomerum, & similare, vt dixit Arist. & vnam habet formam, sicut aqua; lutum autem aquam habet, & terram in suis gradibus, potiùs aquam perfectam, quàm terram, licet hæc terræ superficies, etiam quæ aquæ non est mixta, nobis alterata ponatur, & hoc pacto in luto extat, vndè mixtum fit ad sensum, vel appositum, non quod vult Arist.

Th. Vnde Arist. posuit mistionem. Quatuor igitur elementa ad entium factiones adducens Aristoteles aliorum præstigiis captus videtur, quorum verba transcripsit, nulla quidem vera coactus ratione, nulloq; argumento re verum concludente soluto: quomodo enim ex eis mixta componantur non est facilè fingere, nedùm demonstrare impossibile, vt ampliùs loquens quoq; manifestabit sermo. Ratio itidem, quam ponit in 2. de gen. t. 80. longè ægerrima apparet, absurdaq;, sicut Tel. in 3. lib. cap. 41. manifestat, quam & Galenus adducere videtur, & ipse Hyppocratis amore deceptus. Ideò enim, aiunt, mixtis, & animalibus quatuor insunt elemēta, quià ex eis nutriuntur, nam etiàm plantæ nutriuntur aqua terra commixta, nutrimentum autèm fit à calore, videlicet aeris, ignisq;. Nihil dicit hęc ratio. Nutriuntur enim plantę sola terra emollita à sole, ductaq; in succum, à quo planta constituta est, nutritaque; aqua autèm id præstat, vt terra sicca laxetur magis eius commixtione, & promptiùs in succum, magisq; agatur. Quod indè pateat (licet aquæ, succo viciniores cùm sint, alimento deseruiant) quòd plantæ aridis in locis, vbi nullæ fiunt pluuię, nutriuntur, nec aqua in cauernis terrę illius inexistit; nàm pluuia, si quandò est, absumitur repentè, nec colligitur; vel in ipsa æstate nutriuntur plantę, quià sol partes terræ in succum interiùs agit, quem non eleuat; ast vbi ardentissimus est, vt partem emollitam attenuet, & eleuet, arent plantæ.

1 Ratio Arist. & Gal. lib. de elem. 1.

Resp. Th. & Tel.

Quid prosit fossio plātis. Ideoq; terram fodiunt agricolæ, vt aditus detur solis actioni, qui terram emolliat in radicibus arboris, inquit Telesius. At Theophrastus in 3. de causis plant. lib. cap. 14. fossionem prodesse omnibus in diuersis diuersos effectus producentem insinuat. Siccum quidem solum humefacit, nam aer humo permixtus subintrans vaporatum præbet quendam humorē; & alimoniam efficit, quocircà solum squalidum, ac siticulosum fodere, agitareq; sępè oportet. Vliginosis, & palustribus fossio prodest, quià siccat, quę putredinem inferre consueuerunt. Sed in summa, ait, prodest plurimùm, cùm ea tollat, quæ succum auferunt. Rectè ergò Tel. inquit, quòd aridis locis fiunt plantæ, & nutriuntur à sole succum suggerente, intusq; gignente, & Theop. idem in eo. lib. manifestat, omnia itaq; funt à sole, & terra, & augmentum, & generatio plantarum à sole sunt, vt ipsi fatentur, quod in prima dispu. post sequentem dicemus.

2. Ratio. Gal. & Perip. Et ipsi ijdem aiunt; quoniam mixta in hæc quatuor dissolui apparent vocata elementa, consequens est, vt ex eis fiant.

An. Resp. Verùm id nunquàm sensui exposuerunt. Et si hoc fieret, nequaquàm ex

ex

ex eis communem naturam redactis, & mediam omiomeram, sed in propria actu, quamuis, aiunt, refracto, remanentibus, appositisq; mixtum fieret, vt ratio Arist. quoque probauit. Et si corrupta fuisse al j dicant, ac in virtute remanere, non fecerunt quidem mixtum: quę enim abolita periere (ait Arist.) ea non sunt, ergò non miscentur, sed sicut mixta sunt in elementis, sic elementa forent in illis. Et sicut resoluuntur in mixta elementa oppugnata, corruptaque, sic mixta in elementa, neutris sui altera continentibus. Et aduersùs hęc alia diximus. Nec ex diuerso dolore, & medicamento concludet quatuor naturas in hominis corpore Hypпocrates, & Gal. Nam sufficit calor sese amplificandi auidus summis, & diuersificatis, itaque remissis minùs, magisq; viribus agens in diuersas seminis portiunculas dissimiles inducere affectiones, dissimilaresq; partes efficere: quarum quauis immutata modis diuersis diuersi fiant morbi, & dolores, vt raptim transeam. Et altera pars frigida, in respectu ad alterā calidiorem, videtur, hęc nimirùm languido, illa forti donata calore. Et stantibus singulis in sui constitutiuo, primoq; calore sanitas est, at ablata symmetria horum calorum morbi fiunt. Et ratio Hyp. ex hoc nō valeat, quòd non quatuor afficimur doloribus, nec medicamentis quatuor indigemus, sic elementa non erunt quatuòr. Sed profectò sufficit latitudo caloris ad omnia, sicut sol ad omnia. Et ipsa quidem pituita, & atra bilis, non, vt putant, volentes concludere quatuor elementa esse mixta in nostro corpore, sit frigida: nam benè calida est ad tactum quoque extrinsecum: nam maior calor intraneus intùs tangens eam debiliori donatā, frigidā forsan diiudicat. Est quoq; fluida, & ab ea terrā fermentari, expandiq; & partes, quibus hęret impermixta, corrodi, exulceariq; aliasq; caloris operationes edi, visum est nō semel. Item Arist. 5. de gen. an oēm humorē calidū esse decernit in c. 3. Ipsi ēt medici humorem eundē in diuersas secant spēs, calidas. s. & siccas, & frigidas, aliasq; colore, & sapore differentes. Rigores ēt, tremores, & palpitationes ex diuersis fiūt humoribus diuersis dispositionibus caloris cōstitutis, & alterius carne, vel vena morsum exhorrescente, vel parte cōpuncta ab alio. Est etiā, & calore deficiente: non autem ab interno, vt putant, fiunt hęc frigore, sicut ex sensu docet Telesius ibidem cap. 34. Post hæc rationem aliam, qua Arist. ex primis quatuor omnia constare decernit, examinandam aggrediamur.

3 Gal. de ele. Hyp. li. de na tu. ho. Ratio. Th. Resp.

4 Ratio Hyp. ei aduersatur

Resp. ad id, quo probant ex contrariis humorib⁹ cō traria elem. in corpore animalis Gal. & Hyp

5

6 Ex rig. & palpi. nō pbatur inesse corpori frigus nati uū, ergo nec cōtraria ele. Arist.

Omnia (u q' Arist. in 2 de gen. t. 49.) mixta corpora, quęcunq; circà locū medium sunt, ex oībus cōposita sunt simplicibus. Terra quidē inest oībus, quià vnūquodq; maximè, mul-ūq; est in proprio loco; aqua aūt, quià oportet terminari quodcūq; cōpositum, sola aūt est simpliciū benè terminabilis aqua, ampliùs aūt & terra sinè humidò non pōt cōmorari, sed hoc est, quod continet: si. n. auferatur ex ipsa omninò humidū, decideret vtiq;. Terra quidē igitur, & aqua propter has insunt causas. Aer autem, & ignis, quià contraria sunt terræ, & aquæ, terra quidem aeri, aqua

Ratio 2. principalis.

 verò

verò igni contraria eſt, vt contingit ſubſtantiam ſubſtantiæ contrariam eſſe. Quoniam igitur generationes ex contrariis ſunt, ſi inſunt altera extrema contrariorum, neceſſe erit altera ineſſe, quapropter in omni cõpoſito omnia ſimplicia erunt. At iſtęc ratio non minùs ſibi, rerumq́ue naturæ contrariatur. Etenim ſiccum ſecundùm veritatem, & Ariſt. conſenſu, eſt, quod proprio figuratur, & continetur termino, non diffluẽs, nec alio indigens, vt conſiſtat. Aridum autèm, quod eſt perfectè ſiccũ, vt dicit 2. de gen. t. 12. & ob humiditatis defectum coagulatum ſit, humidum autèm, quod diffluit, nulloq́; ex ſe eſt aptum termino cõtineri, ſed alieno ſemper terminatur, itaq; à ſicco terminum aſſumit, ab humido verò, quod itidem nõ habet terminum, terminum ſuſcipiet nunquàm; aqua igitur cùm ſummè ſit humida, interminabilisq́;, neque ſe ipſam cõtinere valens, à terra ſummè ſicca, ſeq́; continente, terminum accipere aquam ſummoperè eſt neceſſè apud Ariſt. Quas ob res falſiſſima eſt ratio, quæ dicebat ineſſe aquã mixtis, vt contineat terram, nè diffluat, impotentem ſe continere, aqua itaq; opus ſit, quià indiget terminari mixtum, ſola autèm ſimplicium hæc eſt terminabilis, & terra ſine humido non conſiſtit. Vbi ergò ſanè adſtabilium entium, quod alio opus habet, vt terminetur, terminationem affert Ariſtoteles; cuius decreta è contrario fieri docuere; humidum quidem igitur, quod ſeſe continere non poteſt, longè abeſt, vt continentiam donet ſicco, quod ſeſe ipſum natura continet. Sed alij Peripatetici exponunt terminabile pro terminatiuo, vt ſit ſenſus, quod aqua elementum eſt humidum, & dat terminũ terræ humiditate ſua terminatiua. Verùm ſi vera ſit ratio, ꝙ humidum dat conſiſtentiam ſicco, eſtq́, terminatiuum illius, id agat eſt opus, quod maximè eſt humidum; id igitur efficiet aer, quem maximè humidum eſſe dixit Ariſt. ſingulis differentias partiens, aquæ enim maximam dedit frigiditatem. Vnumquodq́; autèm iuxtà proprium agit ingenium, aer igitur, cui forma agens inſidet humiditas magis, quàm calor, vt dicebat Ariſt. iuxtà humiditatis naturam, terræ conſiſtentiam dabit potiùs. Hæc videtur adducere Marta reticẽs cætera, nec magis hæc, quàm illa, capere apparet. Reſpondens tamen ait; quòd terra pura non habet continuationem, nec ipſa aliqua figura poſſet conſiſtere; partes autèm mixti oportet eſſe terminatas, ſola autèm aqua eſt benè terminabilis; prima autèm terra propter naturalem ſitum non ſtat ſinè humido, quod continet ipſam, & induret. Quòd, ſi auferatur, in puluerem terra conuertitur, vt igitur terra, cuius pars maior eſt in mixto, poſſit impingi, neceſsè eſt aqua. Nec obſtat ratio, quòd terra benè terminatur, ſeq́; retinere poteſt, ſecùs verò poteſt congregari, eò quòd ſicca eſt, niſi miſceatur aqua.

Sed huiuſcemodi ſermo non aliud affert ab his, quę dixit Ariſt. & reprobata ſunt à nobis, quibus impugnationibus non reſpondet Marta, ſed impugnata repetit, quin abſurdiori ea indicat modo. Si, quidem

id

[Margin notes: Reſpon. Tel. & Th. — Repr rationis multiplex. — Alb. & aliorũ expoſitio. — Th. Confu. — 2. de gen. t. 22. — Mar. Reſp. — Th.]

id siccum est, quod proprio termino, figuraque continetur (ad idem enim, eodem modo repetitum, reiiciendum eadem sunt rationes, amplius expositæ, afferendæ) & quod alieno difficulter, sicut lapis, ferrũ, & alia dura, & durum species est siccitatis vel Arist. testimonio; non enim cedit tangenti, (eius verba disputantes de ignis humore, & aquis adduximus) terra ergò, quæ siccorum siccissima est posita ipsi in t.23. nihil humido, vt terminetur, aqueo indigebit; impossibile enim est, vt quod natura sui est tale suscipiat id, quo est tale ab alio, cui minimè inest, humido enim non inest, sed ab altero suscipit terminum, vt habetur in multis sermonibus ab Aristot. & secundùm se non consistit, nec terminatur, quia fluit, estque molle in summo, & cedit comprimenti, non itaque dabit terræ figuram, & terminum, nec duritiem, quæ ei insunt secundùm naturam, humidis autem pacto nullo, quia contraria insunt scilicet interminabilitas, & inconstantia, & mollities, præsertim autem, vbi terra est pura, sicut vult respondens. Pura quidem terra, purumque elementum est, quòd qualitates suas integras, contrario non admixtas, nec itaque remissas habet, sicut Auerr. & Aristot. docent sæpius. Pura itaque terra habebit siccitatem, & duritiem, frigiditatem, & densitatem in summo, ergò & proprium terminum, nec illum diminutum, vt indigeat restaurante, itaque non aqua opus habeat vnquàm, si pura est, ad sui terminationem quampiam, & duritiē; si aqua præsertim interminabilis est, & mollis omninò. Et quidem potiùs si impura esset terra, indigeret terminante, nam alienata esset à siccitate, suoque termino, & indigeret altero, non autèm aqua. Et aqua prætereà non condensat, nec exiccat, vt dixit Arist. sed quæ coagulatur ab igne, liquescunt ab aqua, terra autèm coagulata est à frigore & densata, & quę puluis est facta, à calido est dissoluta, vt aqua, iuxtà decreta eius, id non faciat. Præsertim quidem quià iuxtà decretum Auer. vt in fine disp. superioris diximus, frigus aquæ per se humiditatem generat, & humiditati, si detur potentia actiua, efficiet humiditatem, & ergò in terminabilitatem; quia Arist. ait, aquam non coagulare, ingrossare, itaque nec terminum dare secundùm suam naturam fluentem, & interminabilem ex se, sed mel quandoque coagulare respectu frigoris in ipsa existentis, sicut dicebat in 4. met. itaque longè abest Aristoteli, quam vt terram terminet, & coagulet pręcipuè puram. At indoctus homo intelligit puram modò terram, vt videtur, puluerem, & disgregatam, veluti arenam, à calore. Quę quidem impurissima est, adulterataq; ab ingenita tenuitate, exitum moliente, dissoluta in frustula Terra quidem pura est, quæ summè sicca est, densataq; à summo frigore in ipsa regnante. Arist. prætereà, vt terminetur humidum, admiscet ei siccum, & ea durescere, & consistere docet ex quibus extrahitur, non si addatur, humiditas, itaque & humore priuata ex se consistere. Ferrum enim, ait,

Reprobatio. Humidũ nõ dat terminũ sicco, ergo nec aqua terræ.

4. Met. t. 36. 4. Met. & in probl.

sæpiùs liquatum, quia scilicet elabitur humiditas, dissolui nequit; & coagulari multa dicit à frigore, densante humidum, vel exprimente calorem cum sua humiditate, quas obres humor Aristoteli causa est interminabilitatis, & inconstantiæ, nec compingere queat. Præterea Aristot. in 2. de gen. t. 8. 9. & seq. in 4 met. 1. humidum, & siccum nullo pacto decernit agere, nec terminationem, nec consistentiam, nec exiccationem, nec humectationem; sed calor, ait, & frigus sunt agentes copulantes, terminantes, humectantesque; humidum autem, & siccum terminantur, copulantur, & reliqua patiuntur: igitur per Arist. humidum, nec aqueum, si nullum, poterit nunquàm terminare, & copulare, continuareque terram, vel alia nec indurare. Et ex hoc quoque erronea est expositio Alberti, ac aliorũ, qui exponunt, aqua est terminabilis, prò terminatiua propter suam humiditatem, in præfato sermone: nec enim humidum terminat, vt hic dicitur, nec aqua terminat propter humorem, & fluiditatem suam, sed propter frigus interdùm, vt dicit in t. 36 & sensus manifestat, cui commiscetur aqua, id, quantò plùs aquæ miscetur, tantò fluidius & interminabilius reddi; & terra id declarat quoque, quod nolunt, quæ lutum molle fit, deindè liquidum, ac deniquè fluens, currensque, si ampliùs aqua cõmisceatur Nec disgregata ab humido copulantur Aristoteli, sed à calore congregante homogenea, & à frigore, & homogenea, & Etherogenea. Et si visum interdum sit Aristoteli, labente humiditate, quædam concidere cùm humiditatis natura, sicut & in dictis locis declarauit, non sit, vt det constantiam, & ipsa elabente alia quædam, & plurima consistent, & coagulentur, densenturque pleràque sint visa, inuestiganda erat huius rei, & concasus ratio, & nihil absque iudicio, consilioque prætereundum, vbi destructio veritatis ex verbis temerè dictis immineat, dicamus itaque.

Subtilis speculatio.

Quæ durescunt, & quæ concidũt elabẽte humore.

Quoniàm quidem ea præsertim humido elabente dilabuntur, quæ dissimilaria sunt, nec mista, sed composita modò ex aqua, & terra, sibi ipsis appositis, nequaquàm tamen in communem rem redactis, sed in propria seruatis natura, sicut terra aquæ mista, madefactaque, quæ lutum est perfectum; at similaria, cuiusmodi mista pouuntur Aristoteli, haud quaquàm ea fluente disrumpuntur, sed durescunt, magis, & sese continentiora fiunt, cuiusmodi ferrum, aurum, & lutum tegularum Aristotelis etiàm consensu, igitur, quæ mista non sunt, contineri ab humido, at mista, minimè dicendum fuit Aristoteli. Item illa non à calore quouis (Aristot. enim labi humiditatem dicit calore extraneo ad se trahente, nã quæ frigore compinguntur, minimè dissolui sunt visa vnquàm) disrumpuntur, sed à vehementi tantùm, & robustissimo, at à languido, moderatoque condensari apparent. Nec verò id fit, quòd languidior calor minùs strenuè inexistentem educat tenuitatẽ, humiditatemq; q̃ vehemẽs: vehemẽs quidèm promptiùs spoliat externas partes omni humore, & tenuitate, itaque crassas eas facit antequam internas ingrediatur, & per-

meet,

meet, hinc & aditum externę partes densatę actioni caloris, & occludunt tenuitatem internam, veluti in crustam actę ipsę superficiales; at languidus lentè agit, & passim, & omnem occupat, subintratque in molem, nec crassescere facit externas antequam totam permeet molem, sed paulatim agens, simul tenuitatem educit omnem; itaque, licet tardius, vniuersam ęque, non partem, exuperat, tamen quę occupat languidus calor, exiccantur, compinguntur que, & sese continentia fiunt. Quocirca, quę humore elabente dissoluuntur, nequaquam, quia humore, quo continebantur, spoliata sunt, disrumpuntur, sed quia in eodem temporis momẽto multa ingeneratur a calore tenuitas, subtilisque vapor, cui tantus exitus, & tam citò non patet, vt elabatur è stricta mole, quod habet opus, igitur constrictionis impatiens interclusa tenuitas impedientem crassitiem disrumpit, itaque dissoluitur moles. Quare non fit tenuitatis, humorisque defectu dissolutio, quin maior fit crassities, quod exempla Aristotelis manifestarunt, sed vbi vehemens calor copiosiorem simulq; ingenerauit spiritum, qui concutit crassitiem, exitum quęrens, itaque & dissoluit vndequaque. Quod terra pati videtur, cùm terremotus fiunt magni ex spiritu ingenito concutiente, & dissoluente, vel Aristotelis testimonio. Et hoc poterat admonere Aristotelem exemplum, vel castaneæ dum subcinere torrefiunt, è quibus non ablata est corticis particula, vt exitus fiat ingenerandæ tenuitati, quæ strepitu magno disrumpuntur in frustula. Et Aphrodisęus in 1. problematum lib. q. 102. agnouit hoc per exemplum oui, dùm assatur, disrupti etenim humor, inquit, in eo recalescens immodicè, copiam spirituum parit longiorem, quæ cũ per angusta exire cogatur, disrupto oui tegumẽto exiliat necessè est, quod fit, ait, in dolijs, cæterisq; fictilibus obturatis, antequàm mustũ efferueat, & spiritus ex efferuentia genitus delabat. Rectè quidẽ Aphrod. cõsiderauit in his, sed studio insectãdi Arist. in loco suo ex humoris effluxu cõsistentiã amittere terrã iudicauit. Hoc inuestigandũ fuisset Arist. & nõ contradicendũ sensui, cũ alibi visus sit humor diffluere, & eo elabẽte fieri siccitatẽ, & cõsistentiam, & non dicendũ, ꝙ humore consistat terra. Et sicca quidẽ omnia consistere absque humore apparent, & ipsa frustula, in quæ moles à spiritu est disrupta, sese continere summopere videntur, sicca nimirùm cum sit, à quibus humiditas quoque extracta fuit, cuius causa non deberent consistere, & tamẽ vnũ quodq; frustrũ stat propria figura, licet oĩa simul continentiã à vase sumant, quia minuta sint. Atqui si quæ aqua infusa cõtinentur. vt puluis, cinis, & arena, nequaq̃ ab ea, vt ab humidissima re, cùm propriũ sit humidi, nõ cõstare, terminabuntur; sed ideò fieri putandũ sit, ꝙ ipsa aqua nõ est in vltimũ gradũ humiditatis, in vltimam videlicet expansionẽ materiæ redacta, quæ tenuitas est, & vapor, ab ipso calore, hæc.n. competit igni, & aeri sincero; sed in medios subacta.s. in lentorem, mollitiem, & viscositatem, iccircò viscositatis, & crassitiei non est

Confir. ex Arist.

Ex Aphr.

est penitus experti, ergò sic terræ in frustrula dissolutæ colle, glutinisque ritu admista, his frustrulis continentiam quandam sua viscositate largitur. Sique aqua ipsa viscosa satis non sit commista crassæ moli terrenæ viscosa redditur, & eò magis, quò comiscetur magis, vt partibus pulverulentis, quas prorsùs permeat, fitque eis vnum magis, vbi & magis conglutinat Aristotelis ex empedocle testimonio sumpto in met. 4. & proprio in probl. sec. 21. viscositas enim ait Tel. glischrotisq; crassities est attenuari cœpta, & repugnans, obluctansque attenuari, vel est humiditas compingi incipiens, & compingi nolens, secundùm à quo termino incœpisse consideretur mutatio. Qua de re arenæ infusa aqua minùs compingit benè, non enim ea tenuitate est donata, qua pulvis. Vbi sanè iuxtà Aristotelis præfatam rationem viscosa magis esse deberet. Arena quidem nullam potest assumere ab aqua viscositatem, sed quampiam, si pulvere est mista, nec tenuia sibi ipsis commista, viscosa fiunt, nec crassa crassis vincta, nisi alterum det crassitiem attenuatam, alterum humiditatem crassam. Ideò aer, quamuis humidissimus sit, compingit nunquam, quod facere maximè deberet, si humidum consistentiam præbet, vt dicit Aristot. Hanc rationem ignorauit Aristot. ideò positiones firmas, stabilesque, quod humidum scilicet nō terminat, sed terminatur, aliàs allatas, propter præsentes deseruit. Et assignata est ratio, quòd Aristoteli tale humidum videri debeat, quam Marta non intellexit, & tamen sunt Arist. de creta, & ipse nobis reddendam esse rationem putat, non redditam contrà Aristot. ignarus homo. Et ideò sic dicit, quià ipsam soluere nō potuit Non enim reddidit causam, qua interminabilis aqua terminum det, & humidum, indigens consistentia, consistere faciat in Arist. dogmate, & Plato quoque id abhorret, nam inquit in Timęo, quòd bases aquæ minùs firmę, stabilesque, quàm terræ, facilè cedunt, atque labuntur. Non ergò Platoni cōsistentiam dat terræ aqua. Et nos dedimus causam, cur aqua interdùm id agat: & contrà Aristo. diximus, quòd non propter humiditatem, quià id præstaret aer magis, præter alias rationes aduersùs hoc.

Quid sit viscositas.

Ex Plat.

Mar.

Sed dicit Marta non debere aerem id agere. Duę, inquit, enim sunt siccitatis causę, vna frigus condensans, & comprimens humidum, & remouens siccitatem, quæ est humiditatis priuatio, secunda est caliditas humiditatem consumens, & motus causat calorem in calefactibili, ideò necessè est, quòd in materia illa profundat, quę est iuxta velocissimum motum, hęc autèm ignis materia est, & ideò calidorum est calidissimus, potentior autem est eius calor ad consumendum humidum, quàm terræ frigiditas, icircò ignis siccior est terra, & quià minùs calefacit motus cæli materiam aeris, ideò remanet magis humida, quàm calida, non tamen humidior aqua, in hac enim est frigusfaciens ad se fluere humidū, caliditas autèm aeris non facit humidum fluere, ideò aqua est humidior aere, & manifestum id est sensui.

Non desum quidèm hominis imperitiam admirari; si enim frigus Th. cōdensat,& comprimit humidum,non remouet siccitatem, sed inducit. Crassa.n.entia, densataq; sunt ficciora, vel omnium Perip. consensu, & quò compressa sunt magis, eò minùs cedunt, magisq; dura sunt.Quare siccitatem inducens frigus dicere debebat,si de causis siccitatis ratiocinatur. Nec videatur calor consumere humorem, nec siccissimus ignis:etenim, vt pluriès,omnium cōsensu, est probatum,summa tenuitas, quam semper intendit inducere calor,summa est humiditas; nā maximè fluit, figuratur ab aliis facillimè, minimeq; renititur tangēti, quare humidissimus appareat ignis, vt subtilissimè probatum est alibi. Et hinc pateat hominis ignorantia,qui siccitatem opus caloris dixit, cuius tamen propria est tenuitas, & ficciorem terra ignem posuit cuius contrarium ipse dixit in sermone de elementis, & quandoq; eadem siccitate vtrunq; summa donauit.Et Arist.in 2.de gen.t.22.siccissimum elementorum terram esse dixit, omnesq; ibi Peripatetici. Optimè quidèm,& non immeritò. Densissima.n.omnium est,& renitēs tactui plusquàm quælibet cæterorum. Et hic magis errat,dum aquā ponit humidiorem aere, cuius contrarium dixit ibidem Arist. ponens aerē humidorum humidissimum, & omnes quoq; Perip.vt nihil opus sit afferre;nam chartas implerē plures. Et sciolus contradicit sibi, dum ęquali gradu omnia elementa symbolicis qualitatibus donauit disputando de elementis,& ęquali calore donauit aerem,& ignem, & nunc sibi cōtrarius est, & Peripateticis omnibus. Siquidèm quod faciliùs cedit,& fluit,rariusq; est, molliusq; humidum est magis in via Arist.& aeri magis hęc cōpetunt,quin nec humidam,sed mollem potiùs aquā dicere,vel Arist.testimonio,consentaneum esset,vt elicitur ex 4.met. Ad vltimum.n.quoque tenuitatis gradum non est deducta,& guttæ aquæ sese continere contrà ingeniū humidorū verorum apparent. Et si est humidior aere,& frigidior,quàm calidus aer,iam destruisset illum,& tamen in medijs aquis aerē seruari videmus, nec egredientē saltèm fuisse madefactum teste Arist.in prob.sec.26.q.11. At homo non intelligit,quid sit humidum,ideò temerè loquitur,& quod vulgus iudicat,& minùs vulgaria intelligit. Ratio quoque, vndè sibi id suadet est inepta.Frigus.n.omnia condensat,aerem quoq;,densataq; indurat,congelatq;,qui sunt actus cōtrarij humiditati,suntq; siccitates, quę ex his sunt Aristo. consensu in 2.de gen, & met.4. non ergò humiditatis causa sit frigus aquæ,quin contrà naturam fluentem, humidamque aquę, coagulare mel aquæ frigus dicebat Arist. vt humiditatis destruēs videatur; Et quod comprimit humidum, & in naturam sicci reducit, non facit ad se fluere humidum; tale autèm dictum est esse frigus in his eisdem verbis à Marta,& Arist.ac Auer. condensare omnia dicit, & exiccare; fluiditas autèm est in raris, & tenuibus, non in densis. Frigus quoque aquam congelat, indurat, & quanto robustius, tantò durius

cõpingit in ens, in glaciē ſcilicet, & cryſtallum, quę ſicca ſunt, non flui da. Non ergò facit fluere, ſed immobilitat humidum aquæ, induratq́ue. Et Ariſt. in prob. ſec. de aquis calidis, calidas fluere magis docet, & mobiliores eſſe, & quid Ariſt. ſenſus teſtatur. Et de his ſatis antecedens locutus eſt ſermo. At alij dicunt Perip. quòd quià fluit mag s aer ob ſuam tenuitatem, ideò non eſt ea datus humiditate, quæ poſſit terminum dare, diffugiens nimirùm ſubitò. At hoc abſurdius eſt Ariſtoteli; ipſe enim quod fluit magis, & promptiùs quemlibet ſuſcipit terminū, humidum magis eſſe decreuit. Quare aqua, quę magis denſa eſt, magisq; craſſa, ſicca eſt magis quàm aer; nam craſſitudo ſua fit à denſatione; fit enim ex denſatis vaporibus, denſitas autē propria eſt ſiccitatis, ſi ſenſum ſequamur; namq; quantò magis denſum eſt quippiam, tantò cedit minus in profundum, & proprio magis continetur termino. Quapropter ſi ratione humiditatis fiat conſiſtentia, omnibus modis competat aeri oportet. Igitur alia de cauſa aqua contineat, non ob humiditatem. At dicunt quòd aer effugit, labiturq;, aqua verò grauat, & profundat, ideò aqueo opus eſt humido, non aereo. Sed fictio eſt hęc ſi ratio humidi eſt ratio conſiſtentię, & omnia quatuor elementa concurrunt ad mixtionem, igitur aer humidiſſimus dicatur eſſe continens; & ſi nequeunt fingere modum, quo aer ob ſuam labilitatem, miſceatur cùm cęteris, minùs fingent de igne ſublunari, qui tenuior eſt, & fluidior, igitur nunquàm miſtio fiet non potentibus aſſignare modum, quo aer, & ignis ad miſtionē veniant, & inalterent terram, & aquam, ſicut dicebat Ariſt. quòd opus eſt concurrere non abolita, nec remiſſa, ſed integra, ibique in congreſſu debilitari mutuis pugnis, & miſceri; nam quod fingunt de virtutibus va num eſt, & Ariſtoteli prorsùs diſcors. Et Ariſt. ipſe, non poſſe aerem miſceri in prob. ſec. 26. q. 3. & 10. declarauit, vt ſuorum ipſe decretorum ſæpè oblitus appareat. Propriis ergò viribus ſe continet terra, & ſi qua portio, quæ ex vi ingeniti vaporis diſrupta fuit; aqueo humido nō ſimpliciter, ſed viſcoſo contineatur oportet, vt diximus. At diſcutiatur nùm aerem, & ignem poſſint ad mixtionem adducere Peripatetici, & ſi nequeunt, auferatur miſtio, ſin poſſunt, aerem humidum dicant continens. Et quià falſa eſt poſitio, quòd humor ſub ratione, qua humor, continentiam largiatur, ex his nunc ruant decreta illorum.

Dictū aliorū. Th. Reprobatio. Reſp. aliorū. Th. reprobatio. Si 4. concurrūt ad miſtionē elem. ęquè miſcentur, igitur aer humidior aqua, æque mixtus, dabit terminum magis.

Mox autèm nec aer, nec ignis ad miſtorum compoſitionem Ariſtoteli afferri poteſt. Non enim nos doceat, quid aer agat in terram, inq; alia elementa cùm ſit debiliſſimus, qui à quouis ferè contrario nullo temporis momento extinguitur, corrumpiturq́ue; & neque in terra, locisq́ue, quibus miſta componuntur, retineri, includiq́ue poteſt, diffluens quaq́ue, & ad ſuperiora ſua petens natura. Nec modum, quo ignis ad hæc loca ſublunaris dilabatur, dicent vnquàm. Et ſi enim detur illud impoſſibile Ariſtoteli, alibi à nobis reprobatum, ignis nimirùm

Tel. Th. Quod aer, & ignis nō poſſint miſceri. Arg. 1.

rùm partes contritione solis, & cœlorum deorsum trudi, & à suo loco deturbari; non quidem dari potest, vt ad terram vsque detrudantur, quippè quæ parùm deuolutæ, detrusæq; ad proprium locum, & ad cognatam redeunt vniuersitatem, & motum sistunt violentum, Quin nō ad terram vsque delabi oportet, sed iuxtà eorum dogma, ad profunda 4
maris, & terræ viscera agi oportet, ibi enim fiunt calida mista, salsa videlicet, nitrosa, sulphurea, & bituminosa: quò non est possibile fingi quòd concurrant.

Ad hæc ait Marta, opus cœli est opus intelligentiæ, ideò non mouentur elementa semper naturaliter, sed quò diriguntur ab his, & hinc ignis partes sparguntur in aere, & per virtutem cœlestis motus violentia fertur deorsùm, & ideò sunt aliquæ eius partes in vaporibus pluuialibus descendentes, & in rore, & ideò aquæ pluuiales vaporosæ sunt, & calidæ; & hęc est causa, cur niue descendente non fit tanta frigoris intensio, cum his ergò descendunt partes ignitæ ad loca mistionis; & ideò non approbo sententiam dicentium, quòd ignis descendat per iaculationem. Resp.Mar.

Verùm quid fictius dici potest? si enim naturalis est mistio naturaliter ad eam oportet concurrant elementa, & non ductu naturæ simplicissimæ, & incorporeæ, quæ quomodo conducat impossibile est fingere. Et profectò elementa quandò agunt in mistione, vnumquodque suam amplificationem intendit, & alterum in sui naturam agere; & hoc illis naturalissimum est, nam mixti primò non intendunt factionē, sicut sibi naturalissimum est suam in terram diffundere substantiam apud nos, & illam inuertere in cœlum, nec intendit hæc media, sed quodam fiunt accidente respectu illius. Nec prętereà aer, & ignis, qui stupidi ponuntur peripateticis, & cognitionis expertes quomodo obediūt intelligentiis contrà propriam naturam, fingent nunquàm, & quo exequantur modo, quod mandauerunt, ipsam scilicet mistionem, pręsertim cùm sit contrà eorum naturam mandatum, delapsus scilicet deorsum, & ad profundum maris, & terræ, vbi sanè corrumpi sperant magis; & vt suæ naturæ obliti, periculose exponant, & pacem iniant cùm contrariis, in maxima pugna dum digladiantur. Nec enim id animalia, quæ obedire, cognitionis participia cùm sint, modò illis, sciunt, itaque inuita duci oportet, quò nolunt, multò minùs stupidiora elementa sinent duci. Et mirum quidem si rerum naturæ ad efficiendum, quod eis naturale est, si id volunt in vita, atque ab alijs violentantibus aguntur, & perpetuò patiuntur vim, & si nesciuit Deus, naturaq; modū,(quod absit) quo simile efficiunt cū voluptate, sicut faciunt animalia, ipsa elemēta, & talē indere ignorauit, sed intelligē:iis mu:uus tale assignauit, vt naturas violētent, & agētia penitus dissimilia, & incorporea ad res corporeas cōtrà decreta sensus designauerit. Qua de causa à motu cęlesti

Th. Reprobatio. Ratio 1. Quòd non ducantur res ab intelligentiis in 1. li. de sensu rerum est à nobis probatum.

2

3

4

5

6

Arift. non ab intel. sed à motu igné ad mista deducit modò detrudi aerem, ignemque Aristoteli placet in 1. met. cap. 4. propter motum enim solidi solis disgregantis pertingit, ait, ad locum hunc caliditas, & quià ambiens ignis per aerem spargitur frequenter motu, & fertur violentia deorsùm; quare Aristo. fictiones omnes effugit, &, cui
7 magis fauet sensus, adhæret: licet & eius positio impossibilis fit, vt in sermone de cælo, & de calore dictum est satis. Attamen non demonstrat
8 Arist. nec Peripateticorum quispiam modum, quo solis cōtritione, præsertim hyemalibus temporibus, quandò sol abest, fiat mistio, & tunc sanè multa generantur, quæ ex quatuor elementorum congressu fieri est opus, vt aiunt, & quonam pacto in profundis terrarum, & maris tunc
Concl. vera. temporis dispergatur ignis, fingent nunquàm. Itaque à solis calore ibi cùm luce recepto fieri dicant, sicut nos, est opus, quippè cùm ab hoc facta videantur omnia ex deuicta terra. Et Martæ responsum id non explicauit, & positio sua est vana. Nam si fertur violentia deorsùm ignis, igitur, vt aiunt, per iaculationem, quod non vult, & quodlibet est fi-
Nō pōt ignis cū pluuia descendere ad mixtionem. Ratio 1. ctitium. Et quià diuersas sententias adunat Marta, simul dicit venire ignem pluuijs admixtum, quę sunt vaporosæ, & calidæ, & tempore niuis. At hoc ipsi dici nequit; Etenim tractans de aquis, frigidas esse dixit, & niues, quæ descendunt. Et Arist. summè oppositam igni aquam posuit, quare longè abest aqua, quàm vt secùm ignem ducat, non enim inierunt fædus, vt aqua ipsum non extinguat, si summè est contra-
2 ria illi. Et cùm odiis se prosequantur contraria, & ignis vi defertur, profectò extinguetur in via, tùm quià contrarium edit motum, violentaturque, tùm quià contrarium, quod ipsum conducit scilicet aqua ei dominatur, si trahit, & super illū grauatur, vt etiàm si sit calida, extinguat,
3 aqua enim calida igni iniecta illum extinguit, & suffocat. Et dato quidē, quòd ignem deferat pluuia, quod est impossibile, præcipuè apud illos, tunc ignis veniet remissus, & penè extinctus, nil valens agere in contrarium, vt sensus talibus factis pluuiis experitur, quare mistio nulla fiet, nam aqua dominatur, & terra hic', summo gaudentes frigore, & quantitate, ac robore, si in eis fit mixtum; tunc enim mixtum non fit, cùm alterum alteri dominatur, elemēto, sed alterius fit generatio, dicit Arist.
4 & Auer. Et si mista fiunt in visceribus terræ, & aquę, & illa calida sunt à prædominio, vt salsa, & bituminosa, sulfureaq;, non potest fingi, quo illa effecerit modo calor adueniens cum pluuiis valdè remissus, & dominatus fuerit aliis elementis, ac à se mixtum denominauerit, inualidus gignendi talia. Et oblitus sui homo fatetur cùm niue, & aqua calorē esse, veritate coactus, vel fingendi cupidus prò Arist. contrà illum, sicut Alb. fassus est; Quod penitùs absurdū eis videtur, & tamen considerant nunquàm, quid dicant; sed supponentes Peripatetici ea, quæ Arist. dicit esse diuina, & naturas rerum in eisdem sępè verbis peruertūt, & quales esse alibi prædicārunt prò Aristotele, alia nunc vrgente necessitate prò

eiusdem altera fictione saluanda, tales esse negant, vel aliàs fingunt. Et peius alij, hæc euitantes dicunt, ex mistis fieri nimirùm alia, in quibus sunt elementa, non ex elementis. Namq; Arist. ex eorum vniuersitatibus mista hæc fieri vbiq; prædicat, & si nequit ex eis fieri, nunquàm ergò facta est, non sunt ergò prima corpora, nec videbitur ergò mistio, ipsa igitur penitùs tollatur est necesse. Allorũ sententia. Th. Reprobatio.

Ampliùs quidem Tel. ait in 3. lib. cap. 44. nec, si admixta omnia deducat elementa Aristoteles, modum fingere poterit, quo eorum formæ, ipsæq; naturæ agentes penitùs contrarię actionem inter se sistant, & veluti fœdere inito, non sese ampliùs corrumpant, sed in eodem regnent subiecto. Tel. Quòd elemẽta nõ possint conciliari, vt misceantur.

Ait Marta dictum esse in superioribus, quòd quando sunt æqualia elementa, si in se agant, resultat complexio, quæ est mistio, & si inæqualia sint, fiet alterius generatio. Mar. Reprob.

Verùm hæc verba verificant rationem, qua diximus non fieri mistum in medijs terris, & aquis, quià aduenit debilitatus ignis, dato quòd veniat, & ex inæqualibus non fit mixtum; at quod manifestandum erat, declarat nihil hic, aut alibi sciolus, nec Arist. nec Auer. ipsi enim dixerunt, si ęqualia in virtute sint elementa, tunc in inuicèm agent, se debilitauerint, nec totaliter corruperint; fiet mixtum in 2. de gen. t. 48. At nõ explicant, cur horum actiones cessent, & non ampliùs agunt, sed in eodẽ subiecto conciliantur, & commorantur mixtum componentes. Th. Reprob. Nequè enim quatuor naturæ contrarię vnam, eandemq; rem, quam similarem esse oporteat, constituant ipsæ non abolitæ, & quoniam contrarijs indigent singulę dispositionibus, vt constituant, & sint, contrariisq, instrumentis, in eadem igitur materia quatuor sint formæ oportet contrariæ cõtrariis modis informantes. Quod à veritate per quàm lõgissimè abest. Et propter hęc contraria, nec si remittantur, esse posse vnum dicãt. Tùm & si detur vnum similare ab eis constitui ex quatuor contrariis essentiis, & substantiis, (nam in substantiis contrarium esse Arist. sui oblitus fatetur in 2. de gen. t. 49. & alibi, vt in prima disp. narrauimus) fingent nunquàm, quomodo coercitæ sint earum actiones, & proprij ingenij oblitę sint, & cùm contrarijs contraria viuant depositis odijs, actionibus, & appetitibus destruendi contrarium, seq; amplificandi. Nõ sunt ergò in mixto eiusdem naturę, quod volebat pręsens positio, sicut priùs erant; nam non agunt, vt priùs: Porrò enim si remissa sunt, remissam facient aduersùs inuicem actionem singula, & stante actione cõtrariorum, mistum ex eis nullum fit, pręsertim similare, vt volunt: Et licet ad sensum fiat mistio, quę nec potest, statim corruet, nam interibunt ex illa actione: Nec, quià remissa sunt, durent, sicut enim se habet intensum ad corrumpendum intensum contrarium, sic remissum ad remissum, sed varietas est inter intensum, & remissum, si hoc non agat, illud autèm sic. Tales

quippè

quippè sunt rerum formæ, vt, quandiù viuunt, sui amplificationem appetant, & semper pugnent cùm suis contrarijs, vt destruant, repugnetq; ipsæ modò, quàmuis robustioribus, & ipsæ formæ in proprijs regnantes subiectis, reagunt sempèr in contrarias, etiàm si remittàtur ab eis, & sint debilitatæ, vt ex Arist. quoque elicitur in 4. de gen. an. cap. 3. at quod de sui natura tale est, semper, aiunt Peripatetici, est tale vbilibet reponatur; in misto igitur semper contrariæ erunt formæ elementorum, & semper se se oppugnabunt, itaque mistum fit nullum, quale præsertim esse voluit Arist. imò in mistis agant magis in inuicèm oportet, vbi enim coeũt contraria agunt, nunquàm ergò cessabit actio, & motus, & nunquàm fit mistum, quod terminus est motus Peripateticis. Prætereà in mistis plurimis altera formarum repugnare est visa, & prædominari etiàm Peripateticis, cur ergò illa cęteris dominans, non in eas agat commixtas, & deturbet contrarias, nàm si in externas agit contrarias, vbi coeunt, multò magis in intimas iam profligatas aget, & corrumpet, nec viuere sinet in eodem subiecto, quo sola potiri ipsa summè appetit. Igitur Peripatetici horum reddentes rationem nunquam, nobiscum dicant oportet, singula entia vna forma detineri ab vno agente inducta, secundùm remissum, & intensum participatam, & conditiones diuersas, omnia scilicet vel calore, vel frigore, vt nobis fit, & Marta ad hæc non respondit.

Potissima ratio.

Tel. Th. Ratio ex effectu super causam.

Alia ad huc ratione demonstrauit Telesius secunda entia è quatuor non constare elementis, & aquam non esse primum corpus. Quòd succi plurimi reperiuntur longè frigidiores aqua, qui tamen sunt tenuiores, vt nõ ideò copiosius colligatur frigus, quàm quod est in aqua, qui si sint secunda corpora ex quatuor mista primis, aqua crassiores esse oportet, & calidiores, cùm misti sint eis ignis, & terra vltrà aquam. Hæc & alia adducit Tel. ad huius rationis confirmationem.

Mar. Resp.

Id non intelligens Marta, non adduxit; sed patet, inquit, ex doctrina Balduini, ex terra aqua frigidiores eos euelli posse, si sit frigidissima, & iungatur siccitati plus frigus faciet, &c.

Th. Confutatio.

Sed fallitur Balduinista mirum immodum. Nã Arist. aquam frigidiorem terra esse voluit, dùm ei primò frigus, magisq; dat, quàm humiditatem, licet aliâs contradicat. Igitur in summo est aqua frigida, & maximo gradu apud illum; at modò non datur maius maximo. Et Auer. 1. cant. com. 15. frigidiorem esse aquam de mente Arist. tenet. Et de hoc Achillinus in 3. de elem. dub. 15. probat aquam esse frigidiorem de Aristotelis intento: cuius rationes soluat Balduinista Marta, qui & ipse in dispu. 3. vtrunq; eodem donauit frigore. Contradicit ergò Marta Arist. Auer. & sibi. Prętereà succi non sunt prima elementa, ergò mista, ad eos ergò nõ modò cõponendos concurrit terra, & aqua, sed aer, & ignis calidi, aqua autem nullum habet calorem illis, ergò respectu mixtionis horum saltẽ calidiores erunt aqua, & sint est necesse: sunt enim adæquata elementa

in

in eis. Et ſi educantur è terra, à calore duci eſt oportet, Solem enim modò id facere, ſicut aquas facit, peripatetici conſentiant omnes, nō ergò ſint frigidiores aquis ſummè frigidis. Nàm ſi cōcedatur ſibi cum Ariſt. damno, terram aqua eſſe frigidiorem ob ſiccitatem, nō tamen ſucci ſunt terra, ſed ab eius natura remoti valdè, nam ſunt tranſpicui, fluidi, humidi, non coniuncti ſiccitate, quæ frigus augeat, ſicut in terra facere dixit homo, terra verò craſſa, obſcura, ſiccaque. Et ſi ratio eſſet vera, tūc aer ex terra factus, frigidus eſſet, vel frigidior aqua. Nec dicant ſiccitatem frigoris eſſe cauſam, ſed è conuersò, vt de mente Ariſt. probauimus de elementis loquentes. Præterea ſiccitas exacuit ſummam ignis caliditatē Ariſtoteli, non ergò & ſummum frigus, ſed humor, quo deliteſcit calor in aere in eorum doctrina, ſummum frigus adiuuare deberet, contrariorum enim contraria cauſa dicebat Ariſt. in 4. met. ad hunc propoſitum. Et hanc rationem non intellexit Marta, ideò non attuliſſe rationem Teleſium dicit, ſed ipſe talis eſt, vt vides, qui loquatur temerè. Senſus quidem, & Ariſt. manifeſtat, non eſſe contrarij vtriuſq; maximè repugnantis cauſam vnam. Et Ariſt. ſummū frigus copulauit humiditati in aqua, & non ſiccitati, & aquam vocauit primò frigidam, itaq; frigus multùm conuenire cum humido inſinuauit, ab eoq; adiuuari magis, quàm à ſicco. Et ſi calefacit magis ignis, quàm aer, dicunt Peripatetici, ideò eſſe, quòd ignis calor à ſiccitate exacuitur, & aeris ab eius humiditate retunditur: igitur frigus è contrà ab aquæ humido exacuatur, & à ſicco terræ magis retundatur dicant Perip. Siccitas quidem terræ, & ignis eadem eſt Ariſtoteli dicenti, ſi mutetur ignis calor remanente ſiccitate, ipſum fieri terram. Et hoc cogit Ariſt. quòd eadem ſiccitas non iuuet contraria. At illud mirari hominem licet, qui eandem naturam copulauit ſummè contrariis, ſiccitatem nimirùm; & cùm ignis tenuiſſimus ſit, non & humidiſſimum dixit, prædicans ſæpiùs, tenuitatem eſſe humiditatē, & craſſitiem, denſitatemq; ſiccitatem, & renitentiam. Quaſobres rationibus ex Ariſtotelis principiis deductis conuincitur aquam non eſſe elementum, & mixtionem impoſſibilem. Et ſi ſuccis dant formam occultam à cœlo, vt faciunt Medici plures, & Aſtrologi, id reprobauimus, & nequeunt Peripatetici nōn potentes aliud à calore à cælo aſſignare per Ariſtotelis dogmata. Et omnia ex antedictis ſufficientiſſimè innoteſcant, probenturque.

DISPVTATIO SEXTA.

ADVERSVS PERIPATETICOS DE principio effectiuo.

EDITA A FRATRE THOMA CAMPANELLA Stylense Ordinis Prædicatorum, pro defensione Bernardini Telesij.

IMAGINATVS Arist. 2. de gen. t. 51. quòd non sufficiat materia, & forma ad generationem, sed ampliùs opus esse efficiente, à quo forma materiæ indatur, reiecta opinione Platonis, qui Idæis assignabat tale opus, & illorum, qui materię attribuebant, mox reijcit opinionem Parmenidis, qui potentijs materiæ calori videlicet, & frigori efficiendi causam tribuerat.

1 Ratio Arist. quòd calor, & frigus non sit principia.

Etenim sic dicentes (ait Arist. t. 54.) generant valdè instrumentaliter, & auferunt formas principales, quæ sunt aliæ à calore, & frigore: Et idem faciunt, quod siquis serrę, & vnicuique organorum eorum, quæ generantur, attribuat causam. Necesse est enim serrante diuidi, & incidente coæquari, & in alijs similiter. Quocircà siquidem maximè facit, & mouet ignis; sed quomodo mouet non vident, quià deterius, quàm organum; nam temerè agit destructiuè. Videtur autem & ignis ipse motus pati. Vbi duabus de causis Arist. vult quòd calor, & frigus non sint principia,

2 Declaratio.

prima quidem, quià aufertur altera causa formalis, & fit idem agẽs cum forma, vndè sequitur, quod agens patiatur eadem, quæ forma, & recipiatur in materia, & destruatur: quod principali agenti, quòd conueniat non decet. Item quià agunt instrumentaliter, quod ex eo patet, quòd nulla vti videntur arte in agendo; vt nequeát tot pulcherrima opera eis assignari, sic temerè, & deteriùs organis agentibus. Itaque cum calorem, & frigus in principio illius libri componens mixta, tum in 4. met.

Aris. indagat aliud agens à calore, & frigore.

actiua posuisset principia, vult tandem assignare principalius agens in t. 55 pręter materiam, & formam; quod talium agentium vires temerè diffusas inhibeat, sitq; sempiternum, itaq; & à nullo patiatur. Amplius inquiens, quoniam secũdùm localem lationem est motus perpetuus, igitur motum perpetuum, necesse est his existentibus generationem esse continuè. Latio. n. faciet generationem, quia adducit, & abducit generans.

rans. Quaprópter quià latio est prior generationes, & quod fertur est ens, dignius erit, vt sit principium posterioris,& non entis,quale est, qđ generatur. Quoniam itèm generatio est continua,& corruptio, & dicimus lationem esse causam generationis, manifestum est, quod erit causa corruptionis; nam contrariorum contrariæ sunt causæ. Itaq; oportet esse contrarios motus locales, vel vnum sibi contrariū secundùm diuersas circuli partes, quę ex vna parte causet generationem,ex altera verò corruptionem. Hoc autem non reperitur in motu diurno primi mobilis, cęteros rapientis, quis est æqualis semper idem: erit ergò in orbe decliui super Zodiacum, vbi fit accessus solis ad nos, & recessus. Sol quidem adueniendo generat, & recedendo corrumpit; quia contrariorum est causa contraria. Vndè inæquali tempore erit generatio,& corruptio secundùm naturam.Ideoq; & tempus,& vita vniuscuiusque habent numerum,& omnium vita,& tempus,quià omnium est ordo,mensuratur periodo secundum plus, & minus, &c. Telesius nobiscum aduersus hæc in 4.lib. cap.2. inquit. Quòd si quippiam secūdorum entium quampiam edat actionem, operationemve; quæ calori & frigori primis naturis primorum entium attribui nequit; & quæ eam edunt entia alia à primorum corporum substantia donari oporteat,quod scilicet è primis sibijpsis commixtis,& refractis cōponi non appareat,recta ratione Arist. impulsus aliam à principijs primorum corporum inquisijsset naturam, & rectè ea Soli danda sibi fuisset,si à sole talis actio edi videtur modò, ac à nulla altera natura; & si ea,quæ effecta sunt,talem operantia actionē, soli persimilia apparerent sibi. Nam quæ generantur, naturas, & passiones proprias generantium,efficientiumque, teste etiam Aristotele, contrahere debent: quibus cognata fieri, quę fiunt ab eis summè est necesse. At quia nulla reperitur operatio in secundis entibus,nulliq; inest facultas,& proprietas, quę calori, & frigori non competat, vt in primo declaratum est commētario à Telesio,& à nobis in prima disp. & quoduis ex primis sibipsis commixtis, & debilitatis constitui videtur etiam Aristoteli in 2.de gen.& 4.met.agentibus calore, & frigore (licet alia ratione nobis quam illi) non autem constituuntur à solis quinta essentia, potiùs à calore illius; Perperam itaque absque consideratione causa efficiens altera à calore, & frigore inquisita est. Sed modus inueniendus erat, quo fiunt ab his quibus sensus assentit, & ratio dissentire videtur. Item si intuitus est Arist. talia fieri entia, quę entibus, vnde fiunt, sunt diffidentia, longè illis nimirùm nobiliora, vt ait,& summo artificio effecta esse: quod calori, & frigori agentibus temerè, vsquequaque effusis viribus, attribui nequeat, nec materiæ dari possit, nec potentiis his, indagandum ei fuit nobilius agens, ac diuinius, quòd formas materiæ induceret, ac illis, vt instrumentis vteretur, dùm formas gigneret,& plantas, & quę spontè nasci videntur, omniaq; constitueret; & quæ non ap-

Tel.Th.

Examinatur discursus Aristo.

Quid considerandum erat Arist.

Arist.n.mixta sunt nobiliora simplicibus.

verò igni contraria est, vt contingit substantiam substantiæ contrariam esse. Quoniam igitur generationes ex contrariis sunt, si insunt altera extrema contrariorum, necesse erit altera inesse, quapropter in omni cōposito omnia simplicia erunt. At istęc ratio non minùs sibi, rerumque naturæ contrariatur. Etenim siccum secundùm veritatem, & Arist. consensu, est, quod proprio figuratur, & continetur termino, non diffluēs, nec alio indigens, vt consistat. Aridum autèm, quod est perfectè siccū, vt dicit 2. de gen. t. 12. & ob humiditatis defectum coagulatum sit, humidum autèm, quod diffluit, nulloq; ex se est aptum termino cōtineri, sed alieno semper terminatur, itaq; à sicco terminum assumit, ab humido verò, quod itidem nō habet terminum, terminum suscipiet nunquàm; aqua igitur cùm summè sit humida, interminabilisq;, neque se ipsam cōtinere valens, à terra summè sicca, seq; continente, terminum accipere aquam summoperè est necesse apud Arist. Quas ob res falsissima est ratio, quæ dicebat inesse aquā mixtis, vt contineat terram, nè diffluat, impotentem se continere, aqua itaq; opus sit, quià indiget terminari mixtum, sola autèm simplicium hæc est terminabilis, & terra sine humido non consistit. Vbi ergò fanè adstabilium entium, quod alio opus habet, vt terminetur, terminationem affert Aristoteles; cuius decreta è contrario fieri docuere; humidum quidem igitur, quod sese continere non potest, longè abest, vt continentiam donet sicco, quod sese ipsum natura continet. Sed alij Peripatetici exponunt terminabile pro terminatiuo, vt sit sensus, quod aqua elementum est humidum, & dat terminū terræ humiditate sua terminatiua. Verùm si vera sit ratio, quod humidum dat consistentiam sicco, estq; terminatiuum illius, id agat est opus, quod maximè est humidum; id igitur efficiet aer, quem maximè humidum esse dixit Arist. singulis differentias partiens, aquæ enim maximam dedit frigiditatem. Vnumquodq; autèm iuxtà proprium agit ingenium, aer igitur, cui forma agens insidet humiditas magis, quàm calor, vt dicebat Arist. iuxtà humiditatis naturam, terræ consistentiam dabit potiùs. Hæc videtur adducere Marta reticēs cætera, nec magis hæc, quàm illa, capere apparet. Respondens tamen ait; quòd terra pura non habet continuationem, nec ipsa aliqua figura posset consistere; partes autèm mixti oportet esse terminatas, sola autèm aqua est benè terminabilis; prima autèm terra propter naturalem situm non stat sinè humido, quod continet ipsam, & induret. Quòd, si auferatur, in puluerem terra conuertitur, vt igitur terra, cuius pars maior est in mixto, possit impingi, necesse est aqua. Nec obstat ratio, quòd terra benè terminatur, seq; retinere potest, secùs verò potest congregari, eò quòd sicca est, nisi misceatur aqua.

Respon. Tel. & Th. Repr rationis multiplex.

Alb. & aliorū expositio. Th. Confu.

2. d gen. t. 22.

Mar. Resp.

Th.

Sed huiuscemodi sermo non aliud affert ab his, quę dixit Arist. & reprobata sunt à nobis, quibus impugnationibus non respondet Marta, sed impugnata repetit, quin absurdiori ea indicat modo. Si, quidem

id siccum est, quod proprio termino, figuraque continetur (ad idem enim, eodem modo repetitum, reiiciendum eædem sunt rationes, amplius expositæ, afferendæ) & quod alieno difficulter, sicut lapis, ferrū, & alia dura, & durum species est siccitatis vel Arist. testimonio; non enim cedit tangenti, (eius verba disputantes de ignis humore, & aquis adduximus) terra ergò, quæ siccorum siccissima est posita ipsi in t.23. nihil humido, vt terminetur, aqueo indigebit: impossibile enim est, vt quod natura sui est tale suscipiat id, quo est tale ab alio, cui minimè inest, humido enim non inest, sed ab altero suscipit terminum, vt habetur in multis sermonibus ab Aristot. & secundùm se non consistit, nec terminatur, quin fluit, estque molle in summo, & cedit comprimenti, non itaque dabit terræ figuram, & terminum, nec duritiem, quæ ei insunt secundùm naturam, humidis autem pacto nullo, quin contraria insunt scilicet interminabilitas, & inconstantia, & mollities, præsertim autem, vbi terra est pura, sicut vult respondens. Pura quidem terra, purumque elementum est, quòd qualitates suas integras, contrario non admixtas, nec itaque remissas habet, sicut Auerr. & Aristot. docent sæpiùs. Pura itaque terra habebit siccitatem, & duritiem, frigiditatem, & densitatem in summo, ergò & proprium terminum, nec illum diminutum, vt indigeat restaurante, itaque non aqua opus habeat vnquàm, si pura est, ad sui terminationem quampiam, & duritię; si aqua præsertim interminabilis est, & mollis omninò. Et quidem potiùs si impura esset terra, indigeret terminante, nam alienata esset à siccitate, suoque termino, & indigeret altero, non autèm aqua. Et aqua prætereà non condensat, nec exiccat, vt dixit Arist. sed quæ coagulatur ab igne, liquescunt ab aqua, terra autèm coagulata est a frigore & densata, & quę puluis est facta, à calido est dissoluta, vt aqua, iuxtà decreta eius, id non faciat. Præsertim quidem quià iuxtà decretum Auer. vt in fine disp. superioris diximus, frigus aquæ per se humiditatem generat, & humiditati, si detur potentia actiua, efficiet humiditatem, & ergò in terminabilitatem; quin Arist. ait, aquam non coagulare, i. grossare, itaque nec terminum dare secundùm suam naturam fluentem, & interminabilem esse, sed mel quandoque coagulare respectu frigoris in ipsa existentis, sicut dicebat in 4. met. itaque longè abest Aristoteli, quam vt terram terminet, & coagulet pręcipuè puram. At indoctus homo intelligit puram modò terram, vt videtur, puluerem, & disgregatam, veluti arenam, à calore. Quę quidem impurissima est, adulterataq; ab ingenita tenuitate, exitum moliente, dissoluta in frustrula Terra quidem pura est, quæ summè sicca est, densataq; à summo frigore in ipsa regnante. Arist. prætereà, vt terminetur humidum, admiscet ei siccum, & ea durescere, & consistere docet ex quibus extrahitur, non si addatur, humiditas, itaque & humore priuata esse consistere. Ferrum enim, ait,

Reprobatio. Humidū nō dat terminū sicco, ergo nec aqua terræ.

4. Met. t. 36. 4. Met. & in probl.

sæpiùs

sępiùs liquatum, quia scilicet elabitur humiditas, dissolui nequit; & coagulari multa dicit à frigore, densante humidum, vel exprimente calorem cum sua humiditate, quasobres humor Aristoteli causa est interminabilitatis, & inconstantię, nec compingere queat. Præterea Aristot. in 2. de gen. t. 8. 9. & seq. in 4. met. 1. humidum, & siccum nullo pacto decernit agere, nec terminationem, nec consistentiam, nec exiccationem, nec humectationem; sed calor, ait, & frigus sunt agentes copulantes, terminantes, humectantesque; humidum autem, & siccum terminantur, copulantur, & reliqua patiuntur: igitur per Arist. humidum, nec aqueum, si nullum, poterit nunquàm terminare, & copulare, continuareque terram, vel alia nec indurare. Et ex hoc quoque erronea est expositio Alberti, ac aliorũ, qui exponunt, aqua est terminabilis, prô terminatiua propter suam humiditatem, in prefato sermone: nec enim humidum terminat, vt hic dicitur, nec aqua terminat propter humorem, & fluiditatem suam, sed propter frigus interdùm, vt dicit in t. 36 & sensus manifestat, cui commiscetur aqua, id, quantò plùs aquæ miscetur, tantò fluidius. & interminabilius reddi; & terra id declarat quoque, quod nolunt, quæ lutum molle fit, deindè liquidum, ac deniquè fluens, currensque, si amplius aqua cõmisceatur Nec disgregata ab humido copulantur Aristoteli, sed à calore congregante homogenea, & à frigore, & homogenea, & Eterogenea. Et si visum interdum sit Aristoteli, labente humiditate, quędam concidere cùm humiditatis natura, sicut & in dictis locis declarauit, non sit, vt det constantiam, & ipsa elabente alia quædam, & plurima constent, & coagulentur, densenturque pleràque sint visa, inuestiganda erat huius rei, & concasus ratio, & nihil absque iudicio, consilioque prætereundum, vbi destructio veritatis ex verbis temerè dictis immineat, dicamus itaque.

Subtilis speculatio.

Quæ durescunt, & quæ concidũt elabẽte humore.

Quoniàm quidem ea presertim humido elabente dilabuntur, quę dissimilaria sunt, nec mista, sed composita modò ex aqua, & terra, sibi ipsis appositis, nequaquàm tamen in communem rem redactis, sed in propria seruatis natura, sicut terra aquę mista, madefactaque, quę lutum est perfectum; at similaria, cuiusmodi mista ponuntur Aristoteli, haud quaquàm ea fluente disrumpuntur, sed durescunt, magis, & sese continentiora fiunt, cuiusmodi ferrum, aurum, & lutum tegularum Aristotelis etiàm consensu, igitur, quę mista non sunt, contineri ab humido, at mista, minimè dicendum fuit Aristoteli. Item illa non à calore quouis (Aristot. enim labi humiditatem dicit calore extraneo ad se trahente, cũ quæ frigore compinguntur, minimè dissolui sunt visa vnquàm) disrumpuntur, sed à vehementi tantùm, & robustissimo, at à languido, moderatoque condensari apparent. Nec verò id fit, quòd languidior calor minùs strenuè inexistentem educat tenuitatẽ, humiditatemq; q̃ vehemẽs: vehemẽs quidèm promptiùs spoliat externas partes omni humore, & tenuitate, itaque crassas eas facit antequam internas ingrediatur, & permeet,

meet,hinc & aditum externę partes denſatę actioni caloris,& occludunt tenuitatem internam,veluti in cruſtam actę ipſę ſuperficiales; at languidus lentè agit,& paſsim,& omnem occupat,ſubintratque in molem,nec craſſeſcere facit externas antequam totam permeet molem,ſed paulatim agens,ſimul tenuitatem educit omnem ; itaque,licet tardius, vniuerſam ęque,non partem,exuperat,tamen quę occupat languidus calor,exiccantur,compinguntur que,& ſeſe continentia fiunt.Quocirca,quę humore elabente diſſoluuntur, nequaquam,quia humore, quo continebantur, ſpoliata ſunt,diſrumpuntur,ſed quia in eodem temporis momēto multa ingeneratur a calore tenuitas,ſubtilisque vapor, cui tantus exitus, & tam citò non patet, vt elabatur è ſtricta mole, quod habet opus, igitur conſtrictionis impatiens intercluſa tenuitas impedientem craſsitiem diſrumpit,itaque diſſoluitur moles.Quare non fit tenuitatis, humorisque defectu diſſolutio , quin maior fit craſsities , quod exempla Ariſtotelis manifeſtarunt , ſed vbi vehemens calor copioſiorem ſimul ingenerauit ſpiritum,qui concutit craſsitiem,exitum quęrens,itaque & diſſoluit vndequaque.Quod terra pati videtur,cùm terremotus fiunt magni ex ſpiritu ingenito concutiente,& diſſoluente,vel Ariſtotelis teſtimonio. Et hoc poterat admonere Ariſtotelem exemplum,vel caſtaneæ dum ſubcinere torrefiunt , è quibus non ablata eſt corticis particula , vt exitus fiat ingenerandæ tenuitati, quæ ſtrepitu magno diſrumpuntur in fruſtrula.Et Aphrodiſęus in 1.problematum lib.q.102.agnouit hoc per exemplum oui,dùm aſſatur,diſrupti etenim humor, inquit, in eo recaleſcens immodicè,copiam ſpirituum parit longiorem,quæ cũ per anguſta exire cogatur,diſrupto oui tegumēto exiliat neceſsè eſt,quod fit,ait,in dolijs, cæteriſq; fictilibus obturatis , antequàm muſtũ efferueat, & ſpiritus ex efferuentia genitus delabat.Rectè quidē Aphrod.cōſiderauit in his, ſed ſtudio inſectãdi Ariſt.in loco ſuo ex humoris effluxu cōſiſtentiã amittere terrã iudicauit. Hoc inueſtigandũ fuiſſet Ariſt. & nõ contradicendũ ſenſui,cũ alibi viſus ſit humor diffluere,& eo elabēte fieri ſiccitatē,& cōſiſtentiam,& non dicendũ,ꝙ humore conſiſtat terra. Et ſicca quidē omnia conſiſtere abſque humore apparent, & ipſa fruſtrula , in quæ moles à ſpiritu eſt diſrupta , ſeſe continere ſummopere videntur , ſicca nimirùm cum ſit , à quibus humiditas quoque extracta fuit,cuius cauſa non deberent conſiſtere,& tamē vnũ quodq; fruſtrũ ſtat propria figura,licet oĩa ſimul continentiã à vaſe ſumant,quia minuta ſint.Atqui ſi quæ aqua infuſa cōtinentur.vt puluis,cinis,& arena,nequaq̃ ab ea,vt ab humidiſſima re,cùm propriũ ſit humidi,nõ cōſtare,terminabuntur ; ſed ideò fieri putandũ ſit,ꝙ ipſa aqua nõ eſt in vltimũ gradũ humiditatis , in vltimam videlicet expanſionē materiæ redacta,quæ tenuitas eſt, & vapor, ab ipſo calore, hæc.n.competit igni,& aeri ſincero ; ſed in medios ſubacta.ſ. in lentorem,mollitiem,& viſcoſitatem,iccircò viſcoſitatis,& craſsitiei non eſt

Confir. ex Ariſt.

Ex Aphr.

est penitus expersi, ergò sic terrę in frustrula dissolutę colle, glutinisquè ritu admista, his frustrulis continentiam quadam sua viscositate largitur. Siquè aqua ipsa viscosa satis non sit commista crassæ moli terrenæ viscosa redditur, & eò magis, quò comiscetur magis, vt partibus pulverulentis, quas prorsùs permeat, fitquè eis vnum magis, vbi & magis conglutinat Aristotelis ex empedocle testimonio sumpto in met. 4. & proprio in probl. sec. 21. viscositas enim ait Tel. g'iscrotisq; crassities est attenuari cępta, & repugnans, obluctansque attenuari, vel est humiditas compingi incipiens, & compingi nolens, secundùm à quo termino incępisse consideretur mutatio. Qua de re arenæ infusa aqua minùs compingit benè, non enim ea tenuitate est donata, qua pulvis. Vbi sanè iuxtà Aristotelis præfatam rationem viscosa magis esse deberet. Arena quidem nullam potest assumere ab aqua viscositatem, sed quampiam, si pulvere est mista, nec tenuia sibi ipsis commista, viscosa fiunt, nec crassa crassis vincta, nisi alterum det crassitiem attenuatam, alterum humiditatem crassam. Ideò aer, quamuis humidissimus sit, compingit nunquam, quod facere maximè deberet, si humidum consistentiam præbet, vt dicit Aristot. Hanc rationem ignorauit Aristot. ideò positiones firmas, stabilesque, quod humidum scilicet nõ terminat, sed terminatur, alias allatas, propter pręsentes deseruit. Et assignata est ratio, quòd Aristoteli tale humidum videri debeat, quam Marta non intellexit, & tamen sunt Arist. de creta, & ipse nobis reddendam esse rationem putat, non redditam contrà Aristot. ignarus homo. Et ideò sic dicit, quià ipsam soluere nõ potuit. Non enim reddidit causam, qua interminabilis aqua terminum det, & humidum sin digens consistentia, consistere faciat in Arist. dogmate, & Plato quoque id abhorret, nam inquit in Timęo, quòd bases aquæ minùs firmę, stabilesque, quàm terræ, facilè cedunt, atque labuntur. Non ergò Platoni cõsistentiam dat terræ aqua. Et nos dedimus causam, cur aqua interdùm id agat: & contrà Aristo. diximus, quòd non propter humiditatem, quià id pręstaret aer magis, præter alias rationes aduersus hoc.

Quid sit viscositas.

Ex Plat.

Mar.

Sed dicit Marta non debere aerem id agere. Duę, inquit, enim sunt siccitatis causę, vna frigus condensans, & comprimens humidum, & remouens siccitatem, quæ est humiditatis priuatio, secunda est caliditas humiditatem consumens, & motus causat calorem in calefactibili, ideò necessè est, quòd in materia illa profundat, quę est iuxta velocissimum motum, hęc autèm ignis materia est, & ideò calidorum est calidissimus, potentior autem est eius calor ad consumendum humidum, quàm terræ frigiditas, icircò ignis siccior est terra, & quià minùs calefacit motus cæli materiam aeris, ideò remanet magis humida, quàm calida, non tamen humidior aqua, in hac enim est frigus faciens ad se fluere humidũ, caliditas autèm aeris non facit humidum fluere, ideò aqua est humidior aere, & manifestum id est sensui.

Non

Non desum quidèm hominis imperitiam admirari; si enim frigus condensat, & comprimit humidum, non remouet siccitatem, sed inducit. Crassa.n.entia, densataq; sunt ficciora, vel omnium Perip. consensu, & quò compressa sunt magis, eò minùs cedunt, magisq; dura sunt. Quare siccitatem inducens frigus dicere debebat, si de causis siccitatis ratiocinatur. Nec videatur calor consumere humorem, nec siccissimus ignis: etenim, vt pluriès, omnium cõsensu, est probatum, summa tenuitas, quam semper intendit inducere calor, summa est humiditas; nã maximè fluit, figuratur ab aliis facillimè, minimeq; renititur tangẽti, quare humidissimus appareat ignis, vt subtilissimè probatum est alibi. Et hinc pateat hominis ignorantia, qui siccitatem opus caloris dixit, cuius tamen propria est tenuitas, & ficciorem terra ignem posuit cuius contrarium ipse dixit in sermone de elementis, & quandoq; eadem siccitate vtrunq; summa donauit. Et Arist. in 2. de gen. t. 22. siccissimum elementorum terram esse dixit, omnesq; ibi Peripatetici. Optimè quidèm, & non immeritò. Densissima.n.omnium est, & renitẽs tactui plusquàm quælibet cæterorum. Et hic magis errat, dum aquã ponit humidiorem aere, cuius contrarium dixit ibidem Arist. ponens aerẽ humidorum humidissimum, & omnes quoq; Perip. vt nihil opus sit afferre; nam chartas implerẽ plures. Et sciolus contradicit sibi, dum ęquali gradu omnia elementa symbolicis qualitatibus donauit disputando de elementis, & ęquali calore donauit aerem, & ignem, & nunc sibi cõtrarius est, & Peripateticis omnibus. Siquidèm quod faciliùs cedit, & fluit, rariusq; est, molliusq; humidum est magis in via Arist. & aeri magis hęc cõpetunt, quin nec humidam, sed mollem potiùs aquã dicere, vel Arist. testimonio, consentaneum esset, vt elicitur ex 4. met. Ad vltimum.n. quoque tenuitatis gradum non est deducta, & guttæ aquæ sese continere contrà ingeniũ humidorũ verorum apparent. Et si est humidior aere, & frigidior, quàm calidus aer, iam destruisset illum, & tamen in medijs aquis aerẽ seruari videmus, nec egredientẽ saltèm fuisse madefactum teste Arist. in prob. sec. 26. q. 11. At homo non intelligit, quid sit humidum, ideò temerè loquitur, & quod vulgus iudicat, & minùs vulgaria intelligit. Ratio quoque, vndè sibi id suadet est inepta. Frigus.n. omnia condensat, aerem quoq;, densataq; indurat, congelatq;, qui sunt actus cõtrarij humiditati, suntq; siccitates, quę ex his sunt Aristo. consensu in 2. de gen. & met. 4. non ergò humiditatis causa sit frigus aquæ, quin contrà naturam fluentem, humidamque aquę, coagulare mel aquæ frigus dicebat Arist. vt humiditatis destruẽs videatur; Et quod comprimit humidum, & in naturam sicci reducit, non facit ad se fluere humidum; tale autèm dictum est esse frigus in his eisdem verbis à Marta, & Arist. ac Auer. condensare omnia dicit, & exiccare; fluiditas autèm est in raris, & tenuibus, non in densis. Frigus quoque aquam congelat, indurat, & quanto robustius, tantò durius

cōpingit id ens, in glaciē scilicet, & crystallum, quę sicca sunt, non flui da. Non ergò facit fluere, sed immobilitat humidum aquæ, induratque. Et Arist. in prob. sec. de aquis calidis, calidas fluere magis docet, & mobiliores esse, & quid Arist. sensus testatur. Et de his satis antecedens locutus est sermo. At alij dicunt Perip. quòd quià fluit magis aer ob suam tenuitatem, ideò non est ea datus humiditate, quæ possit terminum dare, diffugiens nimirùm subitò. At hoc absurdius est Aristoteli; ipse enim quod fluit magis, & promptiùs quemlibet suscipit terminū, humidum magis esse decreuit. Quare aqua, quę magis densa est, magisq; crassa, sicca est magis quàm aer; nam crassitudo sua fit à densatione; fit enim ex densatis vaporibus, densitas autē propria est siccitatis, si sensum sequamur; namq; quantò magis densum est quippiam, tantò cedit minus in profundum, & proprio magis continetur termino. Quapropter si ratione humiditatis fiat consistentia, omnibus modis competat aeri oportet. Igitur alia de causa aqua contineat, non ob humiditatem. At dicunt quòd aer effugit, labiturq;, aqua verò grauat, & profundat, ideò aqueo opus est humido, non aereo. Sed fictio est hęc si ratio humidi est ratio consistentię, & omnia quatuor elementa concurrunt ad mixtionem, igitur aer humidissimus dicatur esse continens; & si nequeunt fingere modum, quo aer ob suam labilitatem, misceatur cùm cęteris, minùs fingent de igne sublunari, qui tenuior est, & fluidior, igitur nunquàm mistio fiet non potentibus assignare modum, quo aer, & ignis ad mistionē veniant, & inalterent terram, & aquam, sicut dicebat Arist. quòd opus est concurrere non abolita, nec remissa, sed integra, ibique in congressu debilitari mutuis pugnis, & misceri; nam quod fingunt de virtutibus vanum est, & Aristoteli prorsùs discors. Et Arist. ipse, non posse aerem misceri in prob. sec. 26. q. 3. & 10. declarauit, vt suorum ipse decretorum sæpè oblitus appareat. Propriis ergò viribus se continet terra, & si qua portio, quæ ex vi ingeniti vaporis disrupta fuit; aqueo humido nō simpliciter, sed viscoso contineatur oportet, vt diximus. At discutiatur nùm aerem, & ignem possint ad mixtionem adducere Peripatetici, & si nequeunt, auferatur mistio, si n possunt, aerem humidum dicant continens. Et quià falsa est positio, quòd humor sub ratione, qua humor, continentiam largiatur, ex his nunc ruant decreta illorum.

Dictū aliorū.

Th. Reprobatio.

Resp. aliorū. Th. reprobatio.

SI 4. concurrūt ad mistionē elem. ęquè misceantur, igitur aer humidior aqua, æque mixtus, dabit terminum magis.

Mox autèm nec aer, nec ignis ad mistorum compositionem Aristoteli afferri potest. Non enim nos doceat, quid aer agat in terram, inq; alia elementa cùm sit debilissimus, qui à quouis ferè contrario nullo temporis momento extinguitur, corrumpiturque; & neque in terra, locisque, quibus mista componuntur, retineri, includique potest, diffluens quaque, & ad superiora sua petens natura. Nec modum, quo ignis ad hæc loca sublunaris dilabatur, dicent vnquàm. Et si enim detur illud impossibile Aristoteli, alibi à nobis reprobatum, ignis nimirùm

Tel. Th. Quod aer, & ignis nō possint misceri. Arg. 1.

rum partes contritione solis, & cœlorum deorsum trudi, & à suo loco deturbari; non quidem dari potest, vt ad terram vsque detrudantur, quippè quæ parùm deuolutæ, detrusæq; ad proprium locum, & ad cognatam redeunt vniuersitatem, & motum sistunt violentum, Quin nõ ad terram vsque delabi oportet, sed iuxtà eorum dogma, ad profunda maris, & terræ viscera agi oportet, ibi enim fiunt calida mista, salsa videlicet, nitrosa, sulphurea, & bituminosa: quò non est possibile fingi quòd concurrant. 4

Ad hæc ait Marta, opus cœli est opus intelligentiæ, ideò non mouentur elementa semper naturaliter, sed quò diriguntur ab his, & hinc ignis partes sparguntur in aere, & per virtutem cœlestis motus violentia fertur deorsùm, & ideò sunt aliquæ eius partes in vaporibus pluuialibus descendentes, & in rore, & ideò aquæ pluuiales vaporosæ sunt, & calidæ; & hęc est causa, cur niue descendente non fit tanta frigoris intensio, cum his ergò descendunt partes ignitæ ad loca mistionis; & ideò non approbo sententiam dicentium, quòd ignis descendat per iaculationem. Resp.Mar.

Verùm quid fictius dici potest? si enim naturalis est mistio naturaliter ad eam oportet concurrant elementa, & non ductu naturæ simplicissimæ, & incorporeæ, quæ quomodo conducat impossibile est fingere. Et profectò elementa quandò agunt in mistione, vnumquodque suam amplificationem intendit, & alterum in sui naturam agere; & hoc illis naturalissimum est, nam mixti primò non intendunt factionẽ, sicut sibi naturalissimum est suam in terram diffundere substantiam apud nos, & illam inuertere in cœlum, nec intendit hæc media, sed quodam fiunt accidente respectu illius. Nec pręterea aer, & ignis, qui stupidi ponuntur peripateticis, & cognitionis expertes quomodo obediũt intelligentiis contrà propriam naturam, fingent nunquàm, & quo exequantur modo, quod mandauerunt, ipsam scilicet mistionem, pręsertim cùm sit contrà eorum naturam mandatum, delapsus scilicet deorsum, & ad profundum maris, & terræ, vbi sanè corrumpi sperant magis; & vt suæ naturæ obliti, periculose exponant, & pacem iniant cùm contrariis, in maxima pugna dum digladiantur. Nec enim id animalia, quæ obedire, cognitionis participia cùm sint, modò illis, sciunt, itaque inuita duci oportet, quò nolunt, multò minùs stupidiora elementa sinent duci. Et mirum quidem si rerum naturæ ad efficiendum, quod eis naturale est, si id volunt in vita, atque ab alijs violentantibus aguntur, & perpetuò patiuntur vim, & si nesciuit Deus, naturaq; modũ, (quod absit) quo simile efficiunt cũ voluptate, sicut faciunt animalia, ipsa elemẽta, & talẽ indere ignorauit, sed intelligẽtiis mutuus tale assignauit, vt naturas violẽtent, & agẽtia penitus dissimilia, & incorporea ad res corporeas cõtrà decreta sensus designauerit. Qua de causa à motu cęlesti

Th. Reprobatio. Ratio 1. Quòd non ducantur res ab intelligentiis in 1. li. de sensu rerum est à nobis probatum.

2

3

4

5

6

Arist. non ab intel. sed à motu igné ad mista deducit modò detrudi aerem, ignemque Aristoteli placet in 1. met. cap. 4. propter motum enim solidi solis disgregantis pertingit, ait, ad locum hunc caliditas, & quià ambiens ignis per aerem spargitur frequenter motu, & fertur violentia deorsùm; quare Aristo. fictiones omnes effugit, &, cui
7 magis fauet sensus, adhæret: licet & eius positio impossibilis sit, vt in sermone de cælo, & de calore dictum est satis. Attamen non demonstrat
8 Arist. nec Peripateticorum quispiam modum, quo solis cõtritione, præsertim hyemalibus temporibus, quandò sol abest, fiat mistio, & tunc sanè multa generantur, quæ ex quatuor elementorum congressu fieri est opus, vt aiunt, & quonam pacto in profundis terrarum, & maris tunc
Concl. vera. temporis dispergatur ignis, fingent nunquàm. Itaque à solis calore ibi cùm luce recepto fieri dicant, sicut nos, est opus, quippè cùm ab hoc facta videantur omnia ex deuicta terra. Et Martæ responsum id non explicauit, & positio sua est vana. Nam si fertur violentia deorsùm ignis, igitur, vt aiunt, per iaculationem, quod non vult, & quodlibet est fi-
Nõ põt ignis cũ pluuia descendere ad mixtionem. Ratio 1. ctitium. Et quià diuersas sententias adunat Marta, simul dicit venire ignem pluuijs admixtum, quę sunt vaporosæ, & calidæ, & tempore niuis. At hoc ipsi dici nequit; Etenim tractans de aquis, frigidas esse dixit, & niues, quæ descendunt. Et Arist. summè oppositam igni aquam posuit, quare longè abest aqua, quàm vt secùm ignem ducat, non enim inierunt fædus, vt aqua ipsum non extinguat, si summè est contra-
2 ria illi. Et cùm odiis se prosequantur contraria, & ignis vi defertur, profectò extinguetur in via, tùm quià contrarium edit motum, violentaturque, tùm quià contrarium, quod ipsum conducit scilicet aqua ei dominatur, si trahit, & super illũ grauatur, vt etiàm si sit calida, extinguat,
3 aqua enim calida igni iniecta illum extinguit, & suffocat. Et dato quidẽ, quòd ignem deferat pluuia, quod est impossibile, præcipuè apud illos, tunc ignis veniet remissus, & penè extinctus, nil valens agere in contrarium, vt sensus talibus factis pluuiis experitur, quare mistio nulla fiet, nam aqua dominatur, & terra hîc, summo gaudentes frigore, & quantitate, ac robore, si in eis fit mixtum; tunc enim mixtum non fit, cùm alterum alteri dominatur, elemẽto, sed alterius fit generatio, dicit Arist.
4 & Auer. Et si mista fiunt in visceribus terræ, & aquę, & illa calida sunt à prædominio, vt salsa, & bituminosa, sulfureaq;, non potest fingi, quo illa effecerit modo calor aduenìens cum pluuiis valdè remissus, & dominatus fuerit aliis elementis, ac à se mixtum denominauerit, inualidus gignendi talia. Et oblitus sui homo fatetur cùm niue, & aqua calorẽ esse, veritate coactus, vel fingendi cupidus prò Arist. contrà illum, sicut Alb. fassus est; Quod penitùs absurdũ eis videtur, & tamen considerant nunquàm, quid dicant; sed supponentes Peripatetici ea, quæ Arist. dicit esse diuina, & naturas rerum in eisdem sępè verbis peruertũt, & quales esse alibi prædicârunt prò Aristotele, alia nunc vrgente necessitate prò

eiusdem altera fictione saluanda, tales esse negant, vel aliàs fingunt. Et peius alij, hæc euitantes dicunt, ex mistis fieri nimirùm alia, in quibus sunt elementa, non ex elementis Namq; Arist. ex eorum vniuersitatibus mista hæc fieri vbiq; prædicat, & si nequit ex eis fieri, nunquàm ergò facta est, non sunt ergò prima corpora, nec videbitur ergò mistio, ipsa igitur penitùs tollatur est necessè.

Allorũ sententia. Th. Reprobatio.

Ampliùs quidem Tel. ait in 3. lib. cap. 44. nec, si admixta omnia deducat elementa Aristoteles, modum fingere poterit, quo eorum formæ, ipsæq; naturæ agentes penitùs contrarię actionem inter se sistant, & veluti fœdere inito, non sese ampliùs corrumpant, sed in eodem regnent subiecto.

Tel. Quòd elemẽta nõ possint conciliari, vt misceantur.

Ait Marta dictum esse in superioribus, quòd quando sunt æqualia elementa, si in se agant, resultat complexio, quæ est mistio, & si inæqualia sint, fiet alterius generatio.

Mar. Reprob.

Verùm hæc verba verificant rationem, qua diximus non fieri mistum in medijs terris, & aquis, quià aduenit debilitatus ignis, dato quòd veniat, & ex inæqualibus non fit mixtum; at quod manifestandum erat, declarat nihil hic, aut alibi sciolus, nec Arist. nec Auer. ipsi enim dixerunt, si ęqualia in virtute sint elementa, tunc in inuicèm agent, se debilitauerint, nec totaliter corruperint; fiet mixtum in 2. de gen. t. 48. At nõ explicant, cur horum actiones cessent, & non ampliùs agunt, sed in eodẽ subiecto conciliantur, & commorantur mixtum componentes. Neque enim quatuor naturæ contrarię vnam, eandemq; rem, quam similarem esse oporteat, constituant ipsæ non abolitæ, & quoniam contrarijs indigent singulę dispositionibus, vt constituant, & sint, contrariisq; instrumentis, in eadem igitur materia quatuor sint formæ oportet contrariæ cõtrariis modis informantes. Quod à veritate per quàm lõgissimè abest. Et propter hęc contraria, nec si remittantur, esse posse vnum dicãt. Tùm & si detur vnum similare ab eis constitui ex quatuor contrariis essentiis, & substantiis, (nam in substantiis contrarium esse Arist. sui oblitus fatetur in 2. de gen. t. 49. & alibi, vt in prima disp. narrauimus) fingent nunquàm, quomodo coercitæ sint earum actiones, & proprij ingenij oblitę sint, & cùm contrarijs contraria viuant depositis odijs, actionibus, & appetitibus destruendi contrarium, seq; amplificandi. Nõ sunt ergò in mixto eiusdem naturę, quod volebat pręsens positio, sicut priùs erant; nam non agunt, vt priùs: Porrò enim si remissa sunt, remissam facient aduersùs inuicem actionem singula, & stante actione cõtrariorum, mistum ex eis nullum fit, pręsertim similare, vt volunt: Et licet ad sensum fiat mistio, quę nec potest, statim corruet, nam interibunt ex illa actione: Nec, quià remissa sunt, durent, sicut enim se habet intensum ad corrumpendum intensum contrarium, sic remissum ad remissum, sed varietas est inter intensum, & remissum, si hoc non agat, illud autèm sic. Tales

Th. Reprob.

quippè

in eis. Et si educantur è terra, à calore duci eos oportet, Solem enim modò id facere, sicut aquas facit, peripatetici consentiant omnes, nō ergò sint frigidiores aquis summè frigidis. Nàm si cōcedatur sibi cum Arist. damno, terram aqua esse frigidiorem ob siccitatem, nō tamen succi sunt terra, sed ab eius natura remoti valdè, nam sunt transpicui, fluidi, humidi, non coniuncti siccitate, quæ frigus augeat, sicut in terra facere dixit homo, terra verò crassa, obscura, siccáque. Et si ratio esset vera, tūc aer ex terra factus, frigidus esset, vel frigidior aqua. Nec dicant siccitatem frigoris esse causam, sed è conuersò, vt de mente Arist. probauimus de elementis loquentes. Prętereà siccitas exacuit summam ignis caliditatē Aristoteli, non ergò & summum frigus, sed humor, quo delitescit calor in aere in eorum doctrina, summum frigus adiuuare deberet, contrariorum enim contraria causa dicebat Arist. in 4. met. ad hunc propositum. Et hanc rationem non intellexit Marta, ideò non attulisse rationem Telesium dicit, sed ipse talis est, vt vides, qui loquatur temerè. Sensus quidem, & Arist. manifestat, non esse contrarij vtriusq; maximè repugnantis causam vnam. Et Arist. summū frigus copulauit humiditati in aqua, & non siccitati, & aquam vocauit primò frigidam, itaq; frigus multùm conuenire cum humido insinuauit, ab eoq; adiuuari magis, quàm à sicco. Et si calefacit magis ignis, quàm aer, dicunt Peripatetici, ideò esse, quòd ignis calor à siccitate exacuitur, & aeris ab eius humiditate retunditur: igitur frigus è contrà ab aquæ humido exacuatur, & à sicco terrę magis retundatur dicant Perip. Siccitas quidem terræ, & ignis eadem est Aristoteli dicenti, si mutetur ignis calor remanente siccitate, ipsum fieri terram. Et hoc cogit Arist. quòd eadem siccitas non iuuet contraria. At illud mirari hominem licet, qui eandem naturam copulauit summè contrariis, siccitatem nimirùm; & cùm ignis tenuissimus sit, non & humidissimum dixit, prædicans sępiùs, tenuitatem esse humiditatē, & crassitiem, densitatemq; siccitatem, & renitentiam. Quasobres rationibus ex Aristotelis principiis deductis conuincitur aquam non esse elementum, & mixtionem impossibilem. Et si succis dant formam occultam à cœlo, vt faciunt Medici plures, & Astrologi, id reprobauimus, & nequeunt Peripatetici non potentes aliud à calore à cęlo assignare per Aristotelis dogmata. Et omnia ex antedictis sufficientissimè innotescant, probenturque.

rans. Quaprópter quià latio est prior generationes, & quod fertur est ens, dignius erit, vt sit principium posterioris,& non entis, quale est, qđ generatur. Quoniam itèm generatio est continua,& corruptio, & dicimus lationem esse causam generationis, manifestum est, quod erit causa corruptionis; nam contrariorum contrariæ sunt causæ. Itaq; oportet esse contrarios motus locales, vel vnum sibi contrariũ secundùm diuersas circuli partes, quę ex vna parte causet generationem, ex altera verò corruptionem. Hoc autem non reperitur in motu diurno primi mobilis, cęteros rapientis, quis est æqualis semper idem: erit ergò in orbe decliui super Zodiacum, vbi fit accessus solis ad nos, & recessus. Sol quidem adueniendo generat, & recedendo corrumpit; quia contrariorum est causa contraria. Vndè inæquali tempore erit generatio,& corruptio secundùm naturam. Ideoq; & tempus,& vita vniuscuiusque habent numerum,& omnium vita,& tempus, quià omnium est ordo, mensuratur periodo secundum plus, & minus, &c. Telesius nobiscum aduersus hæc in 4.lib. cap.2. inquit. Quòd si quippiam secũdorum entium quampiam edat actionem, operationemve; quæ calori & frigori primis naturis primorum entium attribui nequit; & quæ eam edunt entia alia à primorum corporum substantia donari oporteat, quod scilicet è primis sibijpsis commixtis,& refractis cõponi non appareat, recta ratione Arist. impulsus aliam à principijs primorum corporum inquisijsset naturam, & rectè ea Soli danda sibi fuisset, si à sole talis actio edi videtur modò, ac à nulla altera natura; & si ea, quæ effecta sunt, talem operantia actionẽ, soli persimilia apparerent sibi. Nam quæ generantur, naturas, & passiones proprias generantium, efficientiumque, teste etiam Aristotele, contrahere debent: quibus cognata fieri, quę fiunt ab eis summè est necesse. At quia nulla reperitur operatio in secundis entibus, nulleq; inest facultas, & proprietas, quę calori, & frigori non competat, vt in primo declaratum est commẽtario à Telesio,& à nobis in prima disp. & quoduis ex primis sibipsis commixtis, & debilitatis constitui videtur etiam Aristoteli in 2.de gen.& 4.met. agentibus calore, & frigore (licet alia ratione nobis quam illi) non autem constituuntur à solis quinta essentia, potiùs à calore illius; Perperam itaque absque consideratione causa efficiens altera à calore, & frigore inquisita est. Sed modus inueniendus erat, quo fiunt ab his quibus sensus assentit, & ratio dissentire videtur. Item si intuitus est Arist. talia fieri entia, quę entibus, vndè fiunt, sunt dissidentia, longè illis nimirùm nobiliora, vt ait,& summo artificio effecta esse: quod calori, & frigori agentibus temerè, vsquequaque effusis viribus, attribui nequeat, nec materiæ dari possit, nec potentiis his, indagandum ei fuit nobilius agens, ac diuinius, quòd formas materiæ induceret, ac illis, vt instrumentis vteretur, dùm formas gigneret,& plantas, & quę spontè nasci videntur, omniaq; constitueret; & quæ non apparent

Tel.Th.

Examinatur discursus Aristo.

Quid considerandum erat Arist.

Arist.n.mixta sunt nobiliora simplicibus.

Nõ potest sol Ari. esse agẽs præsertim si est quinta essentia, & non calid⁹, quòd si calidus, ergo non datur aliud principiũ à calore, & frigore.

Parent ab vniuoco fieri. Non tamen in sole poni potest Aristoteli hoc principium, neque in obliqua eius latione. Nam quæ fiunt ab vniuoco, cognatoq; fieri est necesse, vt Arist. vbiq; decernit. Sed sol penitùs diuersæ naturæ est illi. Item, quæ generat, per accidens generat, nõ per se, nec proprijs viribus, sed viribus ignis, quẽ per accidens immittit ad hæc inferiora, dum.s. suo motu aerem atterit accendit, ac huc detrudit, vbi fiat generatio secũdùm quod dicitur 2. de cęl. & 1. met. vt adduximus in 3. disp. & in seq. At principium primum debet per se agere, propriisque viribus, ac artificiosè vt dixit: cuiusmodi sol non agit. Nam accidit motui solis attritio in aere, & accidentaliter mittitur ad nos calor, & magis,

3 per consequens, accidẽs est ei generatio: vt etiam videatur sol longè de-

4 terius agere, quàm instrumentum, & magis temerè, quam calor, & frigus moderati, cuiusmodi sunt Parmenidi potentiæ generantes in materia. Similiter nullum entium est soli simile talis naturæ posito, quale illum donat Arist. Item confirmari apparet ex hoc, quòd sol esset magis instrumẽtum dum non aliud præstaret, nisi immissionem caloris, & approximationem ad materiam, & ipse calor deinde videtur verè agẽs, qui propria vi generat, & educit formas, siue se alterum gignit, sitq; forma. Et quia, quę fiunt sumunt naturam agentis principalis, & non instrumenti, vt dicit Auer. & Arist. & omnia talia sumunt naturam caloris, cuius quęlibet sunt operationes, vt in prima disp. narrauimus; at quintæ essentiæ nil est simile eorum, quæ ab eo fiunt, erroneus valdè, sibiq; contrarius appareat Arist. Itèm, vt arguit Auer. in 7. metap. & in eisdem,

Rectè Parm. est locutus.

5 omnia quæ fiunt ab eodem agente principali, eiusdem sunt speciei, quia à diuersitate agentis sumitur formare diuersitas; sed non omnia quę fiũt à sole vt à principali, & à calore vt instrumento sunt eiusdem speciei, vel naturæ apud Arist. nam planta, & animal orta absque semine sunt diuersarum naturarum ipsi Aristoteli, & tamen vtraque sunt à sole. Nec con-

6 currant adęquiuocam causam, ex qua dicant fieri has diuersitates; nam Auer. arguit tunc contrà Platonem ponentem Ideam principium generationis, & contra legales ponentes Deum, vel cholcodeam, vt Auic. quę principia sunt æquiuoca. Similiter latio obliqua nil aliud præstat, nisi

7 vt fiat magis, vel minus directus sol; vndè nec ei potest attribui tam artificiosa generatio. Cętera, quę dicunt reprobauimus in superioribus disputationibus. At quandò aliud nullum principium apparet, cui rerũ omnium efficiẽtia, & animalium, ac plantarum generatio attribui possit, nisi sol; qui arte genitorum, & spontè principium videtur. Sol quidem, & homo, ait, hominem generant, & quę spontè fiunt, à solis imbibita caliditate imputri semine fiunt, sol itaque necessariò primum rerum agẽs principium videri debet per se, proprijsq; viribus, cum nostris entibus communicans, sicut antiquis visus est, aduersarius terrę; quam oppugnans in diuersa media statuat entia. Omnia quidem, vt corum

rum color, constitutio, & plures conditiones manifestāt, solis magis similia apparent. Et quantò plus à sole vincitur terra, tantò in cognatiora soli inuerti est visa. Vt liceat, sitq; necessè solem agentē causam omnium assignare vniuocam: cuius conditionibus media sunt donata, at non integris, vel non omnibus, quod non adhuc prorsus terram exuperarit. Eumq; calidissimum esse caloreq; agere, vt sensus manifestat nobis, & in omnibus conditionibus terrę contrarium: vt terra aliud principiū primum statuendum fuisset: itaq; & calorem solis, frigusq; terrę constitutiuum, oporteat poni principia naturę, taliaq; agere. At tali artificio dari sol aliundè iudicandus erat. Vnusq; calor à sole, aliud nihil, immitti visus, calor per se principium dici debebat, non organum. Sed de hoc satis in disp. prima diximus. Si sol agit, quà calidus, ergo per se calor est principiū, nō instrumētale.

Ad, quę dicit Arist. aduersus Parmenidem opponit Telesius in 2. min. cap. 24. & in 4. lib. mai. cap. 3. Rectè quidem rerum principium ęternum videri debet, itaq; & impatibile, quoniam generatio videtur ęterna Aristoteli: & sol tale principium apparuit, nam omnia adueniente sole generantur, & vires sumere genita videntur, vt dicitur in eodem lib. ab Arist. t. 58. & hęc generantis naturam assumunt: quod semper se alterum generat, seq; diffundit in aliena mole, vt suam faciat; itaque ipsum principium sol sui natura patibile poni poterat. Non siquidem integrum, valensq; agens principium, & veluti magnitudine, & robore munitum suo, pati impotens debet dici, sol, inquam, & alienę naturę, quàm vt patiatur, quintę nimirùm essentię; Nam debilitatum, & à contrario repugnante in suis effectibus patibile apparet, eiusdemq; naturę, itaque & natura patibile erit. Sed indaganda erat Aristoteli causa, cur non patiatur, quam nos dicimus. Quia in seipso fortius est suo contrario, nil lędi sinens, remotumq;, vt diximus in disp. 3. & prima cum Telesio. Neq; ratione vti dicatur, & non agere quantùm potest. Non quidem intelligere licet, quomodo suas reprimant vires, & non agant quantum possint contraria. Ipsa enim ideò agunt, vt in se alterutrum inuertant, ac corrūpant. Quod summa vi ab vtroque fieri cōsentaneum est. Nam quomodo misertum contrariorum contrario parcat, nec corrumpat, non video, & si ei parcens ab ipso lęditur ex nō oppressione interueniente roborato, cur parcitur, & cur nunc in se reducere molem contrarij vult, nunc verò nō? Non quidem vires prohibere vult contrarium illud seruantes. Nam nec appetitum se conseruandi, ac multiplicandi deperdit vnquàm naturale agens. Itaque temere, & vsquequaque effusis viribus agere vtrumq; oportet. Quas ob res sol, quantum potest, agit in terram, ipseq; calor, sic & frigus. Et alterum alterius vires oppugnet, & reprimat, vbi coeunt, opus est. At modus indagandus erat, quo mensura quadam, & arte vti videntur. Et poni modus videri debet sensui eorum actionibus, mensuraque, & ars ab alio illorum moderatore, & verè omnium primo principio, ve- req;

Defensio Parmen.

Sol est patibilis, vt claret ē effectib[9], vbi eius substātia est diminuta.

Sol calid[9] est & sine arte agit.

Quale, & quá

est agẽs, artẽ iudens actioni solis, & terræ, & qua ratione.

req; incorruptibile, & impatibile: omnia quod creauit, ac gubernat, neque quàm illorum immutante vim, & naturam, aut vires reprimente, cohibenteq; vmquàm; sed alia longè nobiliori ratione, diuinioreq; modo. Qui moderatur Deus est gloriosus, sapientissimus artifex: cui prouisum est, tot lationes dari soli agenti robustiori, tali faciles velocitate, vt numquàm reprimens ipse vires, mensura tamen agat. Nam sol illa dilatus, terras illustrat, fouetq; omnes, dum huc, atque illuc circumfertur, omnibusq; suis operibus sedes commodas præbet, dùm calore, quo ab eo sunt donata, accedens vel obliquus fouet, nil tamen exurit; directus autem mediis, medias torrefaciat sedes, extremas minus calefacit, sicq; multas in terra multas differentes sede statuat luce sua, zonas appellatas; & continuò frigori absens se reficiendi præbeat tempus. Quæ non obliqua latio præstat, vt sic; sed ipse, quem Deus condidit, & tali elegit, instituitq; ferri illum motu, eaq; ipsum à terra locauit distantia, vt non eruere illam, at agere in illam, substantiamq; haurire ex illa, vndè tot entia media appellata cõstituantur, queat, ipsæ videlicet plantæ, animalia, metalla, aer, & aquæ. Quare agens principium sol, vel solis calor, nulla ratione, sed quantum potest, ratione tamen vti videtur in agendo, eo locatus loco, & talibus delatus motibus, illum conseruantibus, & veluti mensuram dantibus, nè contrarium penitus trudat, & media nihil vmquàm contrario corrupto, gignat, (vt valdè liceat Arist. incusare, & cum eo Auerroem, & Epicurum prouidentiam Dei circà hæc inferiora tollentes, negantesque ab eo aliquando constituta fuisse, semperque dependere indidem). Et cui quæ fiunt omnia corrumpuntur, & quæ corrumpuntur à contrario corrumpuntur, alterum itaq; principium soli contrarium ponendũ erit, ipsa videlicet terra; Nec obliqua latio, quæ fit in orbe decliui, vtrumq; continere potest in se, vt Arist. falsò decernit; non enim obliquus sol sibi directo contrarius videri potest; at calefaciens omninò semper est; non tamen generare potest recedens, & obliquus, quæ gènerabat accedens, directusq; apud nos, sed apud alios, gignit. Nequaquàm tamen corrumpit, quæ accedens generauit, ipse recedens: nil quidem aliud à calore demandat, & calor debilis non destruit fortiorem. Item igitur cùm omnia videantur orta interire, inueniendũ erat solis oppositum principium contrarijs agẽs viribus, quod quæ à sole constituta sunt, perdat, & corrumpat, inq; se agere intendat mutans ipsa, deuastansq; caloris solaris opera. Et quià tale agens contrariũ est, & solis recessus non est, & calor solis constituit; terra itaq; ponẽda erat alterum principiũ, quæ constituta corrũpat, summa prædita frigiditate, calori solis contraria, contrarijsq; conditionibus omninò donata; quas in dispu. prima numerauimus, in nullis communicans, semperq; repugnans, ab eoq; continuò destructa; Vt satis laudari debet mihi Telesius Consentinus conterraneus noster, qui hoc agnouit, & Arist. incusari ponens

Recessus solis non est causa corrup. sed terra agens soli opposita, quæ etiã generat per accidens tardãdo, & diuersificãdo calorem.

Resp. est pro nobis.

ners aquam vnum de quatuor principijs oppositá omninò igni; & cú eo Hyppo detrahi Reghinus alter conterraneus, qui duo statuens principia, ignem & aquam constituit in vltimo oppositionis gradu, valdè visa cú sit nobis aqua à calore foueri, & ab ipso sole deuicta terra procreari, à se autẽ núquàm; at terra semper destrui, numquàm à Sole gigni, sed proprio frigore instaurari: quod si id pręstat aquę calor solis, non erit sibi contrarius, vel maximè contrarius positus aquæ ab Arist. magis præstabit terræ minus contrariæ, vt volunt. Marta nil audiens earú, quæ diximus, nec exordio, vnde disputatio oritur, lato, & quæ dicta Telesij summoperè sibi reprobanda erant, nil reiectis, nec allegatis, voluit respondere tantùm duobus dictis vltimis ipsius Telesij. Et inquit ꝙ motus vnius medietatis circuli non est contrarius motui alterius per se, sed secúdùm respectum radiorum ad locum generationis; quià cum recedit, respicit obliquiori modo, & tunc dominatur frigus mortificans. Rationeigitur modi est contrarietas motus in obliquo circulo, vel ratione accessus, & recessus. Sol igitur per sex signa generat accedendo, & per sex alia corrúpit recedendo. Sic Arist. non erat inueniendum soli per se oppositum.

Errer Hypponis conterranei.

Resp. Mar.

Sed nihil absurdius dictis huius hominis. Etenim nulla entia in natura sunt inter se magis contraria, quàm calor & frigus, ita ꝙ non liceat imaginari, quomodo ab eadem causa sint. Et si sol recedens cótrarius est secundum modum, & respectum tantùm, si immitteret frigus, esset contrarium illud calori respectiuè tantùm, & respectiuè itidem essent contraria inter se generatio, & corruptio: quibus nulla magis opponi cótrariè, & magis per se, ponuntur Arist. & necesse est ponat ad sua decreta, & naturá respicienti. Item in vnaquaq; rerum serie, inquit Arist. in 2. Metaph. deueniendum est ad primum, ꝙ sit causa, qua cætera eiusdem generis sint talia, vt in calidorum genere ad ignem, vel solem, quæ maximè calefacere apparent, igitur & in frigidorum ad terrá, quæ maximè ex se sola effundit frigus, & soli, vel igni in omnibus conditionibus contraria, etiam Aristoteli, vt in disp. 3. diximus. Itèm contrarij effectus sunt reducendi ad contrarias causas per Arist. & quantò magis cótrarij sunt, tantò magis cótrariæ sunt, & causæ, igitur calor & frigus, maximè cùm contrarientur sibi inuicẽ, reducentur ad valdè oppositas causas, & nó ambo ad solem: Nam effectus positiuus causam habet positiuam, vt dicitur in 7. Metaph. & frigus est effectus positiuus, igitur nó ad recessum solis, qui est causa priuatiua caloris in nostro Hemispherio, frigoris verò est attributiua, & secundum nostrá extimationem: nam si esset positiua, tunc in altero Hemisphaerio non calefaceret, sed frigefaceret; nec ibi æstas fieret, sed hyems semper, vel æstas, quandò abesset ille: cuius contrarium experientia docet. Quando. n. hic hyems est, alibi, vbi sol imminet, æstas est. Itèm recessus non est actio frigoris, sed immissio blandi caloris refracta luce, & in obliquum acta, vt numquàm videatur frigefacere sol, & con-

Confutatio. Ratio 1. Th. 2 3 t. 4. 4 5 6

cessit

cessit id Marta in disp. de cœlo, & nos diximus ibi cura Auer, & si est per accidens frigus ab ipso sole, non est per accidens, quià soli accidit, vel eius lumini, sed per accidens, sicut si quis existimet fieri terremotum, quià ipse intrauit domum, in præsenti discussione, reducendum est ergò
7 ad causam per se frigus, ea quæ est inuenienda. Item quandò sol abest, & frigus dominatur, vt ipsi dicunt, vnde aduenit illud? non à sole, quià, vbi est, semper calefacit; & concessit in dispu. de cœlo, quòd recedens dicatur frigefacere, quià remissum immittit calorem: inueniendum ergò
8 est illud principium. Nam posito vno contrariorum in natura, & reli-
9 quũ poni oportet, vt dicitur 2. de cœlo t. 18. Et nil irrationabilius quidẽ, quàm dicere solem, posthabito sensu, esse causam frigoris, & consequenter corruptionis; & hoc recedens; ꝙ potius, si ponit illud, debet facere accedens. Nàm tunc causa effectum suum facit, cùm est approssi-
10 mata, si verè sit causa quouis pacto. Et quid peius, quàm imaginari solem, qui præsens maximè calefacit, & absens nobis alibi, vbi præest, maximum fundit calorem, nobis effundat frigus, & simul, & semper causa
11 sit contrariorum. Et si non agit nisi motu, & lumine apud Philosophos, & addita influentia apud Astrologos, quantò magis remoueretur à nobis, tantò minus in nos his agere debet, si quidem istæ ad nos veniunt,
12 cùm directè imminet signum, hæc demandans apud Perip. & Astr. ꝙ si

Auer. tenetur nobiscum.

tunc non effundit frigus, profectò inuenienda est causa frigoris, quæ sit minoris vis quàm sol: nam eo præsente vires eius retunduntur, & luce so-

Exp. Auer. ex in, ph.

lis vmbra terræ remouetur; & in nocte viso frigore in gente, & illo cum vmbra terræ, nil verendum erat, quin terra sit frigidissima: quod agnouit Arist. primo met. licet passim sibi sit contrarius; & maximè Auerroi fatendum est hoc: qui 3. cæl. à cœlo calorem tantùm fieri vult, non autèm frigus: & in destruc. destruc. dispu. prima in solu. 2. dubij, fieri dicit frigus, & grauitatem per distantiam à cœlo; sed illa distantia non est causa per se positiua, vt Niphus exponens ibi probat, nam frigus per se intenditur à natura, quia terra ab eo est constituta, itaque & debetur ei pro-

Idem apud Plot.

pria causa: cuiusmodi etiam exponendum est dictum Marsilij, cùm inquit de mente Plotini, quòd siccitas & frigus fiant per distantias ad cæ-
13 lum. Et Alex. Aphrod. vt recitat Simp. 1. cœli com. 22. Secundùm naturã

Ex Alex. Aphr.

magis, inquit, contraria est igni terra, quàm aqua, aqua verò secũdum qualitates: & quià apud eum, sicut & nos, calor & frigus sunt substãtiæ elementorum, nil dubitãdum est, quòd velit frigus effundi à terra, substantialiter frigida, & per consequens omnino igni contraria. At ipse fingebat prò Arist. omnibus igitur de causis, & in vltimo remotionis contraria cum sint calor & frigus, à contrariis causis deriuata sint oportet, & nòn à modis eiusdem diuersis; cuius diuersatio nihil variet, nec causandi modum alterum inferat. Vt multum inscij, velut credo, præstigijs capti idcircò, & positionis tenaces Perip. appareant, qui non perceperint,

ab

ab eodem vtrumq; non fieri; vel non dixerint. Nec enim imaginatione capi possit, quo fiant pacto, & ipsi sæpè prædicant, & modum quem dedit Arist. fallacem intuiti, & sibi, & sensui contrarium, tenaces falsę positionis, nil tamen recusauerint illum. Verùm notandum, ꝙ responsio Marte est vnum dictum rescriptũ verbaliter ab Alberto in 2. de gen. trac. 3. cap. 4. nil faciens ad rem: sed ignorans quid diceret Marta, nè vacuus videatur, illius Doctoris verbum rescripsit.

Telesius in 2. min. cap. 25. & quarto mai. cap. 4. diluens, quę sequũtur in errore Arist. inquit, ꝙ sol nec recedendo est causa corruptionis, nec accedendo generationis: non enim generat ibi, vbi maximè directus sit, & in singulis terris, non magis vbi magis accedit, & in valde Borealibus nihil, vbi maximè accedit, non id modo in Meridionalibus, sed corrumpit quæ hybernus, vernusq; ipse constituit: immò quò magis recedit, tantò plus generat, non omnia sed animalia, & plantas, de quibus est sermo. Nam sol agens viribus summis, & diuturnis, non inuertit terram in ea, quæ in plantas concrescunt, sed in rem proprię substantiæ summè similem, scilicet in vapores tenuissimos; qua tenuitate nec planta nasci, nec animal potest constitui vllum, nec vlla exoriri aqua è supremis terrę partibus prius solutis in vapores ijs, qui fiunt ab ardentissimo sole: ergò vbi sol imminet directus, nec planta vlla exoritur, aut fons rarissimus emanat, quæ passim fiunt in temperatis regionibus, & mollioribus. Itèm si accedens generat, & recedens corrumpit, intelligere non licet, cur multis accessibus opus sit in generatione multorum, & recessibus etiam multis, qui iuxta Aristotelis placita, demoliantur, & corrumpant opera horum. Itèm generatio non videtur fieri in tempore, quali & corruptio, nec animalia adipisci vigorem summi, & ad occasum declinare quod Aristoteli placet; & necesse est, placeat, si positionem tueri velit, qui attingunt trigesimum annum non possunt videre acquirere amplius vllas vires, sed nisi sint, fieri prudẽtiores, & magis moderati, rerum vsu edocti, vel melius intelligentes, quòd imminutus calor non vlterius quasi prę-cipites agit, velut ipse robustus. Non semper & quolibet accessu sit generatio, nec recessu corruptio.

Cupiens hic homo respondere talibus dictis, inquit, ꝙ adueniente sole ad punctum Arietis, incipit generatio terræ nascentium, recedẽte autem à principio Libræ, incipit diminutio, & corruptio: & ideò vtrumq; fit inęquali tempore. Sin aliter contingat, id aduenit ex confusione elementorum, & inęqualitate materiæ, & cõfusione solis cùm cæteris planetis. Quare quibusdam accidit corruptio prò generatione. Item dicit, ꝙ sol inter astra præcipuè generat, præsupponens materiam, quæ sunt quatuor elementa; & hæc vel æqualiter, vel inæqualiter sunt disposita, vt in al q̃bus terræ partibus ficcioribus vi solis eleuatis vaporibus, aqua non exitit, q̃ę ad mistionem deseruit; & ideò non fiunt generationes. Item sol non generat magis, vbi magis accedit; nam tũc terra ab eo exiccatur, Mar. Resp.

catur,& indiſponitur, non autem corrumpitur; ſicut enim per accidens calor eſt cauſa mortis, ſic per accidens frigus vitæ dicitur cauſa. Sole igitur à Cancro recedente, & per Leonem tranſeunte, & calor ab ipſo proueniens non ità vigoroſior exiſtés, tunc proportionatur ipſi, & elementa diſponuntur, & res multæ generantur.

Reſp. hæc eſt Alb. ad aliud. Th.

Hæc reſponſio non declarat, quod debet, nec argumentum quoquo pacto reſoluit. Nam decerpſit eam verbaliter ex Alberto in 2. de gen. tract. 3. c. 4 circà finem, & cap. 5. & ibi reſpondetur per illam ad hoc, quod nō videtur eſſe æquale tempus generationis, & corruptionis. Et dicitur, quod in diſpoſitione materiæ, vt in recitatis ex ipſis à nobis verbis apparet. At Tel. arguit demonſtrans oppoſitum eius, quod dixit Ariſt. quod accedente ſole fit generatio, & recedente corruptio. Nam, inquit, vbi magis fit directus, ibi minus generat eorum, de quibus loquitur Ariſt. plantas videlicet, & animalia; & in ſingulis terris ampliùs non generat magis, vbi propinquior eſt magis, magiſvè directus; & in valdè Borealibus, vbi prorſus proximus eis fit, nil generat prorsùs, ſicut valdè minus in meridionalibus directus gignit. Quin directè poſitus, corrumpit, quæ obliquus, & hybernus ipſe conſtituit, vt patet in æſtate; & quò magis recedit, eò etiã generat magis, non quidem omnia, ſed animalia, & plantas, de quibus Ariſtotelis eſt ſermo Etenim æſtiuo tempore, vbi maximè directus fit ſol, diuq; imminet, nullus naſcitur fons, nullæq; fiũt aquæ vel rariſſimè, nulla item exoritur planta, vt in maritimis patet, quæ in temperatis regionibus fieri apparent. Nam tunc maximis, & diurnis agens viribus, & in terram areſactam agens, à ſe ſummè itèm exuſtam, longè tenuiſſimos vapores eleuat, qui nec in aquas cogi poſſint faciliter, nec intus retineri queant, & ſpiritus fiant animalis in viſcoſa, gliſcraq; materia, quæ nulla tunc ſuperſtes eſſe poteſt, ſic cõcinnata, vt animal effingi queat iuxtà declarationem primæ diſp. Itaq; ſimillima cælo tunc fiunt entia, vt latiùs ibidem reſpondentes expoſuimus. Et ipſe Marta hoc tenuit arguendo, quod ſol non ſit principium ex eo, quià æſtate non generat, ſed corrumpit. Sed nos diximus generare ſemper, ſed æſtate aerem, ignem, & ſubtiliora iuxtà diuerſitates locorum, & materierum, & paulùlum recedens, vel tēperata ſub hyeme noſtra entia moderatus exiſtens: (vt nũc valdè ſui oblitus videatur Marta, ac ſenſus negator, ſi modò id neget.) at ſol hybernus, vel recedens, dum impreſſit moderatum calorem, vel accedens, ſed non adhuc prorſus directus, gignit noſtra entia ſol; quià tunc non attenuat valdè vehementer, vt Marta dixit, quod quantò plus frigeſcimus, tantò meliora ſunt ſemina in prima diſp. & nos benè ratiocinati ſumus, ideò vide, nam nolo immorari vt repetam. Sic & in hac diſputatione nobis cum eſt Marta. Nos enim probamus, quòd ſol accedens nõ generet magis, vt tenet falsò Ariſt. de his entibus, de quibus loquitur ipſe; nam de tenuiſſimis nulla eſt dubitatio: & tamen reſpõdet ipſe, quòd ſol directus magis,

Ad qd valet reſp. ex Alb.

Quid arguit Tel. verè.

magis,

magis, non gignit, tùm propter indispositionem materię, tùm quia exiccat, & lati fiuit spiritus; vt nesciat quid defendat, & Arist. falsus appareat ex dictis etiam Martæ. At quis non videat herbas vri, fontes exiccari, animalia febribus laborare, & interire magis in ęstate, nisi frigida loca petant, & frigidis reficiantur cibis, & potibus? Et ipse in prima disp. nouit, vt stupidus nunc videatur, & sermo noster verus, qui blando calori, & nō accessui solis generationes nostrorum assignat. Et dignè dicentes cū Tel. in cap. ijsdem, dicimus, ꝙ ęquinoctialis regio non, quià sol cōtinuò accedit, producit, sed quià temperata. Neque enim diù illi directus imminet sol, vel parùm à directo differens proprio motu, quasi recta ad punctum verticis accedens, & recedens ab illo, & diurno longè velocissimo paucis horis maximum gyrum, quasi igitur tēporis momento à sole exusta à directo. Aestas itaque ibi breuissima, & breuissimi etiam æstiui dies, & noctes nihil diebus vnquàm breuiores, longeq; frigidissimæ, æstiuæ prę̄sertim à terrę vmbra factę frigidę, longè tunc latissima. Nam sicut diurnus sol in puncto verticis, sic in opposito fit nocturnus. Temperata igitur, beataq; ęquinoctialis plaga, & qui illam incolunt, nihil optimis deteriores, si à cœli inæqualitate, & à transitu à diurno ęstu ad nocturnum frigus nil oblęduntur. At quę non longè abest, & veluti media regio est inter ęquinoctialem, & tropicos, à sole diutissimè immorante exusta est maximè, tardiùs diurnum conficiente gyrum, & iamdiu parùm à puncto verticis remoto, dum. s. ab ęquatore ad tropicos, & è tropiicis ad ipsum retrofertur, & à breuioribus, nec ęquè frigidis minùs refrigerata est noctibus. Arent igitur, squallentq; extrà tropicū omnia. E corpora ibi degentiū ꝙ quià tenuitas quę assiduè generatur ambiente à calore, violenter eleuatur, nigra sunt, & distorta. Et spiritus qui è crassissimo eductus est sanguine, tenuior est, quàm, vt rectè intelligat, & purus non est, sed multę immixtę sunt ei fuligines, & prauè effformatis habitans in ventriculis, prauè ratiocinatur. Quod si secùs vnquàm euenire appareat, attribuendum est terrę diuersitati, vt Telesius exponit. Quę dicit Marta de elementis, suprà reprobata fuere. Et dictum Telesij manet. Quod dicit partes terrę tunc exiccari, sed non corrumpi, falsum est, nam exiccatur, quià partes tenuiores eleuantur, & conuertuntur in alienam molem: quod est corrumpi terrę, & frugum. Ad aliud Telesij respōdet Marta, ꝙ calor factus à lumine, & motu solis multa producit, nam materia disposita generare, potest, hoc facere, & exiccare, vel alterutrum tantùm. Et quando exiccat, eleuat vapores, qui sursum delati, si aerem calidissimum inueniunt, dissoluuntur in naturam aeris, sin frigidiusculum patientem antiparistasim, conuertuntur in aquam. Quando verò sol directus est, quia non proportionatus est calor, aliqua corrumpit, & exiccat, quę simul colligata erant, destruendo enim frigiditatem dissoluuntur. Hinc tunc animalia bibunt, nè calore pereant multo. Hęc

De regione ęquinoctiali.

De regionib. post æquinoctialem.

Mar. Ad 2.

igitur facit sol. Moderatus autem, quę nobis commodiora sunt facit, sed qua intentione, dictum est prius.

Th. Reprob. Sed hic homo nescit proprias positiones. Nam concedit, quòd calor moderatus generet, & directè positus nō generet, q̄a exiccat, & destruit: 1 quod volumus nos. Cui sequitur, quòd magis accedens, non magis ge- 2 neret: (vt erret Aristoteles) nam calor cœli tunc vrit. Et si sic est, item erunt vniuoci cum elementari: nam ideò æquiuocos, quià solaris gene- rat, & elementaris destruit, dixit ipse cum Auer. At nunc apparet, quod diximus in prima dispu. & 3. quòd vterque remissus generat, & quià per distantiam fit remissio, ideò sol recedens generat magis. Ignis etiam sic est. Nam in sua excellentia propter maximum calorem generat nihil, vt dicit Arist. in 2. de gen. t.c.21. At moderatus generat. s. nostra entia, ex- cellens. n. seipsum gignit, quin ignem posuit Arist. & Auer. in 2. de cęl. generationis principium; & calorem, qui quidē ei competit primo cæ- teris per illūm, vt dicitur 2. metaph. actiuè per se generare voluit, tam in 2. de gen. quàm 4. met. & calorem omnium rerum formam, quę fiunt, posuit Alb. at frigus per accidens generat. Vide quid diximus in prima, & 3. disp. nos & Platonici. At quia sol directus est in sua excellentia. q̄ ad partes quibus sic imminet, ideò nihil constituit. Sed moderatus, & pro- portionatus generat vterque; vterque igitur vt videatur eiusdem natu- ræ. Si calefaciat motus dicemus alibi.

Mar. Ad. Ad 3. inquit Marta, q̄ sol habet proprium motum, quem finit in an- no, & raptus, quem finit in die. Et per accessum ad nos intelligimus mo- tum proprium, & sic vno accessu generat, in quo plures concurrunt ac- cessus, & recessus motus diurni. Etiam idiotæ sciunt.

Th. Reprobatio. Sic loquitur hic, vt fugiat. Telesius enim loquitur de accessibus, & recessibus, quæ fiunt in obliquo circulo, arguens contrà id, quod Arist. dixit t.57. quòd tempus generationis corruptionis, iuuentutis, & sene- ctutis est æquale, & determinatur secundùm reuolutiones solis in orbe decliui: ita q̄ quibus periodus generationis est vna reuolutio, vt herbis, quibusdam plures vt plantis perfectis, & animalibus, vt Auer. in com. illo, Albertus, quin ipse textus manifestat. Nam, inquit Telesius arguēs, quo pacto opus est multis accessibus ad multorum generationem? non quidem reddi potest ratio. Nam quoties accedit sol generans, toties re- cedit corrumpens per t.55. vbi dicitur, quòd contrariorum cōtraria est causa, ideò facta generatione per accessum, fit eiusdem corruptio per re- cessum æqualiter. Et si fit talis corruptio, nihil potest viuere, augmenta- ri, perficique plusquàm sex menses, & in sex alijs fit corruptio. Non igi- tur possunt plures reuolutiones continuò idem perficere, sed modò sic, modo non; & idem nunc senesceret, nunc adolesceret. At aliud experi- mur. Siquidem tempore recessus nihilominus, quàm tempore, accessus augentur animalia, quià melius seruantur, & viuunt ab ambientis frigo-

re introacto calore innato, collectoq; sibi ipsi, itaque & robustiore facto, vt melius conseruet, nec disperdatur, & fiant concoctiones, & nutritiones optimè, morbi febriles præcipuè non regnent. At Albertus ait, quòd virtus influxa à cœlo tanto tempore potest perfici tanta existens tantisq; reuolutionibus. Hoc nihil est, vt diximus in prima disp. tũ quià apud eos sol non dat formam, sed generans particulare, tùm quià agit motu, & lumine, & consequenter solo calore, vt ibi probauimus de mente Arist. Et omnes stellæ recipiunt Aristoteli lumen à sole, aliud nihil, ita ꝙ, si tantùm dant calorem, non potest determinari, præsertim ab eis, aliam famam à calore dãtibus, & alias qualitates; tum apud omnes virtus caloris, qui est in materia seminali, ignoratur, itaq; & periodus. Nam si est sufficiens calor semini, qui additur à sole, & stellis corrumpit, sicut si sufficit calor seminis ad formandum, superfluit & malè generat calor astrorũ, præsertim si est robustus, prauèque efformat, si est robustior, quàm qui adiuuet. Et hinc est, quòd duo homines nascentes in eodem mense in eadem domo simul, concepti, eademq; hora aliter disponuntur à stellis, & cęlo. Nam, dato, quòd vtrisque idem adueniat calor à sole, aliter tamẽ est in alterutro dispositus seminalis. Et qui bonus aduenit vni animalium generi, alteri, contraria gaudenti dispositione, est malus. Itèm, vt idem dicit Alb. ipseq; Arist. multipliciter contingit hęc variari, vel malo cibo, vel habitatione, aut educatione, vel ambiẽtis diuersa contingente affectione, morte itèm violenta, vt Astrologia, quã Alb. alibi exaltat, videatur numquàm verificari, nec benè determinare periodos sicut rectè nos in disp. 3. diximus ex auctoritate sapientũ. At responsio Martæ dat occasionem roborandi, quod diximus. In motu quidem diurno sol girans per plures horas accedit ad nos, ergò tunc generat in die, plures verò recedit in nocte, ergò tunc corrumpit. Nam talis recessus s. nocturnus, est magis contrarius accessui, quàm, qui fit in orbe decliui, suo accessui: quippè cùm in orbe decliui demandet lucem obliquam recedens, vt ipsi etiam dicunt, in nocte verò nullam. Nec dicant, ꝙ non diu abest, quia ad plus per duodecim horas, vel modicum suprà. Etenim recompensari debet breuis mora absentię cum pręsentiæ breui tempore in motu primordiali, sicut longus recessus cum longo accessu super polos zodiaci. Sicut enim se habet circà tempus accessus in zodiaco ad suũ recessum, quià per sex signa fit vterq;, sic se habet in raptu primi mobilis accessus diei ad recessum nocturnum, quia vterque in horis bis senis, vel modicum quid variatis, æquè tamen in diuerso tempore. Item cum accessu in orbe decliui semper est recessus nocturnus, vt modo videatur generare, modò corrumpere: quare quæ dicũt incerta sunt, & fallunt.

Resp. Alb. pro Ar. Th. Repr.

Contrà scielum.

Ad aliud dictum Telesij adducit verba etiam aliena: ꝙ non solùm periodum facit accessus, & recessus, quia in hyeme nil nasceretur, vt nullius

Mar. Ad 4.

vita extenderetur vltrà annum; sed etiam Periodū facit relatio ascendentis signi super orizontem ad omnia signa circuli cum suis stellis, & planetis in hora generationis rei inferioris, quę causatur à circulo cęlesti. Et hoc modo secundùm effectus signorum, & fortitudines stellarum breuior, & longior est mensura. Et hoc modo verum est, quod ęquale est tēpus generationis, & corruptionis; quià à primo signo ascendente in hora rei computatur profectus rei vsque ad septimum eiusdem circuli, & à sexto vsque ad primum computatur defectus; ideòq; in Astrologia 7. vocatur domus mortis, & ascendens domus vitę: & propter hoc generatio rei vocatur profectus vsque ad statum, post statum vsq; ad declinationē, post declinationem vocatur periodus vsque ad mortem corruptionis, quià æqualia sunt secundùm naturam, quià à primo ad 7. tantum est, quantum à 7. ad i. per aliam atque aliam partem circuli mensurando. Et ideò si profectus hominis ad trigiota quinque annos est, ætas erit ad 70. Potest tamen hoc multipliciter impediri. Et qui sciret vires syderum, quę sunt fortiores, & quę debiliores, prognosticari posset de vita rei, sed omnimodam veritatem non haberet propter impedimētum liberi arbitrii.

Th. Hæc responsio quoad singula verba est Alberti in 2. de gen. tract. 3. c. 5. & qui eam adducunt, verba Alberti recitant; nō tamen euadit argumentum Telesij.

Repr. Nam relatio, vel aspectus signi ascēdentis, vel dat virtutem

1 vni tantùm, vel omnibus tunc nascentibus, aut conceptis; nō omnibus, vel multis, quià tunc multi simul nascentes, vel concepti eodem mensurarentur periodo. Cuius contrarium experimur tàm in gemellis, quàm

2 in diuersis vteris conceptis vniuersaliter. Nec vni tantùm, quia planeta ascendit quandoq; generatiuus, & fęlicis vis, & tamen fętus deperditur citò, vel ascendit corruptiuus cum relatione ad alia in orizonte, & puer tamen longo tempore vitam ducit. Quin multi nascentes in pexima dispositione stellarum, fælicem ducunt vitam, & in cunctis, quę Astrologi ab astris suppeditant, disconueniunt. Omnia itaque calori innato sunt tribuenda, vel si à cęlo venire dicant, modū, quē nos dedimus, aliū, nullū

3 in 3. disp. tenere debent. Item si quosdam homines fęlices facit idem signum, quosdam infęlices, non erit ei attribuendum, sed proprię natu-

4 rę genitæ rei. Et si accedens generat igitur quandiù durabit talis signi a-

5 scensus, vel permanentia saltem illius in punctis extremis orizontis perdurabit illud genitum: quod falsum est. Nam eo absente magis viuificari contingit, sicut accidit recessui solis. Et si recessus solis, qui pluribus, & nobilioribus viribus calorum priuat nostra entia, illa corrumpit per Arist. corrumpet itidem signum illud absens, quod priuat minoribus. Et ricompensanda est vtriusque largitio, & ablatio iuxtà vtriusq; potentiam. Tùm quia signi relatio ad cætera quamprimum variatur, vt fiat

6 corrumpens, sed nō sol potens ab Oriente ad Occidentem vires immittere, & immissas relinquere, semperq; fouere. Item si dant tantam virtu-

tem, vt tanto tempore duret, cùm virtus earum fiat per lumen, & lumen eſt à ſole in eis Ariſt. quomodo diuerſos effectus fieri ponũt in Aſtrologia, alios à calore, effectu nimirum luminis, vel ipſo lumine? Solutiones dirutæ ſunt in diſp. 3. tam Alberti, quàm aliorum. Si item ſigna zodiaci 7
mittunt vitam, cùm venerint radij illorum ad ignem ſublunarem à proprio effectu remouentur, & induuntur deſtructiuam vim ignis: qui ſemper deſtruit nos intenſus. 8

Item non mittunt, niſi calorem, qui fortè centum millibus, & pluribus modis variari poteſt, vt aliàs diximus, ita quod nil certum de his eſt. Et 9
in hyeme, quando aer frigore riget, ipſaq; terræ ſuperficies, & aquæ, omniaq; poſita ſunt ab eis frigida, quomodo gignuntur parua animalia à 10
radijs ſtellarum, cùm à tot frigoribus deſtruantur: igitur dicant oportet, calorem blãdum eſſe in his omnibus, ſicut nobis ponitur, & impreſſum à ſole, qui generat. Et rectè conſideranti fallax appareat fictio eorũ, ſicut cùm ponunt calorem non eſſe formam, & cælum non eſſe igneum. Item quod dicunt de domo mortis eſt error. Nã ſignum aſcendens generat, aiunt, non tamen cùm venitur ad ſeptimum corrumpitur geni- 11
tum. Et aſcenſus ſigni quolibet die terminatur, igitur idem quolibet die corrumpatur eſt opus: nam finito ſexto aſcendit domus mortis. Siquidẽ tranſacto ſeptimo, vel ipſo in ſeptimo genitum magis reuiuiſcit, & perficitur; vt animal naſcens ſub puncto Arietis, non moritur ſub Scorpione, vel Libra, ſed augetur vt ſẽper. Quin factis pluribus reuolutionibus, & acceſſu ad 7. ſignum, & reditu ad primum, contingit ſæpè in ſecundo mors naturalis, vel ante ſeptimũ. Vt nemo rectè imaginari queat, quid conferant hæc ſigna, ſi nunquàm vel rariſſimè verificatur talis ſcientia. Et idem eſt, ac ſi quis intrante Petro domum putet ideò naſci Ioannem. Itaque & profectus, defectusque, ac menſura, nec poſſunt ex his determinari. Item ſæpè ſæpius ſub fœlicibus aſtris ab Aſtrologis poſitis, malè diſponuntur, quæ fiunt, & ſub prauis benè, vt nullo pacto ab eis procedere videatur vita, & periodus, ſed à calore innato generãte, informanteque, cuius origo ſol eſt, & extrinſecis afficientibus natũ. Nec ex his poſſent indagari augmentum, & diminutio, quià vndequaque contingit variari, videlicet bonificari, & prauum fieri talem calorem natiuum ex accidentibus infinitis. At verba eorum quæ adduxit Marta nil rationem Teleſij ſoluit, vt inſpicienti interius videtur. At ipſe quæcunque recitat ex alijs, ad hæc occurrere imaginatur.

De domo mortis fallitas.

DISPVTATIO SEPTIMA.

DE CALORE, ET LVCE COELI Aduersus Peripateticos.

EDITA A FRATRE THOMA CAMPANELLA Stylense Ordinis Prædicatorum, pro defensione Bernardini Telesij.

PER magnum arbitratus opus Arist. q̄ cęlum alienæ naturæ ab his inferioribus primus adinuenerit,& iuxtà propria decreta de vnaquaque re diiudicans, sibi contrarius passiuè, quin sapientiæ diuinæ emulator visus est. Quod ęnim Deus Opt.Max. esse, & operari vnicuique dedit, diuersiore modo indendum fuisse decernit; quin semper fuisse supponit. Deiq; actionē primam negans, ac munus illud imponens Deo,vt nimirùm cęlum trahat, ipse veluti victor, qui Deo prouidentiam,omnipotentiam,libertatem,ac omnium intelligentiam subtraxerit,cuncta componit Aristoteles suo modo, constituitq;. Et ipsum in primis cœlum non igneum esse statuens, quale Deus manifestè esse voluit, & nostris exposuit sensibus, calorem.s.& lucem,quales ab igne inde percipientibus, quin Moysen aliquandò de columna ignea allocutus, ex cœlo, inquit, tibi locutus sum, tanquam videlicet ex propria sede: cuius tamen contrarium Arist. patefacit, ipsum mentiri veluti demōstrans, nobilius quid dandum esse decernens cęlo, auferens illud, quo nobilius in materialibus naturis non creauit Deus. Cuius nobilitatem,& virtutem agnoscens Numa Pomphilius Romanus Imperator ipsum obseruari in templis ab inuiolatis mulieribus decreuit, tanquàm totius generationis, & vitæ exordium: quod intellexisse credo à Pythagora, quem audiuit apud Crotonem teste,Plutarco,& Ouid. Stoici insuper, teste Galeno, Deum ignem arte præditū, rationeque, & via ad mundi generationem procedentem, atque omnes rerum omnium rationes continentem,quibus vniuersa facto eueniunt, esse pronuntiant. Et ipsum item spiritum calidum vniuerso infusum, pro diuersitate mateiæ diuersas sortientem appellationes, Deum fatentur, & solem ac stellas Deos dicunt, quia ignei. Et Plotinus cum Ficino verbum Dei ignem dicit, seu animæ mundi,ex quo constituitur,cęlum, &

De ignis nobilitate.

Vbi igneum cælum ex op. omnium an-

& vniuersum viuit, & informatur, vt in 3. disp. dictum fuit. Teophrastus ignem admiratur. Et Hyppocrates nihil igitur nobilius igne, ut ibidem locuti sumus. At Arist. alter Deus videri cupiens, aliud fingit. Quod mens humana capere nequit, teste magno Basilio in exameron, nisi sit deprauata, aliud enim sensus docet, à quo omnis nobis suppeditatur scientia. Sed inspiciamus quo persuadet modo sensui lucem cœli nō esse, quę nobis mirabiliter in omnia diffundi apparet, omniaq; calefacere, abnegatq; calorem solis, & quonam modo, qui videtur, fieri docent, & forsan nobis, vt antiquioribus satisfaciens, suadebit vt ad instar numinis magni veneremur, & prædicemus.

tiq. probauimus.

Basil. Magnus in exame. quintam essētiam detestatur.

In secundo igitur de cœlo veluti obijci entibus, cœlum est lucidum, & calidū, quia hæc ad nos sol, astraq; demittunt, propria nimirùm ignis igitur, & igneum; caliditas autē, inquit in t. 42. ab ipsis. s. astris, & lumen generatur attrito aere ab illorum latione. Natus enim motus ignire ligna, & lapides, & ferrū: rationabilius igitur id, quod igni propinquius est, propinquior autem aer est, veluti in iis, quę feruntur sagittis. Hę quidem ipsæ igniuntur sic, vt liquescant plumbeæ. Et quoniam igniuntur hæ, necesse est eum, qui in ipsarum circuitu est, aere hoc idem pati; hæ igitur ipsæ incalescunt, quia in aere feruntur, qui ob plagam motu ignis fit. Eorum autem quę sursum sunt vnumquodq; in sphęra fertur, vt ipsa quidem non igniantur, aer autem cum sub corporis circulariter moti sphæra sit, necesse est, cum illa fertur, incalescere, & hac maximè, qua sol extat infixus. Quapropter oriente ipso, & approximante, & super nos existente generatur calor. Amplius in quarto cap. primi met. hāc eandem quæstionem soluens, inquit Arist. Videmus motum, quòd potest disgregare aerem, & ignire, vt quæ feruntur liquari sæpè conspiciamus. Itaque vna solis motio tepori, calorią; afferendo est satis. Incitatā enim oportet esse, & non procul distare. Quæ quidem igitur stellarum est, velox sanè est, sed longè abest. Quæ autem lunæ deorsum quidem, sed tarda, quæ autem solis motio ambo habet sufficienter. Fieri autē magis simul cùm ipso sole caliditatem rationabile sumentes simile ex his, quę apud nos fiunt, nam si quædam hic vi ferantur, proximus aer primùm incalescit. Hoc verò rationabiliter accidit, maximè enim motus solidi disgregat aerem. Partim itaque ob hanc causam ad hunc locū calor perducitur; partim quod ignis, aerem ambiens, motione sępius diuellatur, spargaturq;, & violentia feratur deorsum. Hęc Arist.

Op. Ar. de luce & calore cæli.

Telesius autē studiosissimus veritatis amator non acquiescens fictionibus huiuscemodi; quas Peripatetici diù venerantes accumularunt figmenta super fictiones pro ipsis Arist. dictis defensandis, abiecto prorsùs omni metu inuentam, cui semper studuit, veritatem, non illam fallaciis occultare, & palliare voluit, sed Arist. errores manifestare non erubuit. Ratus permagnum naturæ humanę beneficium (quod Deo placet valdè)

Th. & Tel.

Examinatur Arist. sent. & varia ostenditur.

Quòd aer nō verberetur à Sole vt incalescat.

dè) si huiuscemodi rem aperiat; visumq; est sibi modum rationemque, quibus hęc firmat Arist. vana ostendere. Inquit igitur in 4. lib. de rerum de natura cap. 7. inspicienda sanè est dispositio contriti, & conterentis affectio, quę in his inferioribus reperitur, vndè Arist. similitudinē sumit; & si huiusmodi sit aer, qualia, quę conteruntur, eoq; si patitur modo, quo quę apud nos sunt contrita à conterente, rectè sanè à sole calidus fieri aer conterente videri potuit Aristoteli; sin minimè, perperam prorsùs. Quę apud nos contrita incalescunt, densa ea sunt, duraq;, & stabilia insuper. Et firma, ferienti scilicet renituntur, & ictū, plagamq; eadem sui partemultam, assiduamq; excipiunt, substinentq;. Et hoc indè patet, ꝙ quę ferienti cedunt, & plagam effugiunt, vel quę semel tantùm eadem sui parte feriuntur, contritu incalescere illa minimè videntur, quæ nimirùm neq; conteruntur. Sed quę conterunt propterea calorem his, quę conterunt, induunt, nequaquam vbi nihil illa contingunt, quocumque ferantur motu, id agunt, quin nec vbi contingunt, induunt calorem, si non inferantur in illa, & percutiant, diuerberentq;, & ictus, plagasq; inferant, & multas, & crebras, nam si circumuoluantur super illa, & non comprimant, nec feriant, longè absunt, quàm, vt calorem illis indant. Vel, & si diuidant illa, secentq;, & si plagam inferant vnam, & si plures, sed interpolatas interiecto modico temporis interuallo, nec calefaciunt. Perexiguus enim calor, qui ab vna est factus plaga, priusquàm altera incutiatur, perit, elabiturque. Igitur quæ contrita incalescunt, plagas multas, crebrasq; excipiunt, substinentq;, & quę conterūt non modò contingunt illa, sed diù, frequenterq; magno impetu, magnaq; vi comprimunt, percutiuntque, vt in exemplis de lignis, ferris, & lapidibus positis ab Arist. experimur. Itaque sublunaris aer, si propterea incalescat, quòd à sole conteratur, vniuersus oportet conuerberetur, & percutiatur diu, assidueque, & vt ipse conterenti soli minimè cedat, sed reniteatur, ictus omninò excipiat: Quorum nullum euenire apparet. Sol.n. non modò aerem non verberat, sed quàm longissimè abest, vt contingat. Et aer in angusta re inclusus, & contusus, conuerberatusq; calorem assumere videtur nullum. Nam præuentus à ferientis celeritate, ipse plagas non præuenit, effugitque: at idem ab altera plaga numquàm percutitur, sed qui semel est percussus, elabitur, aliusq; eius locum occupat, vt numquam idem remanens, numquàm bis idem feriatur. Multò minùs igitur aperto existens in loco calefit. Si enim illum contingat sol nō calidus; quin si per medium aerē feratur, & circumuoluatur, nedùm in loco, vbi est, tunc neque aerem conterere posse videtur. Nam aer ab eius celeritate præuentus licet sit, numquàm tamen idē poterit bis percuti: qui si assumpturus ob plagas sit calorem simul totus, diuq; conuerberetur, oportet. Non igitur conterendo sol aerem calefacit, concludit ex his sensatis fundamentis Telesius. Quòd non iaculetur, & im

pell

pellat sol (vt concludens noluit Arist.) ignem sublunarem deorsùm, manifestum est, quòd quę impellunt apud nos, tangunt, & in eam partem feruntur, in quam fit impulsio. At sol ignem non tangit, nec deorsum fertur, sed in seipso commanens, regulatissimo circumfertur motu. Vt nulla queat suaderi fictione modus iaculationis illius. Cœlum autē nos igneum ponentes, nullo angimur malo, vt in 3. patuit disp. cuius nimirum partes calcatæ, quę & itaque calorem collectum habent collucent valdè, in primis sol. Et lucem, quę manifestus est calor, in hęc inferiora demac dat, calefacitq;, quæ contingit, & magis vbi adunatur magis per reflexionem, ac vbi multiplicari potest, non disgregata facta, vt Tel. optimè exponit. Lucem porrò solis propriam esse, veluti & ignis nemo ambigit, nec peripateticus. Nec hominum vlli, ac nè ipsi quidem Aristoteli creditum suspicor lucem non esse in sole, at ab Arist. effictum, prolatumq; calorem soli tribuere reformidante. At sacrę litterę nos edocent ipse in primis Moyses dixisse Deum. Fiat lux. Hancque distinctam fuisse à tenebris, ipsaq; quidem igitur luminaria cęlestia, vt lucerēt super terras. Et plato Deum lucernam accedisse ait, ipsum nimirùm solem in medio cæli, quò cuncta viderent, vt suam edant operationem. Et perip. omnes fatentur solo excepto Arist. quem de hoc non nominant. At Tel. id sensu probare non est grauatus. Vbi enim inquit, propè adest, vt lunæ immineat sol, quę eius lucet portio, nequaquam lucere potest luce in aere à solis motu contrito facta; nam nullus tunc est inter solem, & lunam. Pręterea ea portio tantùm illustratur, quæ à sole videtur, sed si luceat luce facta in aere, semper illuminetur oportet. Aduenit ergò à solis substantia lux calida, cœlumq; igneum est totum. De hinc Telesius reprobat opinionem Aphrodisæi, & Auer. secundùm quam fingunt à motu fieri calorem, & eas quæ sunt aliorum cum his: de quibus aliàs.

Quòd sol nō iaculetur ignē sublunarem deorsum.

Concluditur vera sent. nostra.

Quòd lux sit in sole, & nō fiat attrito aere, vt vult Ar. quandoque.

Marta autem antequàm respondeat, probare conatur aduersus sensum, & veritatem, lucem non esse calidam. Et primò, visus, inquit, videndo luces fortes dolet, & patitur, & lucis intēsæ simulacra in oculo remanent post aspectum, & locum minoris lucis faciunt apparere tenebrosum, donec ab oculo vestigium maioris lucis euanuerit, si igitur lux esset calida oculum destrueret, cum operetur in visum contrà se conuersum aliqua impressiuè, (liceat nobis breuibus hanc rationem perstringere, quæ vsque ad septimam protenditur) & sol oriens superuisum occultat, ait, minus lucida, ut stellas, quare magna est, & ureret oculos, sicut & ignis nocturno tempore aufert intuitum eorum, quæ sunt ultrà ipsum. Item uisio fit per lineas radiosas super oculum, unde si calidę essent, oculos citò urerent, & per radios obliquo, cum his uigoratur uisus absque ustione, & cum operatio uisibilis sit dolorosa, & uehementium luminū sit talis, tunc omnis esset lęsiua, quia unius sunt generis, & frequens inspectio est odiosa, & omnibus sensibus continua sensatio; igitur quoniā

Mar. Arg. 1. Mar. Quòd lux nō sit calida.

Th. Mar.

luce non vruntur oculi, non est calida. Hæc Marta. Confirmationes eorum, quæ non nego, nequaquam adduxi.

Th. Quòd lux sit calida ex Ar.

Quandoquidem lucem calidam esse negat nemo; quisque enim ab ea calorem, aliud nihil, patitur, restat, vt Peripatetici eisdem premãtur incommodis, quibus nos excipi videmur Marte. Arist. enim calidam esse negauit nunquam: vndè quia si astra lucida sint, ignita oportere, vt fiat, alij deducere potuissent; & calor ait, & lumen nõ sunt in astris, necessariò enim essent calida, sed fiũt ab eis in aere attrito ab eorum latione. Vbi satè, vt vnum effugiat malum, in plura cadit. Et lumen si fit ab attritione, & cum eo aduenit calor, nullum cadit dubium, ne sit calidũ. Et in plenilunijs aerẽ lunæ luce calefieri dixit, nullibi ausus negare eius calorem: quod faciunt recentiores. Quia semper calorem luci copulat.

2. cæl. t. 42.

Ex Au. 2. de par. an.

2. cæl. c. 42.

Et Auer. calidam esse lucem tandem non negat, aut erit inquiens lux causa vniuoca caloris, & non erit inconueniens vt ei copuletur calor, & cum ea reflectatur. Idem sentit Auic. & Hyp. Io. Gra. Cardanus in 2. & 4. libro de subtilitate rerum sensu calidam esse contendit. At Platonici omnes vna voce id declarant, Iamblicus, & Ficinus super Timæum, & super 7. dialogum de iusto, & super Plotinum, & in tractatu proprio, quẽ fecit de luce. Plot. in 4. En. lib. 5. multa de luce, & visione docet, & quomodo lux obiectum est visus non autem color, sicut & Telesius. Idem Theophrastus, & Proclus vt scribit Simp. in 4 phys. 46. Quare si ratio valeret, tàm peripateticos quàm Platonicos, nedum nos, premeret, & antiquiores pythagoricos à quibus hi deriuantur. At peripatetici lucem calidam saltem viuifico calore ponunt in primis Marta; & quoniam vident luce solis fieri calorem destructiuum, & igneum in æstate, & in speculis comburentibus, id reflexioni attribuunt, quod improbabimus posteà. Itaq; quocumque pacto fiat cum luce calor, siuè ex natura lucis hoc fit, siuè ex reflexione, quoniam eiusdem mensurę eundem sensus calorem nobis ostendit ex natura lucis, quem illis facit reflexio, in idem, si sit, inconueniens ducantur, oportet. Quapropter contra hos omnes, & Martam pugnat Marta. At alij derident eum. Si enim fit per lineas rectas visio, constat autem, quòd lumen reflexum est calidum, per calidam ergò lucem omnia videntur; nam ab omnibus lux reflectitur, & quando ex superioribus aduenit lux ipsoq; à sole, manifestè aspectibus nostris calorem affert, siuè à reflexione, quæ in media aeris regione terminatur, vt aiunt, siuè è luce calida. Clarum est oculis nostris semper solis lucem esse calidam; & de omnium cõsensu id supponatur, nam modus, quo fiat mox discutietur. Repræhendit ergò omnes Marta suo futili argumentulo, sed non minus se, quàm alios; qui æquiuoco in sui natura, & vniuoco, igneoq; ex reflexione lucem donat calore. At visa cum sit lux vrere entia plura, dubitare admodum debet, nè sui comburantur oculi, vel iam sint adusti, præsertim quià Arist. i. sunt aquei, at non Platonicis, &

Ex Auic.
Hyp.
Gal. Io. Gr.
Car.
Ex Plat.
Plot.
Iamb.
Fic.
Ex Theophr.
& Pro. & pyt.
& Tri.
Arg. M. reflectitur in illũ.

Empedocli, quibus lucidi igneive. At ex viſione lucem eſſe calidã quiſque compræhendet, vndè Marta calorem tamen negat. Manifeſtè enim oculi noſtri ſolis radijs, vel intenſis lucibus expõſiti, quod etiam Marta dicit, oblæduntur, & ſi diutiùs aſpiciant, obcæcantur, quod lucem eſſe calidam manifeſtat. Et Alb. reddens rationem huius effectus in 2. de an. tract. 3. cap. 13. cauſa, inquit, eſt, quià lux ſolis fortiſſima ſuper oculum ſphæricum, & politum multas facit radiorum reflexiones ad mediũ oculi, vbi eſt humor glacialis, in quo ſigillantur formæ ſenſibilium, & reflexio illa calefacit, & diſſoluit humorem illum, & fortè conſumit; vel fortè fluere facit humidum alienũ diſſolutum circà oculum infrà miringas, & tunicas oculi, & tunc generat maculam in oculo, vel impedimentum aliud viſus inducit; & hæc eſt cauſa, quare tunc lachrimantur oculi. Vbi ſanè demonſtrat propter calorem deſtrui viſum, qui fit à luce reflexa, & aliud nihil in cauſam aſſignat. Sed quoniam aduenientem lucem, veluti iaculum, oculos noſtros ferire ſentimus, & faciem ipſam nondum reflexam, dicere potuiſſet Alb. lucem calidam eſſe naturaliter, non contradicendo etiam Ariſt. Ipſe enim nullam dat aſtris lucem, at aeri flagellato, licet parum ſibi conſtet. Et quoniam omnes à luce intenſa deſtrui oculos dicunt Peripatetici, & aliud à calore nihil cauſam aſſignant, & reflexio multiplicat illum, reddat cauſam Martam oportet ſuis friuolis dictis, & nequeat non contradicendo ſibi ipſi. Manifeſtè enim lux ſolis calefacit robuſtiùs luce ignis, quæ ſui natura eſt calida ipſis, non à reflexione; vnde Rex Tunetis luminaribus antè oculos fratris ſui appoſitis, eius viſum extinxit. Nos ergò prò Teleſio dicimus, lucem eſſe calidam; & quod ſequitur, ergò deſtrueret oculos, id maximè aſſerimus, ſed cum eſt intenſa, & fortis adeò, vt longè ſuperet oculi calorem, non autem ſi ſit exilis, obliquaq; ue, qua oculi noſtri videre ſolent. At lucem ſolis nequeunt aſpicere; & huius reddat cauſam Marta, qui nullo eam dat calore. Nec oportet omnem lucem id agere, niſi robuſtam, directamq;, quę poſſit oculi humores diuellere, non obliquam, & debilem, quà videmus nos. Vnde Teleſius in lib. 7. cap. 27. oblectat, inquit, ſummoperè ſpiritũ lux, & ipſa illum cõmouens, agitansq;, & cognata ampliùs, ſimilisque: etenim ſpiritus, vt albi declarat Teleſius, ſubtiles ſunt, calidi, lucidi, & à blanda fouentur luce; & ideò Emp. & Plato igneæ naturæ participes ponebant oculos, quos falsò impugnat Ariſt. Et ſubdit Tel. at non oblectat integra, puriſſimaque: manifeſtè enim ab vtraque viſus offenditur, & penitùs corrumpitur, quòd, vt exiſtimandum eſt, ampliùs quidem ab illa (ſupple integra) quæ robuſtioris caloris facies eſt, & ab hac. ſ. puriſſima humores nimis exagitati, nimisq; fuſi, & liquidiores omninò facti, immixtum ſpiritum nimis exagitant, & magis ſeparant, ſegregantque, at minus fouent, minoremque ſuſcipiunt lucis copiam, & in quanta, quibus affecta eſt, colores conſpicui non fiant. Et multa de hoc inſequitur.

Ex eo, quòd lædit viſum, lux eſt calida

Ex Alb.

Simplex lux calefacit, ſed reflexa magis

Exemplum.

Tel. de actu luce.

Pla. Emp.

Cuius rei peripatetici rationem reddent numquàm, nisi calidam lucem dicant. Quapropter omnia concedimus Martæ, & inferimus ex eis lucem esse calidam, & debilitari à calore. Vndè palpebras ambulantes ad solem semiclausas tenere consueuerunt, & quamuis lucem aspicientes, vel aliquid apponunt vmbram opacitate afferens. Et concauitas superciliorum ad hoc adiuuat. Et si contendat à luce blanda etiam visum destrui, si sit calida, reddat rationem, qua ignis, & lucernarum luce, quæ sunt benè calidæ, non vruntur oculi, & dicent aliud nihil, nisi, quod non fortiter agit in oculum, & quandiù est opus, vt extinguat, idem, quod nos.

2 At inquit Marta, in stufa est maximus calor, & tantus qui debilitat corpus, & tamen non est lux, quod maximè oporteret, si calida esset; quin in aula albificata, quę frigida est, & humida in nocte videmus vmbram, quam non in stufis. Nec dicatur, addit, quod lux illa non proportionatur vi sui.

Th. Quid lux, & quo fiat. Sed dicimus, quòd lux nõ fit nisi in materia subtilissima, & calidissima ignis, at benè collecta; vndè lux calida reflecti queat; siquidem lux appa- Ex Pyth. rentia est caloris, & ideò Pythagoras lucem Epifaniam, quod idem est, Ex fic. vocat, teste Arist. in de sensu, & sensili cap. 3. & hoc subtiliter manifesta- Et Plot. uit Ficinus super 2. En. Plotini, in tenuissima materia solida facta, non Ex Simp. Io. Gr. Bess. terrena soliditate, sed propria ignem nitere docens. Simp. Platonem se- Alb. cutus, cęlo dat ignem, quia lucet; & videns sublunarem non lucere, in Auer. materia densa ignem lucere dixit. Et magis Io. Gram. Bessarion item in lib. 1. in calumniatorem Platonis, Alb. etiam in 2. de an. trac. 3 cap. 12. ea sunt lucentia, inquit, in quibus partes calcatæ, & dẽsatę sunt nobiliores diafani. Auer. autem in parafrasi de sensu, & sen. quod pythagorici, quoniam lux non apparet, nisi in diafano, opinati sunt quòd generatio lucis non est corporum luminosorum per se, nisi apud adunationem lucis cum alio corpore, sicut est dispositio de igne; ignis enim non lucet nisi quando adunatur cum alio corpore; & idem ferè dicit 4. cel. com. 32. quare id fit semper ex adunatione materiæ, vt lux appareat, & in materia aliena, quia est spissa semper lucet summus calor, licet rubeat, non niteat, sicut in purissima conglobata. Ignis verò puri materia est tenuissima, vt resilire nequeat calor, nec se valenter manifestare. At condensatur in aliena, vndè valentior factus, sese in ea manifestat. Et ideò in stufis lux non est: nã aer in ea est bene tenuis, quin tenuissimus propter calorẽ, vt lucem manifestet nullã. Et hunc hoĩem docere poterat exẽplum de igne sublunari, qui calidior est stufa; accendit. n. exalationes, & hoĩes vreret, ne dũ debilitaret Ar. & tamen non lucet, nisi in materia crassiuscula vaporum. Et reddentes rationem Peripatetici adducunt tenuitatem ipsius, & exilitatem materiæ, sicut & nos. Idcircò si debilitat corpus calor stufę, quatenus spiritus elabi facit, quod & vehemens labor efficit, nequaquam ideò lucere oporteat, cui nimirùm materia est exilis, & non

tam calida, vt comburat. Et ideò oculi musicularum, & aliorum quorundam animalium lucent nocturno tempore, quia partes perspicuas purissimas densatas habent: & fortè luce ex eis fluente vicinum vident murem: aut magis odoratu capiunt, & Peripatetici auditu. Et in nocte quandoque exfricatis, & frequenter motis oculis nostris lucem quandam effluere videmus; & quidam vir contemporeanus noster cum noctu expergiscebatur totum videbat lectum propriorum oculorum lumine illuminatum, quod statim euanescebat. Vndè Plato visionem fieri per extramissionem spirituum, & cũ eo Galenus fieri volunt, quod aliâs dicemus nam horum intentiones repulsæ sunt à Telesio. Et nos multiplicari lumen in oculis dicimus ex eis, & forsan extetius, at non egredi spiritus, sed cum luce externis speciebus fincta introagi visibiles species, nec Plato spiritus egredi, sed lucem dicit in Timeo. At de hoc in expositione librorum Telesij (si Deus fauerit cœptis) inuestigabimus. Nec quià in aula alba albor apparet obtusus, quem vmbram vocat inscius homo quicquam concludet. Etenim albedo lux est immobilis facta, & operta quodammodò ex commixtione crassæ molis, & quantùm potest noctu suam manifestat speciem, at non valentem, sed aliquãtam. Quare & ipsam disgregare visum omnes quoque peripatetici volunt, quod facit caloris opere in ea obiecto; disgregare siquidem caloris est operatio; vt optimè manifestat Telesius in allegatis, & in commẽtario de coloribus. Et Plato inquit calor est flamma quædam, fulgorque à singulis corporibus emanans. Quem fieri ignis mistione mox ostendit, quapropter album ait disgregat visum. Et Arist. in de sen. & sens. ac Auer. colores ex commixtione perspicui, & lucidi corporis fieri docent, ideò ex mistione ignis fit, ait, & diafani. Et album proximum igni esse oportet, nam ignis purus albus est, vt ibidem dicunt, & ipsi. Et Alb. in 2. de an. hypostasis, ait, colorum est lumen, & ignem ad eos constituendos adducit. Quamobrem albedo, quoniam ipsa vicinior est luci, noctu suam manifestabit speciem, si est intensa præcipuè. Doctissimè vndè Telesius in 1. mai. c. 2. alteram ponit albedinem valentem, & viuacem, quæ suã manifestat speciem, & vocatur lux; altera est, ait, quæ veluti torpet, & si quidem sese & ipsa effundit; quoniam statim priùs omninò, quàm ad oculos perueniat ab obuijs speciebus reijcitur, obscuraturq; inuisilis per se potiùs est, & non lux, sed Albedo dicitur. Et ideò quià suam speciem tantillùm manifestat, albedo intensa apparet quidã pallor in aula; at in stufis, nisi fint albefactę, non apparet vlla, quoniam exilis calor non dum lucem emisit, nec lucis reliquis alboribus materiam tinxit. At frigida sibi apparet, & humida, quod respectu nostri, & frigoreambientis, est verum. Et alibi dictum est, quomodo quid luceat magis, quàm caleat, & è contra.

De oculis lucentibus nocte.

Quid color apud Plat.

Apud Ar. & Auer.

Apud Alb.

Apud Tel.

Præterea, inquit, si lux esset calida, nihil diceretur à medicis aulam esse humidam illam, quàm non ingreditur lux solis, ex cuius reflexione causatur

Mar.

fatur calor, quià si ingrederetur lux deberet esse calida. Hæc sunt verba eius.

Th. Proh. nunquid medici humidam vocaut aulam, quam non ingreditur sol quià ex reflexione fit calor? quin absolutè appellant humidam, quam non subintrat lux calefaciens:& humidum appellant, quod aqueū veluti est,& grossum, non subtilius, nam aquam humidissimū ponit Galenus, vt ipsi aiunt; & hoc quià iuxtà corpus humanum versantur eorū speculationes, corpus autem vulgò humidum sentit aqueum fusile, & aerem grossum, vaporibus mixtum. Quare aula, cuius aer non subtiliatur luce, & parietes non purgantur interiùs humoribus eleuādis, est humida illis;& humidum cum frigore, vt semper penè intelligūt: respectiuè enim loquuntur. Vt non ex hoc ex reflexione fiat calor. Numquam enim Hyp. aut Galenus eorum principes talia finxerunt. Quin Hypp. aerem nocturnum subtiliorem fieri docet,& calidum à luce generationi aptum. Et Gal. calidam esse lucem docet manifestè in 3.temp. cap.1. Auic. item medicus vbi plus lucis, inquit, ibi est plus caloris. Et Cardanus medicus in lib.4 de subtilitate rerum calor, lux, & claritas vna res sunt, inquit, diuersis nominibus gaudens. Quare nihil habet prò se à medicis Marta. At nos aulam, quam lux ingreditur, humidiorem dicimus, quià humor est ignis proprius, & subtilior est tunc aer; subtile & humidum non differunt. Omnium Peripateticorum testimonio, vt in disp.4. enarrauimus. Parietes autem fiunt ficciores per accidens, quià dissimilares cū sint, partes tenuiores remanentibus duris,& crassis actione eleuantur caloris. At videamus modum, quo à cœlo fieri calorē sentit Marta, & quibus persuadet rationibus à motu illum fieri.

Medici lucē calidā volūt.

Cælum moueri clarum est, ait, & quià partes mundi omnes sunt contiguæ, mouebuntur omnia, quæ sunt sub cælo: hæc autem sunt elementa, & orbes, quæ sunt sub cęlo sicut vitellum in ouo; quādò autem mouetur, ouum, vitellum moueri quoque oportet; ex natura materiæ.n. omnia mouentur,& talis motus est eis supernaturalis. Ideò mouentur inquit, quæ non sunt ignea, & igniuntur veluti aer, at ignis est dele igni tus non ampliùs ignibilis. Et primus orbis velocissimè latus non ignit propter distantiam, & sol est vicinus, iccircò ipse magis calefacit,& magis cum appropinquat, quià tunc radij sunt fortiores, nam reflectuntur, & vniuntur. Et in hoc insistit.

Quód cæli motus calefaciat inferiora.

Reprob. Absque vlla prorsùs consideratione loquitur, & nil eorum, quę sibi declaranda erant, declarat. Fictio.n.maxima est, ꝙ totus sicut ouum sit mundus, cuius cortex sit cęlum, & elementa vt luteum. Rem sanè persuadet nulli credendam, nec rudibus. Quæ enim sunt infrà cortices, mouētor eo moto, ꝙ vnius sunt viscositatis, & crassitiei, vel paululùm differentes; & ouum vndequaq; In se collectę replēt, vt vna seorsum ab altera nequeat fieri, nec locum quàculem vis mutare. Itèm reuclu.o ouo

partes

partes aſcendentes ſuprà deſcendentes inferuntur omnes, eaſq; ueluti deprimunt, ipſæq; in primis cortex; nam in ſublimè æqualibratum non ſe continet ouum, nec aliqua earum pars in ſe remanet, ſed prorſus cùm altera confuſa; nec centrum ſtabile habet, & quod non eſt centrum, ſed totum continuatum, vnum in ſe motum vnum habere oportet, partesque attolluntur ſuper alteras, & alteræ humiliãtur, & nõ illæ, modò quæ ſunt in medio, ſed quę in extremo. At horũ nullũ conuenit mundo, partes cuius longè inter ſe diuerſiſſimę ſunt, continuationem fugientes de facili, longeque ſpatioſiſſimus eſt, & tenuiſſimę partes motum totius non inſequentes ſunt longè plures, & maiores; ipſe nimirùm aer, cuius ſi altera pars moueatur, reliquę non inſequãtur oportet: nimis cum ſit fuſilis, & diſgregatilis, naturaque mobilis; & alię partes ſunt craſſiſſimæ, duriſſimę, immobiliſſimæq; de ſe, nil poſſibiles à ſuperpoſitis commoueri, ipſa nimirùm terra; quæ veluti centrum vndequaque æquilibrata in ſe commanet, nil alienis mobilis viribus, nec cũ motu cęli moueri poſſibilis, nec deorſum, cum nullum ſit, vel ad extremam, declinare partem, ad cęli nimirum concauum, vt voluatur, reuoluaturq; cum illo, & ſuper illud: nam nec motus mundi componitur ex eleuatione partium, & depreſſione, cum in eius circulis non ſit dare ſurſum, & deorſum. Sol quidem declinans ad antipodas, non dicitur deſcendere, niſi reſpectu noſtri modi intelligendi, videndique; incolæ enim illius hæmiſpherij, cum ad noſtrum ſol aſcendit orizontẽ, dicunt deſcendere. Itaq; componitur ex aſcenſu, & deſcenſu cæli motus comparatiuè tantùm. Item nec partes ſuperiores, vt ex hoc ſequitur deprimunt inferiores, nec deſcendunt ad extremum cęli, vt ad partem, quæ eſt nobis viſa inferior: ſed omnes in ſe manent. Quin nec ſuprà centrum grauantur, ipſamq; terram, niſi ſola aqua; at aer & ignis potius ad perimpheriam eleuãtur. Nec itèm cęlum infertur in illis, vt trahere poſſit, nec quouis deprimit pacto, ſed leuiſſima eſt vtriuſque ſuperficies, & planiſſima, æquabiliſſimáque, vt, quomodo altera alteram trahat, non ſit imaginabile. Nullo igitur explicat modo, exemplove Marta, aut Perip. quiſpiam tractũ elementorum ab orbibus, nec calorem inditum, quantumuis cõtinuò noua fingant. Veritas enim ſuper omnia pręualet. Et mirum quidẽ ſi ſubtiliſſimum cœlum vniuerſum calefaciat aerem motu; & Ariſt. à ſolidis aſtris fieri modò dixit, ignemq; ipſum in primo met. à motu cœli effici enunciat non tantùm aerem, nam ignis aer eſt, ait, motu cœli ignitus. At mirandum prætereà eſt valde, ſi cœlum totum trahat, & diſpergat, atteratq; ignem, quod tamen eſt molliſſimum, & nihil illum deprimit, nec alterutrum aſperũ eſt, partes extra porrectas habens, vt complicentur, nec irregulato ferũtur motu, ſed æquabili prædictũ eſt ſuperficie, & leuiſſimũ quidem eſt in ſe manens omninò, ac ſupernatans. At abſurdiſſima, & inanis prorſus eſt ratio, qua à ſole, & nõ à cęteris aſtris calefit

aer ob propinquitatem. Luna quidem est uicinior aeri, & igni eiq; contigua, vt eum flagellare, uel confricare queat magis: igitur robustiorē vel saltēm æqualē det ipsa calorem sit necesse. Sol enim maximè distat & inter ipsum ac aerem quatuor sunt orbes maximè molis, & altitudinis, vt quo pacto sua caliditate conterat non sit capiendum, at luna tangit ipsum; vt si astra conterant, ipsa sola, uel maximè conterere uideatur densa namq; est, solidaq; magis cæteris orbium partibus, & cæteræ etiā partes orbis lunaris tangentes sint, oportet, solidæ, densæque, nam secùs velocissimo non dissiparentur, sicut aer; præsertim quià eis superiorum attritio communicatur; & indè subintraret ignis: quod maximum absurdum putant Peripatetici. Omnibus itaque de causis luna moueat, & calefaciat oportet; & tamen Astrologi, & ipsi Peripatetici frigidam lunā ponunt. Nec est uerùm quià tardior est, minùs calefaciat Luna. Licet enim tardior sit eius motus, quià orbis eius minimus est, tamen illum pænè ęquali tempore complet, quem dicunt à primo habere, spatio uidelicet uigintiquatuor horarum nō sat minori, & proprium citissimè omniū. Item si Arist. in primo met. ex eo calefacere negat stellas fixas, quià longè absunt, igitur Luna, quæ tangit, calefacit magis quàm Sol. Præterea arguebat Marf. Platonicus super 2. Enead. Plotini lib. 3. cap. 6. & si Luna ob tarditatem minùs calefaciat, cùm tamen sit propinquior sole, debet cum motus tarditate appropinquationem quodammodo compensare, & non minus sole calefacere. Et stellæ fixæ, quæ maiores solidiores, ac penè infinitę sunt, quoniam uelocissimo agitantur motu, debent distantiam cum motus celeritate, & sui magnitudine compensare, & ęquè calefacere. Itèm si motus, ait, calorem generat non uideo, quid nam ualeat distantia, uel propinquitas, dummodo motus ipse sit uelox. Et Telesius his plura, & absurdiora ex hac opinione deducit in conuenientia. Et de hoc in 3. disp. disputauimus. Illud item mirari liceat, & detestari ualdè, quòd ratiocinans de modo, quo fit calor à motu cœli, volens assignare causam, qua appropinquatus sol, & directus calefacit magis, reddit illam ex lumine, vt in verbis eius vidimus paulò antè. Vbi nimirùm multifariam errat. Nam quod manifestandum erat, non manifestat, dū de calore motus loquens transiuit ad lucis calorem. Tum quià Arist. lumen caloris à cœlo causam non assignat, sed vtrumq; aeris contritione fieri dixit. Si enim lumen in sole esse Arist. confessus fuisset, procul dubio calidum esse ponat oportuisset; hæc enim duo sibi ignem manifestant, calor, videlicet, & lux. Vndè obiectioni vtriq; respondens, ait; caliditas autem ab ipsis astris, & lumen generatur attrito aere ab illorū latione. Itaq; lux Aristoteli à motu fit. Et solus motus calorem generat. Hoc Aphrodisiæus confirmat, dùm diuersitatum calorum, qui fiunt in his inferioribus à solo motu requirit causam; nec aliam sibi inuenere docet Aristotelem. Idem Auer. obscurè innuit in 2. cœli, at manifestè in de

Reprobatio. Arist. cælum solo motu calefacere docet, & non luce, sed ipsam

de ſub.orbis cap 2.circa finem inquirens accidentia cęli,inquit.Et Ariſ. dicit quòd corpora cęleſtia non calefaciunt ſecundùm quòd ſunt calida, ſed ſecundũ velocitatem motus; & ratiocinatur in hoc ex eo, quod accidit in ſagitta. Et paucis interiectis,dicit,haud quaquam eſſe de mente Ariſt. ꝙ cœlum lumine calefaciat, niſi motu tantùm, aſt additum eſt ab alijs lumen. Expoſitores (inquit enim) ſecundam dant cauſam.ſ.illuminationem dicunt enim, ꝙ lux in eo, quod lux, videtur calefacere. Eccè quàm apertè Auer. hanc de luce ſententiam negat Ariſtoteli,& expoſitoribus non acquieſcentibus dictis Ariſt. attribuit,Simp. quoq; in 2.cęl.dubitans de lumine aſtrorum. Admiror,inquit,Alexandrum; qui dicit,non dicere Ariſtotelẽ qualiter ab aſtris fiat lumen, ſed ſolùm qualiter fiat caliditas. quamuis audierit dicentem ipſum. Caliditas autem ab ipſis, & lumen fit, detrito aere ab illorum latione. Si igitur, ait, de lumine nihil dixit, vt putat Alex. neque de caliditate dixit aliquid. Nam non aliud, dixit de ipſa, quàm ꝙ detrito aere ab illorum latione fit caliditas,quem enim ſequuntur deinceps in textu omnia ad huius fidem aſſumpta ſunt.Et Niphus in 2.de cæl.t.21 de mente Ariſt.eſſe,vt ſolo motu agant cæli,non autem lumine, nec influentia. Et in expoſitione t.41. antiqui,inquit,talem formabant rationem. Omne calefaciens,& lucens eſt ignis,igitur cęlum eſt igneum. At Ariſt.reſpondet, dicit, ꝙ calor,& lumen ſunt à motu. Item Alb.in 1.met.tract.1.cap.12.opinionem hàc, quod lumen generet calorem, dicit non eſſe Ariſt. quin reprobata ab Auer.vt ipſe dicit in metap.ſed Apollonij ſummi philoſophi eſt, & Alchyndi,& Iob filij.Manifeſtum itaque eſt, ꝙ Marta nec Ariſt.textum legit,nam non ſic nimis temerè loqueretur. Et loquens de motu nõ tranſiuiſſet ad lumen, quod Ariſt. dixit numquàm, nec expoſitores ei attribuunt,ſed impotentes ſaluare Ariſt. figmenta ad lumen concurrunt, & tamen non calidum, quod Ariſt. non potuit velle. Nec verum dicunt quidam Ariſt. mentem eſſe, vt motu, & lumine fiat à cęlis calor. Et hi quidem principiò textum interpretati ſunt iuxtà Ariſt. ſenſum, verùm videntes luminoſum in ſe ſolem, & negare minimè audentes expoſitionem propriam paucis interiectis,(quià ex ipſa, quoniã cognata eſt Ariſtoteli reddere omnium rationem nequibant) deſtruunt, ſed nulla ratione, nec modo ficto vllo, niſi ꝙ talis, aiunt, eſt Ariſt. intentio. Verùm conſiderent ex illo, ꝙ ſicut calor non eſt in cęlo, & fit in aere detrito à motu, ſic nec lux eſt in eo, ſed fit in aere. Inquit enim Ariſt. (neq; enim eadem ſępè repetere pro veritate manifeſtanda grauabor) & calor,& lumen eodem pacto ab his fiunt detrito aere. Et huic omnium expoſitio, & eorum etiam, qui negant, teſtimonium perhibet. Quapropter Ariſt. errantem recta numquàm conducent via, niſi magno illius damno. At perip.nemo aperto ore ſolis lucem negauit,ſed omnes Ariſt.deſerũt dicentes nunquàm, num ab eo diſcrepent.

Ex Simp.

Ex Niph.

Ex Alb.

Aliorũ error, & fuga.

Marta autem nullo declarans pacto, quomodo non calida lux calorem ex reflexione assumat, & calefaciat, legit enim (credo) Telesij rationes in seq. cap. aduersantes his, qui sic dicunt; & respondere non ausus pro eis, sicut nec pro his, qui diuersa fingunt de calore attritionis cęli, reddit ad id quòd quantò magis vnita est lux, tanto fortior; & sic calefacit magis. Et probare se arbitratur. Tùm, inquiens, quià vbi non est lux, sed vmbra, ibi nec est calor. Tùm quia ex reflexione, quæ fit in speculo generatur ignis, & si fit ex reflexione speculi, & non tabulę, nisi reddant rationem, non est credendum Telesio. Item, ait, sensu patet, folliculũ aere plenum crebrò proiectum concalescere simul cum aere, qui est intùs.

Th.

Sed hæc verba potiùs calidam lucem esse manifestant. Si enim lux dispersa non calefacit vehementer, sed vnita, igitur vnitus est calor in ea, & manifestatur, qui dispersus nequiuerat seipsum effundere. Et si priuata luce non sunt calida, sicut vmbrosa, lux igitur calida erit, qua posita calor ponitur. At quia dicit fieri ex reflexione, & nos non posse reddere rationem arbitramur, dabimus mox eam super hoc. At dicat ipse quomodo lux non calida ex reflexione calefaciendi robur sumat? Nos quidẽ dicimus eam calidam, & quantò magis vnitur, tantò fieri calidiorem, & per reflexionem calorem multiplicari. Nam lux his, ad quæ terminatur, rectos resilit ad angulos, & eundem quem accendens, resiliens quoque, at alteram in partem vel tantillum, angulum facit, & hìc collecta calorẽ robustiorem manifestat, quem dispersa non valebat; ex tabula autẽ reflexa calefacit, non tamen sicut ex speculis, & aqua. Ipsa enim in transpicuis densisq; corporibus robustior fit, potest enim ea permeare, & hinc magis seipsum multiplicare, & diffundere; lucis quidem tale est ingenium, vt probat Tel. in 4. lib. cap. 10. & seq. vt seipsam multiplicet, & diffundat, pręsertim autẽ in his corporibus, quę subire, & permeare queat; nam multipliciter ibi, reflectitur, & multiplices fiunt anguli resilientes, beneq; adunati, vt fortissimam accipiant vim. Quin veluti sol alter lux in his fieri solet; cuiusmodi in tabula nequaquam fit eam enim nõ permeat, nam non est transpicua, nec igitur tot modis multiplicatur, sed in se tantùm simpliciter reflectitur, quin nec in rectos angulos in vnũ concurrentes, nam quid variato sole à puncto opposito, & anguli variãtur, pręsertim in planis superficiebus, & nõ penetrabilibus; at in speculis in profundum recipitur, & si variatur sol, ipsa tamen multiplicata, & ad solis modum compacta non egreditur ad obliquos angulos prorsùs exterius, vt in se non commaneat modo eodem: ipsa enim intus recepta vndecumq; terminatur, & cõglobatur in se, ex quo globo ad extrà mittuntur radij. At in tabula talis conglobatio, quia non est permeabilis, nequaquàm fieri potest. Hæc & alia subtilia, inspectione digna manifestat Tel. in quatuor capitulis. Et omnium rationes assignat. At nunc quamnam dat Marta rationem, qua lux non calida reflexa calefaciat? nullam sanè.

Quo pacto ex reflecta luce augeatur calor.

Lux permeat transpicua, quià sunt facta ex materia cuius facies est superata. At non tabulam, quià materiæ nigredo ab eius calore non fuit obruta.

sanè. Nam multiplicationem præstat reflexio, & vnitionem eorum, quæ priùs erant, non autem nouam generationem. Sed quandò Marta defecit inspiciamus, quid alij prò hac fictione adducunt.

Auerroes itaq; non acquiescens his sermonibus Arist. & Aphr. de calore facto à motu, aliá ipse ibidem. s. 2. cæl. t. com. 42. adinuenire causam statuit. Et videns, quod non æquè calefiant quę collustrat, & quę non collustrat sol, quod euenire esset necesse, si motus caloris esset causa: semper enim sol secũdùm geometricam rationem ęquè distat: præcipuè ab his, quę in eodem sunt situ sine tegumentò, quorum alterum tamen calefit, quia collustratur, alterum minùs, quià in vmbra obliqua ex corpore distanti emanante commanet; calorem à luce fieri & ipse dixit. At minimè sit calida vult, nè teneatur deserere Arist. positionem, si dicat calidam. Non tamen meminit, quod in textu dicitur, lumen à motu fieri nõ minùs, quàm calor. Sed inscius, quò vertatur, conticuit contradictionem, & Arist. non deserit in aperto fingens non aduertere, quòd in textu hoc sit, at ex alia parte satisfacit suo Arist. dùm eam non calidam ponit. Calorem, ergò inquit, generat motus, qui perfectio est corporis ignei, ignis enim extinguitur sine motu, nam corpus calidum, cum fuerit motum, erit in vltima sua perfectione. Si igitur lumen fuerit perfectio corporis ignei, tunc est de eo, sicut de motu. s. quòd corpus calidũ igneum, cùm fuerit luminosum, erit in sua perfectione vltima, & cum fuerit in vltima perfectione, erit in calore cum vltima perfectione, & sic vltrà apparet, quòd causa accidentalis est, sicut de motu. Vbi rectè hanc Auer. si motus nullo pacto calidus calidis non entibus calorem indat, & lux etiam non calida, vtrumq; calidi corporis perfectionem dixit, & si eodem modo lux calefaciat, vt motus. At quoniam motus perfectionem, & facultates in actu generationis igni dat nullas, quas vt perfectus sit ignis habeat, oportet: non itaq; ignis erit perfectio. Flammę liquidè ipsæ enascentes à lignis mediante calore, & ipsę transpicuæ factę nullo commoueri videntur motu, & nullo à motu, sed à sola caloris natura motum edendi, & calefaciendi facultate donantur. Calor quidem attenuat, & ignit, attenuatas eleuat, commouetve flammas. Itaque caloris prorsùs operatio est motus. Qui etiam ab extrinsceo editus calorem excitat, & viuificat, & facultate sese manifestandi donat: vt in superioribus disputationibus sępè diximus. At esto, quòd Auer. idem sentiat, quod nos (inquit Telesius) videlicet, non propterea ignis perfectio sit motus Auerroi, quod illi quid adiiciat, sed excitet, vt nobis, quin indat calorẽ rebus frigidis, vt volunt, non tamen dicere eodem verè pacto queat neq; à lucem generare, & indere calorem, quo motus, quià non calida existens, sicut nec est motus, calorem accidentaliter indit: namq; longè diuersa ratione vtrumq; calefacere apparet. Lux enim, quę attingit, nullo temporis momento calorem indit omnibus, & in se collecta, vt in speculis

Auer. de luce non calida calefaciente.

Auer. simulatio.

Lux ignem vere generat & motus minimè, sed excitat.

ignis speciem assumit, & vires, item frigus terræ deturbat, & alium prorsus calorem generat. Nō modò enim caloris species est ipsa, nam in corporeus calor quomodo quid distinctum habeat non est imaginabile; quod Hyeronimus Cardanus in 4. de subtilitate rerum agnouit. Lumen, inquiens, claritas, & calor non tres sunt res, sed vna, diuersorum comparatione diuersa nomina, & diuersas imagines, & repræsentationes suscipiens. Sed igitur lux est ipse met calor, qui quaque diffunditur, & rebus imbibitur, ingeneraturq; quibus etiam minùs existebat. At nullum calorem motus indit rebus minimè ipse calidus, vt videtur, nō enim operatio generat formam, sed è contrariò. Vnde inquit Mars. Ficinus quisnam asseret motum localem, qui omni forma est deterior, & ad externa pertinet, calorem generere? Ideò, inquit, profectò vel excutit calorē sępè latentem, vel ex duorum collisione corporum medium cōstringit aerem, solumq; rarefacit. Sic extenuatus calor ad competentē ignis conditionē ab idea, seminaliq; ignis ratione, quasi fomite formam ignis induitur. Quorum modorum primum approbamus magis in via Telesij, nam si Deus fauerit, vt platonice scribamus interdùm, multa reuelabimus secreta. Quare inquit Tel. calorem præinexistentem excitari, & à frigore reiectum, obtectumque veluti expergefieri à sua operatione, ac manifestari, proprięque naturæ restitui: vndè Virgilius poeta Platonicus præinexistere ignem in his, quæ colliduntur, & occultari docet, dùm ait, Quærit pars semina flammæ abstrusa invenis silicis: vndè scintillam è sinu lapidis, inquit, excudit Achates. Quapropter longè abest Auer. vt exēplo non calidi motus lucem non calidum calefacere, & ignem facere manifestet. Et Perip. hic penitus errantes numquàm veri similitudinem saltèm dicunt, vt omnium dicta reprobans Tel. manifestat. Et Cardanus ait, quomodo motus sit caloris Peripatetici inquirunt, ac multa nugantur, tandem verò ad id redeunt, vt calor sit effectus motus; estque hoc ac si dicerent, nescimùs, & reprobat dicta Perip. in hoc. Et ipse vult in lapide calorem esse astrorum, at attritu attenuari illos, & esse siccum quæ propria sunt ignis, at in hoc fallitur valdè: attenuatio enim contraria est siccitati, vt docuimus in superioribus, sufficit nobis testimonium, ꝙ preexistat calor, & in 5. lib. omnia viuunt, ait, calore lapides, & metalla quoque, nam calor cælestis est omnium anima Hyppocratis testimonio. Quasobres non acquiescens Auer. rationi qua non calidum lucem calorem facere dixit, amplius vniuocam caloris causam esse subiungit, ipsamque calidam fatetur. Aut erit, inquiens, causa consimilis causa caloris & per se lux; idest nihil à sui natura diuersum aget lux, sed quod simile est calorē per se faciet, quià calida ipsa est; si enim est, similis erit vniuoca, & si per se tunc calefaciet inquantùm calida. Neque enim (sequitur) est remotum, vt ista forma copuletur cum lumine, & reflectatur, cum eo, asscindatur. Quoniam opinandum est, quòd licet neutra sint corpora cęlestia, tamē, inquan-

Ex Fic.

Ex Tel.

Ex Verg.

Ex Card.

Error Car.

Auer. lucem calidam fatetur cōuictus.

inquantum sunt corpora, habent cum elementis communicationem in diafanitate, illuminatione, & obscuritate. Et ideò dicit Arist. in lib. de animalibus, quòd natura Lunæ est similis terræ propter obscuritatem, quę est in ea; ergo pars luminosa orbium similis est naturę ignis: & ideò antiqui considerantes operationem stellarum attribuunt quibusdam calorem, & siccitatem alijs. Ex quo patet quod inuitus Auer. & veritate coactus stellis igneam attribuit naturam, sed nè Arist. cui iureiurando est obstrictus, deserat, non aperto id ore, sed veluti mussitans, confessus est. Et hoc in 12. Metap. & in de sub. orb. cap. 2. innuit, hanc opinionem Niphus Auerroi scribit in 2. cæl. q. 4 calidas nimirùm esse stellas. Sed repræhendit ipse Auerroem, quòd calorem luci copulare audeat. Hoc esse non potest, ait, quià lux non est corpus, igitur non reflectitur cum calore. Sed fallitur homo, certum est enim Auerroi non ęquari in rerum intuitione. Et diximus nos ad hoc, lucem esse incorpoream, & calorem ipsum manifestum, non sicut res distinctas copulari, & in aeris mole, & transpicuorum multiplicari. Simplicius autèm non est veritus afferere cœlum igneum, sed ex igne impuro compositum negat, componit autē ex puritatibus elementorum; non enim imaginatur quomodo tangat aerem nisi ex eis sit, nec quomodo videatur nisi sit igneum; At quià lux maximè sola per se visibilis est, nil formidare debebat, num sit ignea; nec fingere debebat, vt interdum facit, reflexionem esse caloris causam; nam quasi victus dictis Io. Grammatici, quem nolle sequi fingit, inuitus cælo dat ignem cum Platonicis, qui tamen in aperto calidā lucem esse docent. At quoniam Philoponus non authoritatem Arist. adhibuit, & ipsum in hoc deseruit, quod scelus magnum perip. arbitrantur, Simp. effugit quandoque lucis calorem. Peripateticorum alii reddentes rationem de non calidę, vt putant, lucis reflexione, irritari à reflexione dicunt lucem, & irritatam calefaciēdi vires sumere. Quod fictitium esse indè patet. Nam lux apud Arist. & sic fingentes stupida est, nullo prędita sensu nullaque affectione sensitiua, quare nec irritatur ex prohibitione progrediendi, quod animalibus competit. Et si nec ipsa est calida, nec id vndè reflectitur, vndè irritata vires calefaciendi accipit? certè, quæ irritantur ad irā, animalia calefiunt ex spirituum calidorū, & sanguinis agitatione; quapropter calidā eam fuisse oportet. Item ex hoc nec tota caloris lucis causa explicatur: nam non reflexa modò, sed accedens calefacit. Manifestè quidem simul ac nos contingit, non calefieri modo, sed, quasi ab adueniente iaculo, feriri nos sentimus. Alii autem, quibus fauet Cardanus, dum & ipse prò Arist. fingit, attenuari aerem dicunt, ad quam tenuitatē sequitur calor: tenuia enim calida sunt, & ad ipsam calor in sequitur. Sed hi magis errant. Lux enim incorporea est, & caloris expers, quomodo ergò poterit attenuare, & subtiliando commouere: omne enim attenuans calidum est, vel corpus solidum conterens, ideò cum lux neutrum sit ho

Niph' arguit Auer. quod lucem calidā ponat.

Resp. Th.

Simp. ponit cęlum igneū.

Simp. in constantia.

Op. aliorum.

Th. Reprob.

Op. aliorum car. lib. 4. de sub. rerum.

Th.

rum

Op. Alb. rum Arist. testimonio, modum, quo id faciat, quis finget? vbi sciendum ꝙ Albertus 2. cæl. tract. 3 c. 3. inquirens modum, quo fiat à luce calor, ipsum lumen calidum appellat. Dupliciter, inquirens, à luce fit calor, per reflexionem. s. radiorum, & vicinitatem. Per vicinitatem quidẽ, quoniam vbi vicinius est lumen, quod est calidum, sicut solis, & Martis, ibi

Th. erit maior calor. Igitur si conuictus Alb. dat soli, & marti calidum lumen, calor erit absque dubio in cęlo toto. Non maior enim est ratio de

Alb. vna parte, quàm de reliquis: totum enim simplex similareq; est. Et paucis interpositis nesciens, quid ampliùs fingeret, propterea quòd ad an-

Th. gulós acutiores lux reflectitur calorem fieri statuit. Quod esse non potest quidem, nisi calida pręexistat, vt dicemus. Et contradicit sibi, & Aristo qui aduersùs Platonem fatentur nequaquàm ob angulos ignem calefacere, aut lumen. Cuius rei intelligentiam dat Simplicius concordãs cum Arist. Plat. & Iamblicus. Plato autem luminosum absque calore po

Plato Alb. nit nihil. Tandem Alb. desperans quid fingeret, calefacere lumen contendit, quatenùs dissoluit, & rarificat materiam, ad quam calor insequitur. Et non ex se id facit lumen, inquit, sed ex motu, non quo mouetur,

Th. sed quo mouet. At hoc verum haudquaquam esse superius allata ratio demonstrauit. Nam, si non est corpus lux non poterit mouere, & dissoluere, at hoc itidem præstat calor, vt Auer fatetur, dum rarefactionem à calore factam motum localem esse docet. Quod nec habet lux, igitur tales effectus finguntur, & non sunt, nisi sit calida, vt videmus. Ad quod accedit quod Alb. in 4. met. tract. 1. cap. 2. & in 2. de gen. solum calorem tenuitatem inducere persuadet, & Arist. ac Auer. confirmat, & sensus. Quin motum à calore fieri omnes fatentur perip. & ipse in primis Alb. quapropter motus, quo mouet lumen, sit ab eius calore est opus. Pręterea non videtur verum, quòd totus aer in instanti, quo per totum lux recipitur. disgregetur, & attenuetur, ac caloris formam induatur simul, nisi lux sit calida. Et quomodo nos tangens immediate calefacit, vbi nimirùm adhuc non rarefecerat. Item attenuatus aer frigidior fit, nisi absit natura vehementer calida fouens, & reprimens frigus, tunc enim non conglobatum calorem continet, sed dispersum magis, itaque faciliùs frigus ingreditur. Ex his apparet falsum, quod dicit Alb. in 1. met. tract. 1. c. 11. motum videlicet calefacere, quià raritatem inducit, ad quã sequitur calor. Quod nos non premit si ex solidis excitari calorem dicimus, & alijs. Perip. item alij fieri volunt à tenuitate calorem, sed nõ quià

Op. aliorum. Simp. & Alb. tenuitati calor accedat, sed quòd aer rarefactus multò amplior fit, & ampliore indigens loco diffunditur quaque, & agitatur, & in se conteritur, sicque incalescit. Quod dictum videtur esse Simplicij in 2. de cœlo, & Alb. ibi, & 1 met.

Th. At vnum effugientes malum, incidunt in peius. Si enim amplificatus aer diffunditur, & commouetur, & ideò calefiat, tũc vniuersus aer inca-

lescat

fiat oportet,& non minùs,quem nō colluſtrat lux ab eo, quem luſtrat. Nam contactus luce amplificatur vniuerſus, & non in ſe, ſed quaq; verſus diffunditur, & in vmbroſis pręſertim detectis locis à luce circundatis augeatur calor eſt opus. Non ergò rationem poſſunt reddere, qua magis hic, quàm ibi fiat calor. Et tamen in illis calor fieri nullus apparet, quantus in colluſtratis fit. Et tamen eorum aerem, concuti eſt neceſsè; nam ad eum agitatur diſperſus à luce, & conteritur ſimul,ſi talis, vt aiunt,eſt lucis natura:quam fingere non potuerunt nobis priores. Item inualida ex eo deprhenditur hęc opinio, quòd lux in ſpeculis magnis, & concauis recepta nihil diſſoluit illa, nec diffundit. Et in aquis iacentibus, & quæ continentur in fialis replentes. Omninò catū ſpatia, quas tamen ſic diſſolui, & agitari, vt ex earum fricatione, vel diffuſione calor fiat, non videmus. In quibus omnibus talem attenuationem,& ampliationem (quoniam fieri videmus calorem) maximè fieri eſſet neceſſe. Et hoc de ſpeculis opinionem præcedentem etiā deſtruit. Præterea venti magni,& ipſi auſtrales fortiſſimè aerem verberant,& diſſoluunt ad ſeuſum, & in varios contrarij pręſertim agunt motus circulares, rectos, & reflexos regionem æthercam; & ſine dubio non tantam agitationem,& ampliationem,aut fricationem, & diſſolutionem facit lux, nec minimam horum partem, & tamen non calefaciunt,vt ſolis lux, quin frigefaciunt potiùs; & ipſi natura ſunt calidi, nam fiunt à ſole deuicta terra, & eorum agilitas, motus, & ſubtilitas declarat,vel auſtrales calidi ſunt & lux ſolis ipſis eſt neutra, nullum habens calorem, & tamen nullum dat frigus lux,ſemper autem calorem, & ipſum igneum, nec diſgregationem inducit, ad quam calor ſequatur, ſic velocem, & fortem, vt venti. Ex quo nimirùm maxima huiuſmodi ſententię falſitas apparet. Alij demùm cauſam inuenire deſperantes,lucis naturam eſſe dicunt, vt à reflexione calefaciat,vt plures latini ſentiunt,in quibus Augu.Niphus extat. Op. aliorum, & Niph.

Aſt hi ſenſui repugnant, qui lucis calorem ſentit; & nec declarant, maximè quidem declarandum, vndè reflexę luci calor adueniat, tanquàm ignari, & vulgares videntur, qui rerum euentus narrant, & cauſam non aſſignant, quod turpe eſt philoſopho, & ab eius arte alienum. Et his non modò modus, quò à reflexione calor fiat, ſed quo à collectiori reflexione, & magis vnita luce intenſior fit, manifeſtandus erat. Nos autem reddentes cauſam, quòd reflexa in ſe pręſertim maior fit calor,quia conduplicatur, & vnitur, cuiuſmodi non fit in obliquum, veritatem loqui, & non figmenta veriſſimum eſt, & credo, poſteri omnes agnoſcent. Th. Concluditur op. vera noſt.

At Marta nullam dedit rationem, nec quam hi commenti ſunt, ideò quidquid dicat reiectum eſt, exploſumq; tam de non calidæ lucis calore, quam motus. Mar.

Solis motu fieri calorem nō potest ex-ē plo folliculi manifestari.

At Marta desperans demonstrare calorem lucis, transijt ad motum. & inquit aerem incalescere cęli motione patet exemplo folliculi, aere pleni, qui si diù, proiiciatur tādem cum incluso aere incalescere est necesse.

Verùm folliculus, quem dicit Marta, non assumit calorem ex proie-ctione nouum, vt putat, manifestum, & si assumat diceremus prępinexistentem excitari. Nam inclusus, aer calidus est, etiam ipse, & elabi impotens, effundique, diù commotus, & stimulatus incalescit; nam calor eius expergefactus, & se amplificandi nactus occasionem ab adiuuante motu manifestatur, vt milliès diximus. At experimur potiùs non calefieri illū, nisi diù proijciatur in locis, quos Sol collustrat, non in nocte, & vmbrosis. At nequaquàm huius exemplo doceat cęlum calefacere; non enim proijcitur cęlum cum aere, nec conditiones illius habet, vt de ouo diximus similiter. Et aer intrà cęlum non est in angusto adnatus, constrictusq;, vt cum eo simul possit proiici, vel agitari, sed vndiq; dilatatus, à cælo partim in immensum distans, non constrictus, sed per se labilis, & disgregatilis omnem effugiens, & potens effugere plagam. Signa item

Nec signo sagitte & lapidū, lignorūq;

Arist. de proiecta sagitta, nulla sunt, & de lapidibus, & lignis contritis, non enim fertur in aere sol, vt incalescat ipse, vel aer, vt exponūt, more Sagittarum, nec aerem cōtrire potest. vt superius doctè Tel. probauit.

Mar. Resp. pro distinctio uem.

Eam resoluturus rationem Marta, qua cęlum, & solem in primis motu in aerem calorem agere nō posse probatum est in disputationis principio, distinguit inter cōfricationem, & atteritionem, confricare enim, ait, aduertant Pedagogi, minùs est quàm conterere, vnde Plinius ait in Epist. dentes lauandos fricando pręebebat, attere re autem magis quàm fricare, & de fricatione locutus est Aris. & ex hoc resoluit rationem illā, quam ipse diuisit in tres, & non intellexit eam vt tres, nec vt vnam. Ideò ad primam, ait, dicendum quod aer non conteritur eo modo, quo ponit ratio, sed confricatur, sicut patet in folliculo, in quo aer confricatus aliquantū per in calescit, sicut etiam folliculus proiectus & attritus.

Th. Quòd distinctio sit nulla.

Quis tam ineruditus esset, vt ad sensum, ac sensatam rationem inanibus verborum nugis, & differentijs pedagogorum in voce, non in sensu, & re, respondeat, in re præsertim tanta, quæ tot hominum ingenia, inquirere possibilitatem eius, & non inuenere, compulit, Alex. nimirum Themis. Simp. omniumq; demq; Perip. quorum alij positionem negauere, alij non negantes aliam inuestigauere, alij varijs fictionibus fictitiam esse demonstrarunt, dùm defendunt; & nunc homuncio aliud fricare à terere dicens, nihilq; demonstrans, omnia soluit. At singula verba destruantur, vt obmutescat. Dicimus quidem indifferenter defricatione, & attritione locutum fuisse Aristotelem, quin potiùs de atritione. In textu enim sic habetur. Caliditas, & lumen ab ipsis fit stellis, propterea quia aer ab illarum latione conteritur. Et huic consonat textus antiquus, & Grecus, quem exponit Simp. Alex. & Themis. & nuper translata-

Ratio 1. a